Estado Mundial
contra Drogas

13.

Digitized by Google

Digitized by Google

FUNDATIONES
ET
FATA
ECCLESIARUM,
QUÆ ET ULTRAJECTI,
ET IN EJUSDEM SUBURBIIS,
ET PASSIM ALIBI IN DIOECESI.
LIBRI DUO.

E ſitu eruit, excuſſit, illuſtravit, digeſſit
ANTONIUS MATTHÆUS,
Juris in Illuſtri Academia Lugduno-Batava Anteceſſor.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud Viduam SEBASTIANI SCHOUTEN,
CIↃ. IↃCC. III.

Digitized by Google

949.203
M432

Digitized by Google

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
E T
GRAVISSIMIS VIRIS,

D. D. EVERARDO VAN SYPESTEYN,
Prætori.

D. D. CASPARO VAN ROYEN Collegii,
quod diſcutit, quod ſubducit, diſpungit
rationes publicas, Aſſeſſori.

Urbis ULTRAJECTI Conſulibus Splendidiſſimis,

Ut & univerſo inclytæ ejuſdem urbis MAGISTRATUI SPECTATISSIMO

Honorum & dignitatum incrementum aſſiduum, proſperum urbis regimen, felix, & diuturnum, famam perennem, gloriam immortalem, pacem in Chriſto, & felicitatem perpetuam.

FUNDATIONES eccleſiarum, & quæ hactenus ipſorum fata variis ex chartis & monumentis collectas & digeſtas in unum corpus vobis, viri Illuſtres, multis de cauſis inſcribendas exiſtimavi. Pleræque in veſtro ſunt ſolo, ditionis veſtræ & poteſtatis, & ſi non poteſtatis, veſtræ tamen fidei tutelæque permiſſæ. Intra urbem non ſubſtiti, ſed ex urbe in ſuburbia, & ex his in diœceſin progreſſus, quæ in ſuburbiis, dixi, ni fallor, omnes, quæ autem in diœceſi, eas, quas potui, quarum habebam copiam, & dignas credidi memo-

ratu. Urbs præter cathedralem eccleſiis olim plena, plena xenodochiis, noſocomiis, ptochotrophiis, aliisque. Quinque erant collegiatæ, quatuor parochiales, conventuales innumeræ. Sacris ædibus & piis locis ſic obſeſſa urbs & impedita, ut ubi laici habitaverint, ubi plebs, aut negotiator, cognoſci vix poſſit. Singula ſi attendas, plebis ſedes vix alibi, quam ubi aut angiportus, aut viarum anguſtiæ, in cellis, locis ſubterraneis, infra ad foſſam veterem, & ut accepi adoleſcens à grandioribus natu, & qui provectæ jam ætatis, maxima eorum pars ad foſſam veterem habitabat, & ubi itur ad portam, ubi olim τὸ πύλωρ, *de Tolſteech-poort* vulgo. Splendidiſſimæ olim ædes, quæ in templorum circuitu, quas occupabant collegia. Et hæ ædes clauſtrales, ſpatioſæ admodum & amplæ. Sua ſingulis collegiis territoria, & *Montade*, quæ & paſſim *Emunitates*, ubi maximam partem, qui collegiis, ab officiis, ab obſequiis, aliique. Contigua hæc territoria, ſpatio vix intermedio, quod alicujus momenti, ut id latius oſtendi ad Anonymum, quem edidi Ann. 1690. Monaſteria quod attinet, & numerus eorum ingens, & magna etiam urbis pars iis olim obſeſſa. Recenſentur aliquot in charta Ann. 1512. qua obſtringunt ſe tres Status ſub Frederico van Baden, & ſe muniunt adverſus hoſtes, pro modo facultatum tributo ſingulis imperato, etiam monaſteriis, unde & opes ſingulorum haud difficulter cognoſcas. Omnia hic, ni fallor, & ea etiam omnia, quorum charta non meminit, excepta tantum quæ ad portam S. Catharinæ olim equitum Rhodiorum, de qua parum adhuc dixi ob amplitudinem materiæ. Alias dicam cum occaſio. Ubi loca à clero vacua, nobilium erant ædes, & eorum, qui inter cives erant opibus præpotentes. Et hæ murorum craſſitie, forma, & magnitudine, inſtar arcium eminentes,

Digitized by Google

tes, ut verbi gratia in valle veteri toparchæ domus Montfortii. Haſiis & Lichtenbergiis, quæ illuſtres familiæ, ejuſmodi olim ædes, ex quibus Curia urbana viſendum ſurrexit opus. Non neceſſe eſt, ut verbis in majus extollam omnia. Rerum adſunt argumenta. Inprimis dignum, quod obſervetur, quod non minus his quam prædiis, quæ ruri, nomina titulique. Non ingratum erit, ſpero, vobis, viri Perilluſtres, ſi attexam hic, quem ex chartis & vetuſtioribus monumentis collegi catalogum. Certe ad urbis, quæ veſtra eſt, & ex qua me glorior oriundum, ſummum id facit decus. Juxta ordinem literarum inprimis ſunt hæ: Vulgo d'Oudelle.

BACKENSTEYNE. Charta Ann. 1435. *quam int gerechte ende gaf over &c. huyſinge ende hofſtede geheten Backenſteyne, gelegen tuſſchen de Backerbrugge ende ſinte Iohane brugge opt weſteynde van der grafte.*

BEYARDEN. Charta Ann. 1397, *des Donderdachs* poſt Bonifacii, *quam int gerechte Dirck van Houten Gerrits ſoon, ende belyde, dat hy ontfaen hadde van Haren Louff van Ruweel Ridder die huyſinge, hofſtede, kelnaer, ende cluyſen tot Beyarden gelegen by de Beyerbrugge.* Vetus fuit familia. Nam & mentio jam olim *Goſuini van Beyerden Schout in des Abts gerechte van St. Pauls t'Utrecht Ann.* 1358.

BOLESTEYN. Mentio ejus in charta, ſeu litis inſtrumento Ann. 1365. Nomen dedit Ioannes Bole, qui Scabinus Ultrajecti Ann. 1327.

BLYDENSTEYNE. Charta Ann. 1465. *gaf over int gerechte &c. voor hem ende Ioncfrou Haſe ſynen wyve, daer hy kinderen by hadde, aen handen Claes van Syl, ende Willem van Syl gebroeders, Roelof Claeſen kinderen, die huyſinge ende hofſtede geheten Blydenſteyne, gelegen by de Beyerbrugge, van voor vytter grafien tot achter aen de Noede metter Camer onder de huyſinge van Voelbeyert &c.*

BRANDENBURCH. Hujus nominis olim duæ *groot en kleyn Brandenburch.* Utræque ad foſſam veterem. Majores, ad trochleam. Minores ad urbis trutinam. Charta Ann. 1394. *quam int gerechte Ryquyn Ians ſone, ende Iuffrou Beatrix,*

die Iohans wyf was, ende gaf over Willam Iohans ſone van Angeren enen vryen eygendom van de huyſinge tot Brandenburch, alſo die gelegen is aen de Stadts wage, die huyſinge ende hofſtede tot Pallaes aen die weſtſyde &c. Egbert van Zuermont beleedt int gerechte Ann. 1456. *dat hy met Henric van Voscuyl gedeelt ende geloot hadde die huiſinge ende hofſtede, geheten Brandenburch, ende klein Brandenburch &c. Beernt Proeys quam int gerechte t'Utrecht, ende gaf over Ann.* 1468. *Hubert Buchel het huis geheten* groot Brandenburch, *ſtaende aen de Craen, daer de huiſinge van Pallaes weſtwaerts, ende de naſaet van Beernt Proeys met ſyn huiſinge genaemt klein Brandenburch ooſtwaerts voor naeſt gelegen ſyn.* Iohannis *van* Brandenburch civis Trajectenſis meminit charta Ann. 1321.

BLANCKENBURCH. Charta Ann. 1470. *quam int gerechte der Stadt Utrecht Aernt Ruyſch, ende ſchout quit Ioncfrou Alfer Ian Ruyſchen weduwe, ſynre moeder, alle rechts, dat hy hadde aen de helfte van de huiſinge ende hofſtede Blanckenburch met allen hoeren toebehoren, alſo als die gelegen is tuſſchen St. Iohans brugge ende die Backerbrugge &c.*

BISSCHOPS WINTERHUYS. Charta Ann. 1371. *doen wi verſtaen Scoute ende Scepene der Stadt van Utrecht, dat voor ons quamen int gerechte Maes Sollebolle ende Haſe ſyn wyf, ende gaven mit ſamender hant Claes den jonge de huſinge, hofſtede, eggen ende einden, boven ende beneden, bodem ende boort, mit ſulcken tinſe ende pachte alſe gelegen ſyn onder de Riemſnyders, anders Biſſcops winterhuis, daer Claes de Ionghe &c.*

die CLOCKE. Charta Ann. 1455. *Aldus ſeit Ian van Loenen, dattet een rechte pandinge is, die hy gedaen heeft aen die huſinge ende hofſtede in ſinte Marien ſtrate geheten die Clock &c.*

COENRAET BISSCOP. Charta Ann. 1407. *dat wy daer over ende aen waren, daer Giſebrecht van der Horſt geeigent wert mit recht ende mit oordele aen der huſinge ende hofſtede gelegen by der Plaetſe, geheten Coenraet Biſſcop, ende aen alle recht, dat Aelbert Zoudenbalch daer aen hadde &c.* Charta Ann. 1423. *Aldus ſeit Egbert van Groenenberch &c. datmen hem mit recht voort rechten ſal aen der huſinge ten Coenraet Biſſcop, want die huſinge mit recht ſyn is.* Charta Ann. 1416. *dat wi daer over ende aen waren, daer Tyman Ianſen geeigent wert mit recht ende mit oordeele aen der huſinge ende hofſtede geheten ten Coenraet Biſſcop.*

CRO-

Digitized by Google

CRONENBURCH. Charta Ann. 1422. *quam int gerechte &c. Splinter van Everdingen &c. ende gaf over Weſſel ſyn ſone ende Ioncfrou Mechtelt ſyn dochter die huiſinge ende hofſtede tot Cronenburch, ſtreckende van voor van de gracht tot achter aen de Noeye, ende daer by drie cameren, die hy ſtaende hadde in Draeckenburchs ſteghe &c.*

DENEMARCKEN. Domus prorſus magnifica, cujus olim poſſeſſor *Albertus van Leuwen* eques, fato functus Ann. 1538. & ſepultus cum conjuge, quæ biennio poſt obiit, *Maria van Zulen*, in eccleſia civili, vulgo *de Buirkerck*. Duodecim ex ea filios & duas filias ſuſceperat, quibus ſingulis præter domum inſignem doti dedit, aut propter nuptias, trecentos florenos annuos. Menſæ dicitur aſſediſſe, ut ex Lappii didici adverſariis, & res eſt admodum memorabilis, cum filiis, filiabus, nepotibus, neptibuſque, & matrimonio iis junctis, ducentis quatuor & octuaginta.

DRAKENBURCH. Charta Ann. 1365. *aen de Ooſtſyde van de grafte tuſſchen de Hofſtede der Heeren van St. Cathrynen aen de overſyde, ende de Hofſtede Drakenburch aen de nederſyde &c.* Familia fuit nobilis, quæ ædibus dedit nomen. Fuere & aliæ ejuſdem nominis in parochia de Baern, in quibus miſſa etiam dicta in altari portatili, ex privilegio in id dato à Frederico de Blanckenheim epiſcopo Trajectenſi, cujus tenor hujuſmodi:

Fredericus *Dei gratia epiſcopus Trajectenſis dilecto in Chriſto nobis Frederico de Draeckenburch armigero noſtræ diœceſeos ſalutem in domino ſempiternam. Ut in domo veſtra de Draeckenburch ſita infra parochiam de Baern dictæ noſtræ diœceſeos loco decenti & ornato ac congrue adoperto ſuper lapidem portatilem conſecratum divina miſſarum officia per quemcunque presbyterum ydoneum facere ac celebrare poſſitis interdictis & excommunicatis excluſis, jure parochialis eccleſiæ ſemper ſalvo, non obſtante quacunque interdictione noſtra, aut ſtatutorum Provincialium vel ſynodalium aut alicujus inferioris lata aut ferenda in Baern, dummodo vos, aut aliæ perſonæ, quæ vobiſcum divinis miſſarum officiis interfuerunt, occaſionem illius interdicti non dederitis, aut dederint, vobis hinc ad annum à data præſentium computandum tenore præſentium indulgemus & noſtrarum teſtimonio literarum. Datum anno domini* CIↃ. CCCC. *menſis Aprilis die ſeptima.*

DRIE-

DRIELENBURCH. Charta Ann. 1394. *quam voor ons int gerechte &c. Dirc van Iutfaes van Iohans wegen van Blochoven ſyns broeders gemachticht, ende gaf over Wouter Hawen die huſinge ende hofſtede tot Drielenborch, gelegen binnen Utrecht aen de gansmerckt, ſtreckende van voor aen de ſtraet tot aen Henrick Pauwels ſoons huiſinge des goutſmits, ende die huiſinge ende hofſtede gelegen after aen Henrick Pauwels ſoons huſinge voorſz, ende daer toe die huſinge ende hofſtede, gelegen achter Willams huiſinge van Angeren metten poortwech tot Drielenburch uitſtreckende in der Noden &c.*

DROMENBURCH. Celebris olim domus in capite plateæ dictæ de Nyeſtraet ut in charta eſt Ann. 1338. Familia etiam non ignobilis, quæ ædibus dedit nomen. Tydemanni Droem qui eas habitabat Ann. 1338. mentio in charta ejuſdem anni. Iohannis Droem in charta Ann. CIↃ. CCCC. V. *Allen &c. doen wi &c. dat voor ons quam int gerechte Iohan Droem, ende gaf Gerrit van Raephorſt den vryen eygendom van der helfte van der huſinge ende hofſtede tot Dromenburch, alſo alſe gelegen ſy onder die Smede tuſſchen de Reguliers brugge ende Rodenburger brugge, eggen ende eynde, ende voort voor ende after mit allen hoeren toebehoren, alſe gelegen ſy, ende mitten poortwegen, die daer toebehoren, alſe die eene uitgaende in de nieuwe ſtraet, ende de ander in de Rodenborger ſteghe &c. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ende vive des Dondrdachs na St. Ambroſius dach.* Mutatæ dein ædes in undecim millium virginum monaſterium ordinis S. Franciſci de pœnitentia impetrato ad hoc conſenſu Frederici de Blanckenheim epiſcopi Trajectenſis Ann. 1412. *Brandolie* vulgo dictum, ut latius de eo infra.

ENGELENBURCH. Charta Ann. 1433. *ende Iuffrou Wonne, die Daem Taetſen wyf was, creech het huis van Engelenburch ſtaende op den hoeck van de Schoutenſteech op de Ganſemerckt.*

GHELENBERCH. Hujus meminit tabularium, quod Lappius olim vidit, Carmeliticum Ultrajecti, in quo inter ceteras litera etiam de domo vulgo *Ghelenberch in de Nieuſtraet.* Angularis hæc & ex oppoſito Conventus Carmelitici. Charta eſt Ann. 1358. *Mede ſo toonden NN. ons een Stadtbrief ſprekende, dat Heer Claes Fredericxſoen t'enen ewelycken erfpacht gegeven hadde de eigendom van de huiſinge ende hofſtede gelegen in de Nieuſtraet op den hoeck van Ghiſen ſtege op de noortſyde van der ſelver ſteghe &c.*

GROE-

GROENENBERCH. Charta Ann. 1398. *quam int gerechte &c. ende heeft aen Godtſchalck van Winſen opgedragen den eygendomme der huyſinge van Groenenberch &c. Dit geſciede onder Beernt Proeys Schout &c.* die Martis poſt converſ. Pauli &c. Nomen dedit poſſeſſor. Charta Ann. 1423. *Int ſelfde jaer geviel een dingtale tuſſchen Egbert van Groenenberch optie een ſyde, ende Dirc van Daven optie ander ſyde &c.*

GROENENWOUDE. Charta Ann. 1463. *Ick Henrick van Culenborch lye ende bekenne mit deſen openen brieve voor my ende voor myne erfgenamen, als dat ick ontfangen hebbe van Ian de Wael Claeſſen, drie hondert Rudolphus Biſſchops guldens, die my Iohan voorſz. ſchuldich is roerende van der huyſinge ende hofſtede, gelegen binnen der Stadt van Utrecht, geheten Groenenwoude &c.*

onder HALLE. Charta Ann. 1417. *ende alle voorplechten af te te doen, behoudens dat huis ter onder Halle gelegen neffens de huyſinge ſynes doorſlaechs, door den kelnaer tot Coenraet Biſſcop &c.*

ter HARTE. Charta Ann. 1397. *dat hy een rechte ruiminge geboden heeft van den huiſe ter Harte, ende van der geſate, alſo alſt bepaelt is in der maecke, die Giſebrecht voorſz. gemaeckt heeft opten huiſe ter Harte voorſz, dat Beernt van der Harte hoer man voorſz dat huys, geſate, ende beſitte gecoft heeft &c.* Inter pontem pecuarium & S. Iacobi ſita. Charta Ann. 1352. *gelegen tuſſchen die Viebrugge ende ſint Iacobs brugge, tuſſchen die hofſtede ter Hart aen die overſyde, ende de Hertſtege aen de nederſyde van de Stadt ſtraet ooſtwaert op &c.*

HASENBERCH. Nobilis fuit & illuſtris Haſiorum familia, quæ domui dedit nomen Ex hac & Lichtenberch, quæ ei juncta, Caroli V. temporibus ſurrexit Curia urbana.

HEMELRYCK. Charta Ann. 1447. *ende gaf over voor hem ende ſyn huysvrou, daer by boorte by heeft H. Zweer Cluetinck Canonick St. Peters t'Utrecht den eygendom der huiſinge geheten dat Hemelryck gelegen aen der plaetſe mit voorwaerden, dat dat huys altyt blyven ſel onder weerlycke hant &c.*

HOENENBERCH. Charta Ann. 1562. 1. Ian. *Peter Ruyſch &c. verhuirt by deſen &c. Dirck Cryeck Deurwaerder der Stadt Utrecht die meeſte helfte van der huiſinge ende hofſtede alſo als die gelegen is opte Noortſyde van de Vinckenburchſteech, genaemt Hoenenberch mitten kelder ende ſtrate over die deure &c.*

HOOLHORST. Domus angularis vici Hieroſolymitani, ædificata, ut inſcriptio habuit frontiſpicii, Ann. 1523.

Stet domus hæc, donec fluctus teſtudo marinos
Ebibat & totum teſtudo perambulet orbem.

HAMERSTEYN. Domus olim contigua ædi S. Catharinæ, è regione nimirum chori. Mentio ejus in inſtrumento Ann. 1368. Nomen dedit poſſeſſor, ut rurſum occurret infra.

KARHUYS alias SCHERPENBORCH. Domus eſt angularis ad auſtrum viæ lapideæ. Charta Ann. 1331. *dat ſy in erfpachte hadden van den Deken ende Capittele voorſz. ene Hofſtede, die gelegen is aen den nyuwen Steenwech; die geheten is ten Karrehuſe, ſtreckende van voren van der ſtraten langs den Steenwech after aen de Hofſtede, daer Philips de Botterman op woont, tuſſchen de Hofſtede daer Hugo van Scoude op woont aen de overſyde, ende tusſchen den nyuwen Steenwech aen de nederſyde, egghen ende eynden, alſe gelegen is &c.* A domino ei nomen, unde & nomen plerisque. Charta Ann. 1436. *om haer recht daer mede te bewaren &c. opter huiſinge ende hofſtede gelegen in ſinte Marien ſtraet, daer Evert Fock de Beeldſnider boven, ende Ian van Scherpenborch beneden naeſt gelegen ſyn &c.*

KEYSERRYCK. Ædes olim magnificæ, mutatæ in urbis trutinam Ann. 1616. aut potius, ut videtur, eidem adjectæ. Charta Ann. 1456. *Allen &c. doe ick verſtaen Volpert van Raephorſt, dat ick ontfangen hebbe van Iuffrou Agneſe, die Wouter de Ridders wyf was, ende Iuffrou Wouter haer dochter, de Huiſinge ende Hofſtede geheten het Keyſerryck, ende die Sterre alſo alſe gelegen ſyn by der Stadts wage &c.*

KOECKENBERCH. Charta Ann. 1442. *dat wy daer over ende aen waren daer Gerrit Krinck als enen werckmeeſter der kercke van St. Geerten t'Utrecht geeygent wert mit rechte ende mit voordele aen den erfpacht van der helfte van der Hofſtede, ende ſulck getimmer, als daer op ſtaet, gelegen in ſint Geerten ſteege geheten Koeckenberch, ende alle rechts dat Peter de Veren erfnamen daer aen hadden, daer by aen gepant was &c.* Familia Ultrajecti, cui Koecke cognomen, ex qua Iohan Koecke filius Hermanni Koecke Scabinus Ultrajecti Ann. 1326. Charta Ann. 1351. *dat voor ons quam int gerechte Arlandis, die Iohan Koeckens wyf was, ende Herman van Amersfoorde, ende toonde aldaer enen Statbrief &c.* Haud dubie hinc ædibus olim nomen.

LANTS-

LANTSCROON. Fuere olim tres domus è regione chori eccleſiæ S. Catharinæ, ad portam ſcilicet ejuſdem nominis, ad eccleſiam illam attinentes. Majori Hamerſteyn erat nomen, mediæ Lantscroon, tertiæ Wildenburgh. Familiæ etiam totidem, quarum media adhuc ſupereſt. Charta Ann. 1403. *Allen &c. dat voor ons quam int gerechte Laurens van Hamerſtein, Ioncfrou Korſtine ſyn wyf, Ians dochter van Lichtenberch &c.*

LEUWENSTEYN. Charta Ann. CIↃ. CCCC. LXXX. *des daegs na St. Andries dach den Apoſtel. Ick Iohan van Reneſſe van Rynouwen Ridder belye ende kenne, alſo Gysbrecht Hendrickſen twee cruysraempten geſet heeft met yſeren tralien ende venſteren van binnen opgaende in ſynen gevel, opt Oeſteynde van ſynre Camer van ſynre huyſinge tot Leuwenſteyn, gelegen by der Plaetſe, ende luchten in mynen nitganck ende erve ten groot Lichtenberch &c.* Charta Ann. 1483. *Allen den genen &c. dat voor ons quam &c. ende toonde ons enen Statbrief &c. opter huſinge ende hofſtede geheten Leuweſtein by der Plaetſen daer de Huſinge ende Hofſtede geheten Nyeborch boven, ende de huſinge ende hofſtede geheten de Scrier beneden naeſt gelegen ſyn &c.*

LICHTENBERCH. Majores hæ minoreſque. Eadem charta: *ende ic hebbe daeromme gelooft en gelove voor my ende voor myne erven ende nakomelingen aen handen Giſebrechts voorſz, ende ſyn nacomelingen beſitters der huiſinge ten Leuwenſtein, als dat ick noch myn nacomelingen beſitters der huiſinge tot groot Lichtenberch deſe voorſz twee cruysraempten tot geenen tyt betimmeren noch becommeren en ſullen.* Charta Ann. 1540. *Wy Officiael 's Hoofs van Utrecht &c. doen condt &c. dat voor ons &c. gecompareert ſyn die Eerſamen ende Vromen Anthonis Beeſlant, voortyts wyntapper in cleyn Lichtenberch aen de plaetſe &c.*

LOMBARDE huys. Charta Ann. 1407. poſtridie Petri ad vincula: *Allen den genen &c. doe ic verſtaen Willem van Alendorp &c. dat ic in erfpachte houde ende hebbe van Eerſamen Heeren Deken ende Capittel van ſinte Marien t'Utrecht hoer hofſteden, alſo alſe gelegen ſyn bi ſinte Marien plaetſe aen de Zuytſide, daer Ian Liebaert boven naeſt gelegen is mit huſinge geheten van outs der Lombarde huys, ende beneden naeſt gelegen is &c.*

LUTTIKENHUYS. A domino ædes ita dicta. Charta Ann. 1572. *ende Henric Weſtfelinc ende Lysbet ſyn wyf gaven mit geſa-*

mender hant Geryt Pelgrims ſoon den eygendom van der huſinge, hofſtede, ende kelnair tot Luttikenhuys &c. ſtreckende van voir uyt der grafte after aen de Sprincwyc, alſo alſe Tydemans van der Luttikenhuys waren, doe hy in ſinen laetſten live was, tuſſchen der huſinge ende hofſtede ten Spiegel aen die overſyde &c. Charta Ann. 1443. *Aldus ſeyt Henric van Luttikenhuys op die twyge, die hem geboaen hebben Henric van Gent, ende Gysbert van Raepborſt op ſyn getimmert, dat hy ſtaende heeft op ſynre hofſtede van Luttikenhuyſe &c.* Familiæ hujus inſignia tres olim domunculæ, mutatæ poſtea in tres ſtrigiles. Superfuit ex ea adhuc Ann. 1513. Eelgis *Iacobſen van Luttikenhuys* pictor.

ter MAST. Ad occidentem foſſæ veteris ex adverſa plateæ *Twyſtraet* olim *Mandemakers*.

MOERENDAEL. Inter Bavarum & Piſtorium pontes ad occiduam foſſæ partem.

MOSSELENBERG. Charta Ann. 1466. *Wy Gysbrecht van Brederode Domprooſt &c. Alſo een wyle tyts ſekere twiſten, en geſchillen geweeſt ſyn &c. roerende van eenre Hofſtede mit hooren toebehoren gheheyten den Moſſelenbergh, gelegen binnen der voorſz. Stadt van Utrecht oeſtwaerts van der kercken ſunte Peters voorſz. after den Regenboge by der Stadt muyren voorgenoemt, daer Lysbet Herbarens weduwe over de Vecht boven, ende der Heren-ſtege van ſunte Peters naeſt gelegen ſyn &c.*

MOUWERENBURCH. Ædes, ut in charta Ann. 1522. *gelegen tuſſchen de Beyer ende Backerbrugge.*

NIEUWENDAEL. In platea *de Snippevlucht*, prope ædes pulchras vulgo *'t Schoenhuys*, à familia ejuſdem nominis. E qua *Iacob van Nieuwendael*, cui nupta *Eliſabetha van Drakenburch* Ann. 1350. *Alphardus van Nieuwendael* Scabinus Ann. 1369. *Arnoldus van Niewendael* Ann. 1393. Iacobi filia Eliſabetha nupta Alardo Ioannis filio *van* Salmande. Eorum vetus inſigne tria lilia argentea.

NYEBORCH. Charta Ann. 1484. *ende toonde ons een Stadtbrief, daer onſe tegenwoordige brief doorgeſteken is, opter huſinge ende Hofſtede geheten de Nyeborch daer &c. boven, ende de huſinge ende de hofſtede geheten de Scrier naeſt gelegen ſyn &c.*

NYWENHUSE. Charta Ann. 1536. *ende heeft Iohan Splinter van den Enghe &c. van Herman van Lochorſt* cum ſociis *ontfan-*

fangen den kelnaer ten Nyuwenhuſe gelegen onder die Lakenſnyders onder der Stadt ſtraten, ende onder den cameren ten Nyuwenhuſe, ſtreckende van die gevel van Nyuwenhuſe uytter grachten &c.

PALLAES. Charta Ann. 1503. *quam int gerechte Adriaen van Pallaes, ende maeckte Iuffrou Alyt ſynen wive Ernſts dochter van Lichtenberch ende van Lantscroen, tot lyftocht die alinge huiſinge ende hofſtede van voor tot achter, alſe die gelegen is by de wage, ende is geheten Pallaes, met den inboedel &c.*

PAYENBURCH. Charta Ann. incerti: *Allen den genen &c. doen wy verſtaen Schout ende Schepene der Stadt van Utrecht, dat voor ons quamen int gerechte &c. ende gaven over &c. den rechten ergendom van een huyſinge &c. genaemt cleyn Payenburch &c. daer Cornelis van Leuwen Henricſen zuytwerts &c.*

POTTENBURCH. Charta Ann 1570. *quam int gerechte den Eerſamen ende Vromen Heer Iohan van Huchtenbroeck Ridder, ende gaf over een huſinge &c. tuſſchen de Rodenburger brugge, ende de Gaerdebrugge aen de weſtſyde der grafte Pottenburch genaemt, daer Iohan van Valkendaels erfgenamen boven, ende Iohan van Anxſter beneden naeſt gelegen ſyn.* Nomen dedit poſſeſſor. Recenſentur inter Scabinos Matthæus Pot ibid. & Ian Pot Ann. 1414.

PROEYSENBURCH. Ædes ad foſſam veterem inter pontem piſtorium, & viam dictam *de Vroetſtege.* Charta Ann. 1496. *dat voor ons quam int gerechte Henrick van Leuwenberch, ende gaf over voor hem ende voor Ioncfrou Margriete ſynen wive Iacob Proeyſen dochter &c. Beernt Proeys, Iohan Proeys, Ioncfrou Herman Proeys, Jans wedauwe van der Borch, ende Ioncfrou Goede Proeys, als erfnamen van Heeren Roelof Proeys &c. die alinge huiſinge ende hofſtede &c. alſo die gelegen is tuſſchen die Vroetſtege ende die Backerbrugge aen de Weſtſyde vander grafien &c. ende is geheten Proeyſenburch &c.*

RAVESTEYN. Ædes in platea S. Mariæ in charta Ann. 1553.

RODENSTEYN. Domus angularis ad plateam de *Stroyſteegh, uten Engh* olim Actuarii.

ROSENDAEL. Ædes in platea vulgo *de Snippevlucht* è regione pontis Bavari, *daer Pelgrim van Hoeys erfgenamen met een poortweech boven, ende die huyſinge geheten Zandenburch beneden naeſt gelegen ſyn*, ut in charta anni incerti.

de ROSE. Charta Ann. 1414. *dattet een onrechte ruyminge is, die Dirc van Iſendoorn gedaen heeft aen haire huſinge ende hofſtede gelegen op die Viſchmarckt, geheten die Roſe &c.*

RUYSCHESTEYN. Charta eſt Ann. 1436. qua fatentur ſe vendidiſſe Henricus Wolff & domina Agatha ejus uxor Gisberto Nicolai domum dictam *Ruyſcheſteyn met een kelre geheten den nieuwen kelre &c. om een ſekere ſomme gelts &c.* In alia Wilhelmus Ruyſch *van* Pylsweert Henrici filius eandem domum hanc, quæ ſita ad pontem piſtorium, ut dicitur ibi, vendidit. Manſit cœlebs Wilhelmus fato functus Ann. 1588.

RUTENBERCH. Diu lis & contentio de duabus his ædibus Rutenberch & Blydenſteyne *tuſſchen Baudekyn van Rutenberg op tie een ſyde ende Iuffrou Hildegont, die Wennaerts wyf was, op tie ander ſyde.* Deciſa judicum ſententiis Ann. 1373. S. Thomæ profeſto Prætore Braem *van de* Velde.

SCHATTENBURCH. Domus angularis ad auſtrum viæ publicæ *de Gortſteech* foſſam veterem reſpiciens. Meminit charta Ann. 1439.

SCHINCKELENBORCH. Charta Ann. 1589. *donderdachs* poſt Luciam *quam int gerechte Elſabe Claes Sandermans dochter, ende gaf over Wouter Grawert een Schepenbrief, ende den eygendom van de huiſinge ende hofſtede, daer den Schepenbrief af ſpreeckt, behoudelyck hoer hoere huyſinge ende hofſtede voor opter hofſtede na Schinckelenborch gelegen achter aent weſteynde van de voorſz. Elſabe huiſinge ende hofſtede, die Elſabe nu bewoont, ſtreckende van Elſabe'en huiſinge ende hofſtede voorſz. weſtwaert in tot den nyſteeck toe van Blanckenberch &c.*

SCRIER. Vid. ſupr. *Nyeborch.*

SONNENBERCH. Domus pro qua ſolvitur *een oude boddrager*, & unum *loot* argenri.

ten SPIEGEL. Charta Ann. 1375. *Allen den genen &c. dat voor ons quamen int gerechte Iohan ende Wernaer Iohans kinderen van den Spiegel, ende vertegen &c. tot Vredericx behoef van den Spiegel haers broeders, van horen twee deelen van den eygendom van der huſinge, hofſtede, ende kelnair ten Spiegel &c. alſo alſe gelegen ſyn onder die Corenmerct, ſtreckende van voir uter grafte after aen de Sprinckwyck, tuſſchen ſinte Iacobs Hoſpitael aen de een ſyde, ende tuſſchen die huiſinge ende hofſtede ten Luttekenhuiſe aen die ander ſyde &c.*

de

de STERRE. Charta Ann. 1401. *ende aldaer ſo gaven Ioncfrou Sophyen ende Ioncfrou Elborch voorgenoemt dat huys te Leuwenſteyne mit ſynre timmeringe, die boven den kelnair is ten Leuwenſteyne mit den afterhuyſe dat aen die Sterre ſtaet.* Et his à domino etiam nomen. Meminit ipſa charta hæc Rotardi *van der Sterre.* Vid. ſupr. *Keyſerryck.*

VALCKENDAEL. Inter pontes, quorum alter vulgo olim *de Beyerbrug*, hodie *de Beſembrug*, alter *de Backerbrug*. Meminit charta A. 1471. quam & vidit Buchel. *fol.* 159. *lit. D. De Beyerbrug* olim nonnulli Bavarum vocabant, inter quos & Mecropedius, perinde ac ſi fundator ejus ex familia Bavarica. Recte autem nec ne, ni fallor, nondum adhuc ſatis conſtat. Veriſimilius, quod nomen id à *Beyardt* veteri familia, cui ædes, quæ præferebant ſuperiori adhuc ſeculo *den Rosbeyart* inſigne, ſeu quatuor Haymonis filios. Vid. *Beyarden* ſupra. Alii ante conſtructum hoſpitale S. Barbaræ ſitam ajunt ibi domum recipiendis noctu hoſpitibus *'t Beyerhuis* dictam à mora ibi ab iis facta. Et hinc ponti ajunt nomen. Piſtorio civis dedit nomen, cui *Backer* cognomen, & cujus prope ibi ædes. Admodum autem frequens ibi garrula olim plebs, unde & Douſa in epiſt. *p.* 84. *Nugas merat, meros jocos, dignoſque ponte, quem vocant Piſtorium Ultrajectini flamines. Valckendael* porro nomen & prædii & ejus domini. Nam in charta Ann. 1496. occurrunt *Ian van Iutfaes Schout, Peter van Valkendael, Iacob van Iutfaes, Peter van Voſculen &c.*

VRENCKENSTEYN. Charta Ann. 1365. *quam int gerechte Godſchalck Vrencke &c. ende gaf over Aernt ſynen ſone, die hy heeft by Ioncvrou Adeliſe ſynen wyve, ſyn huiſinge ende hofſtede Vrenckenſteine, alſo alſe gelegen is by Iohans brugge opte ooſtſyde van de grafte tuſſchen de hofſtede der Heeren van ſinte Cathrynen aen de overſyde, ende de hofſtede te Drakenburch aen de nederſyde &c.*

WILDENBURCH. Vid. *Lantſcroon.*

VOELBEYERT. Charta Ann. 1465. *die huſinge ende hofſtede geheten Blydenſteine, gelegen by de Beierbrugge &c. onder de huiſinge van Voelbeiert, ende alinge den erve, dat daer op deſe tyt toebehoort, daer die huiſinge geheten Rutenberch boven, ende die huiſinge geheten Voelbeiert, ende die huſinge van Zoudenbalch after ter Neede toe beneden naeſt gelegen ſyn &c.*

ZAN-

ZANDENBURCH. Vid. *Roſendael.*

ZOUDENBALCH. Charta Ann. 1425. *des Saturdachs op ſinte Margrieten avont in den winter, die huſinge ende hoffſtede tot Zoudenbalch, alſo alſe gelegen is binnen Utrecht, ende ick die te bewoonen plach, uitgeſeit die twee cameren, die opte grafte gelegen ſyn aen de noortſyde van Zoudenbalch, ende mit den huſe, dat in ſinte Catharinen ſtege gelegen is aen den after huiſe van Zoudenbalch &c.*

't ZWERTE VERCKEN. Charta Ann. 1502. *Alle den genen &c. ende belyden met geſamender hant, alſo hem Iacop Henrickſen die Drooghſcheerre van vruntſchappe ende niet van rechts wegen gegunt ende belieft hadde hoer anckers van hoire huiſinge gelegen aen ſunte Iohans velt aen der voortſyde van der ſtraten te ſteken ende te veſtighen door Iacops voorſz muyr van zynre huiſinge, geheten dat zwerte Vercken, aen die weſtſyde naeſt Dircs voorſz huis gelegen &c.*

Et hæc ſunt ædificia, præclara inprimis & magnifica, & non cleri, ſed privatorum, quæ aliud agenti & in tranſitu occurrerunt. Plura occurrent haud dubie, ſicui inſtrumenta contractus veteres continentia evolvendi per otium voluptas facultaſque. Nec fruſtra impendet operam, dum non parum hinc urbis ſplendor tot ſuperbis ſubſtructionibus jam olim, & illis ſeculis, quibus procul adhuc aurum Indicum, conſpicuæ eluceſcit. Nullibi enim, ut opinor, & nec Hollandiam excipio, in una aliqua civitate prædiorum urbanorum occurrent tot tituli, tot propria olim nomina, quot in una Ultrajecto. Nomina quæ & dominis & prædiis ipſorum propria. A dominis data prædiis, ſi vel cives primarii (dignum quod obſervetur) vel poſiti in magiſtratu. Inter judices Trajectenſes in charta Ann. 1435. recenſentur *Vrederic* van *Drakenburch*, *Adriaen* van *Lantſcroen*, *Iohan Proeys* van *Lichtenberch*, *Iohan* van *Clarenborch*, *Iohan* van *Hamerſteyn*, & in alia Ann. 1448. *Roetaert* van *Lantſcroon*, en *Henric* de *Ridder* van *Zandenburch*. Non ipſi tantum ſic dicti, ſed & poſſeſſæ ab ipſis

ipſis ædes. Et plura exempla ſunt ſupra. Tempus, quo extructa hac ob vetuſtatem incertum, ſed certum an incertum, nihil refert, ut puto. In ſacra & pia loca, ut eorum & originem & progreſſum indicarem, inquiſivi, quantum potui, accurate & diligenter, nec tamen tam felix, ut ubique id quod quærebam, etſi quærebam anxie, ob temporis longitudinem, ob chartarum penuriam, & ſcribentium neglectum ſatis ſim aſſecutus. Operæ pretium nec ne utrum fecerim non dicam. Vos cenſebitis Nobiliſſimi & Ampliſſimi Viri. Vos qui magna cum gloria præeſtis urbi vetuſtiſſimæ, qui & rerum experientia, & ſingulari induſtria, & urbis veſtræ antiquitatum, quæ in veſtris ſunt ſcriniis, præfulgetis inſigni & non vulgari peritia, vos inquam, ut oportet, abſque odio & affectu, quid & quantum præſtiterim, quam optime cognoſcetis. Vobis quicquid hoc tandem eſt, quod partim ex Actis publicis, tam veſtris, quam cleri, cujus in diœceſi auctoritas olim ſumma, partim ex privatorum chartis & codicillis, undequaque collectum, totum dedico, conſecro. Et me voluptas quædam afficit, & quædam animi exultatio, tanta & tam ingens, ut effari vix poſſim, quod nata tandem occaſio teſtandi meam erga vos devotionem & obſervantiam, qui & parentem meum cum viveret, & cujus nondum apud vos exolevit memoria, & habuiſtis in pretio, & me adhuc juvenem, quamvis meritis multum imparem, ei, quod neceſſe eſt, ut gratus ſemper recolam, aucto identidem honorario, ſucceſſorem dediſtis. Fateor, quoties recordor id, nec injucunda eſt recordatio, ſentio etiam impelli me, ut ultra quas olim egi quas poſſum gratias adhuc agam. Quarum etiam apud poſteros ut indicium quodam extet, munuſculum hoc mitto, quod quamvis forſan exiguum ſerena tamen

fronte ut accipere dignemini, quia id & vos & veſtram urbem contingit propius, rogo vos, Nobiliſſimi & Ampliſſimi Proceres. Nec experiar, ni fallor, vos hic multum difficiles, præſertim ſi inter cetera & hæc ſubeat cogitatio, ab eo ſcilicet proficiſci id, qui & vos & veſtram urbem, ut natus in ea, & educatus, colit unice & veneratur. Deus Opt. Max. qui illuſtres veſtras Amplitudines protexit hactenus & conſervavit, vobis porro etiam benedicat, & illuſtres feliceſque ad nominis ſui gloriam, ad urbis, ad patriæ, ad diœceſis ſalutem, & aſſiduum incrementum florere & bene agere quam diutiſſime faciat. Quod ex animo vobis vovet, & faxit utinam ita Deus!

Nobilit. & Amplitud. Veſtr.
Devotiſſimus

Lugdun. in Batav.
VII. Idus Sept.
CIↃ. DCC. LII.

ANTON. MATTHÆUS.

AD

AD
LECTOREM
BENEVOLUM.

NON morabor te, Lector Candide. Verbum tantum adhuc addam: Ad fundationem VI. quæ eccleſiæ civilis eſt, excidit nec opinanti, quod omitti non oportuit, raræ mortis exemplum. Caverna eſt ſub turri, ſeu ampliſſima quædam ſpecus, in quam cum libitinarius, ut loculos mortuorum diſponeret, deſcendiſſet, ne verbum quidem prolocutus repente mortuus concidit Ann. 1625.

Omiſi etiam, quod ſepulta ibi ſanctitatis fama celebris, & devota quædam Berta, cui etiam inter Sanctos menſis Iunii dedit locum doctiſſimus Papebrochius. Teſtes ſanctitatis Decani Trajectenſes, Hermannus de Lochorſt, Iacobus de Apelteren, & Theodericus Prior Regularium Trajectenſium, literis datis hujuſmodi: *Anno domini* CIↃ. IↃ. XIV. *ipſo die Lebuini poſt nativitatem S. Iohannis Baptiſtæ devota virgo Berta filia Iacobi infra* VII. *&* VIII. *horas migravit à ſeculo plena operibus bonis anno ætatis ſuæ octuageſimo, profeſſa ſoror ſecundum regulam Anachoretarum per Reverendum in Chriſto patrem Dominum Indocum epiſcopum Ierapolitanum, ac ſacræ Theologiæ Profeſſorem cum licentia & approbatione Reverendiſſimi in Chriſto patris & domini Dn. David de Burgundia epiſcopi Trajectenſis. Quæ devota Berta certam peregit pœnitentiam in cilicio & ſimplici tunica æſtate & hyeme ſine carnibus & lacticiniis, ſine igne, nudis pedibus, aliiſque obſervantiis plurimis, cumque in tam rigida pœnitentia vixiſſet annis* LVII. *& amplius quievit in Domino in loco apud eccleſiam civilem Trajectenſem, petiitque ſepeliri in loco, ubi pœnitentiam explevit. Quæ omnia & ſingula ſupradicta nos Hermannus de Lochorſt Decanus eccleſiæ ſancti Salvatoris Trajectenſis, & Vicarius Reverendiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri Domini Frederici de Baden epiſcopi Trajectenſis, & nos Iacobus de Apelteren Decanus eccleſiæ majoris Trajectenſis, & ego Theodericus Prior Regularium in Trajecto certificamus & notum facimus per præſentes ſigillis noſtris. Anno Dni ut ſupra.*

FUNDATIONUM
LIBRI I.
ELENCHUS.

I. *Eccleſia* S. MARTINI. 1. & ſeqq.
II. *Eccleſia S. Salvatoris, vulgo* Oudmunſter. 51
III. *Eccleſia S. Petri.* 109
IV. *Eccleſia S. Ioannis.* 120
V. *Eccleſia S. Mariæ.* 133
VI. *Eccleſiæ parochialis civilis, vulgo* de Buyrkerck. 159
VII. *Eccleſia S. Iacobi.* 173
VIII. *Eccleſiæ S. Gertrudis.* 178
IX. *Eccleſiæ S. Nicolai.* 179
X. *Eccleſia S. Catharinæ.* 189
XI. *Eccleſiæ ſeu monaſterii S. Pauli.* 192
XII. *Monaſterii Regularium, ubi & de Sanctis.* 222
XIII. *Monaſterii Hieroſolymitani.* 237
XIV. *Monaſterii S. Agnetis.* 241
XV. *Eccleſiæ fratrum Minorum.* 243
XVI. *Eccleſiæ ſeu cœnobii Prædicatorum.* 257
XVII. *Ædis S. Spiritus.* 263
XVIII. *Monaſterii S. Servatii.* 265
XIX. *Monaſterii albarum virginum.* 275
XX. *Monaſterii S. Cæciliæ.* 281
XXI. *Monaſterii* XI. *millium virginum, vulgo* Brandoly. 290
XXII. *Ædis S. Barbaræ.* 297
XXIII. *Gyrgathi Trajectenſis.* 306
XXIV. *Monaſterii S. Brigittæ; ad vineam item in valle veteri.* 311
XXV. *Ædis S. Eliſabethæ ſeu Orphanotrophii.* 315
XXVI. *Hoſpitalis S. Quintini.* 336
XXVII. *Fani ſeu ædium S. Mariæ Magdalenæ.* 338
XXVIII. *Monaſterii Carmelitici.* 341
XXIX. *Ædis S. Hieronymi & Scriptum Memoriale.* 363
XXX. *Hoſpitalis S. Agathæ.* 372
XXXI. *Hoſpitalis SS. Matthiæ & Margaretæ.* 375
XXXII. *Curiæ Begginarum.* 377
XXXIII. *Ædis S. Eligii, vulgo* St. Loyen Gaſthuys. 387
XXXIV. *Ædis S. Bartholomæi.* 389

I. *Eccleſia Rhenenſis.* 398
II. *Monaſteriorum de Oeſtbroec & Vronwenclooſter.* 404
III. *Domus nova Lucis Carthuſienſium, quæ & aliter* Bloemendael. 419
IV. *Monaſterii in Aldvica.* 429
V. *Vallis S. Mariæ.* 432
VI. *Vallis pacis, vulgo* Vredendael. 494
VII. *Eccleſiæ parochialis* int Geyn. 495
VIII. *Monaſterii Nazareth Canonicarum Regularium* int Geyn 498
IX. *Hoſpitalis S. Martini.* 499
X. *Eccleſiæ de Iutfaes.* 509
XI. *Ædis ſeu Clauſtri Canonicarum Regularium, quod in agro Amorfortio, vulgo* de Birckt. 517
XII. *Eccleſiæ in Eem.* 526
XIII. *Monaſterii Bethlemitici & Xenodochii S. Marthæ.* 534
XIV. *Hoſpitalis S. Crucis, quod & S. Sebaſtiani.* 538
XV. *Hoſpitalis S. Iuſti, ædis S. Cornelii, S. Annæ, & miſerabilis cœmiterii.* 547
XVI. *Hoſpitalis S. Iobi.* 549
XVII. *Eccleſiæ Cothanæ.* 551
XVIII. *Hoſpitalis S. Antonii.* 559
XIX. *Ædis Teutonicæ, vulgo* t' Duytſchen Huys. 563
XX. *Eccleſiæ de Vianen.* 589

FR. DUAREN. *de ſacr. eccleſ. miniſt. p.* (*mihi*) 29.

Male docet, qui omnia docet. In lampadem ſi parum inſtillaveris olei, ſatis alimenti habet ignis. Sin juſto largius infuderis, etiam quæ in ea eſt flammam extingues &c.

FUN-

FUNDATIONES ECCLESIARUM.

LIBER PRIMUS.

COMPLECTENS FUNDATIONES, QUÆ ULTRAJECTI IN URBE.

FUNDATIO I.

ECCLESIAE S. MARTINI TRAJECTENSIS, OCTAVO SECULO INEUNTE.

I. QUINQUE olim Ultrajecti eccleſiæ collegiatæ, S. Martini, S. Salvatoris, S. Petri, S. Johannis, & S. Mariæ. Et hæ omnes adhuc extant, excepto quod ſecundæ extet corpus tantum, ſeu collegium, deſtructa jam pridem æde. Sua ſingulis ſigilla. Sua olim inſignia, quæ habes typis expreſſa *lib. 2. de Nobilit. cap. 12.* S. Martini paſſim major eccleſia & eccleſia Trajectenſis. Extructa à Willebrordo loco, quo à Danis deſtructa eccleſia S. Thomæ. Beka *in Willebrordo.* Paſſim etiam *den Dom. Dom* idem per apocopen, quod domus, quod *Dominicum.* Idem autem *Dominicum*, quod eccleſia, quod templum. Acta SS. martyrum Saturnini, Felicis, Dativi, Ampelii *cap. 4. Collectam glorioſiſſime celebravimus, ad ſcripturas dominicas legendas in dominicum convenimus ſemper.* Etiam ſacra ſynaxis eſt, ut apud Cyprian. *lib. de oper. & eleemoſ. Locuples & dives es, & Dominicum celebrare te credis, quæ Corbonam omnino non reſpicis*, & ad Cæcilium *epiſt. 63. Numquid ergo Dominicum poſt cœnam celebrare debemus &c?* Acta Proconſularia SS. martyrum Saturnini & ſociorum, quæ extant apud Surium *tom. 1. die XI. Febr. Dominicum cum fratribus celebravi*, & mox: *Sine Dominico eſſe non poſſumus.* Sed frequentius eccleſia, ut & apud Idatium ad Ann. 360. *His Conſulibus dedicatum eſt Conſtantinopoli Dominicum* &c. Antiochiæ fuit nobiliſſima, quæ *Dominicum* dicta *aureum.* Hieronym. in *Chron.* Add. Euſeb. *hiſt. eccleſ. lib. 9. cap. 10.* Quod Belgis eſt *Dom*, Latinis eſt *domus Dei.* Zeno Veronenſis *ſerm. de Pſalm. 126. Conventus quidem eccleſiarum, quos*

ad ſecretam ſacramentorum religionem ædificiorum ſepta concludunt, conſuetudo noſtra domum Dei ſolita eſt nuncupare. Κυριακὸν dicunt Græci. Unde & noſtrum illud *Kerck*, ſeu *Kirch*, ut Germani. Vid. Juſtell. *ad Cod. canon. eccleſ. univerſ. p.* 162.

II. Ea, quæ Ultrajecti, haud dubie eſt vetuſtiſſima. Nam certum, quod Willebrordus Ultrajectum ſe contulit miſſus eo à Pipino Ann. DC. XCVII. Sigebert. ad d. Ann. *Willebrordus à Sergio Papa Clemens agnominatus, & ad prædicandum genti Freſonum epiſcopus conſecratus, ex dono Pipini Principis ſedem epiſcopalem ſtatuit in loco Vultaburch dicto, qui nunc Vultrajectum dicitur, à nomine gentis Vultarum & Trajecto compoſitum, quaſi Vultarum opidum.* Et quamvis de vetuſtate controverſiam nonnunquam moverit eccleſia S. Salvatoris, quæ eodem tractu temporis à Willebrordo extructa, S. tamen Martini ab omni ævo prælata. Unde & ejus tantum meminit Jo. de Beka: *Itaque beatus Clemens*, inquit, *adepta jam Apoſtolicæ benedictionis authoritate reverſus eſt ad Germaniam ac fundo baſilicæ ſancti Thomæ prope caſtrum Trajectenſe Canonicorum cœnobitalium conſtruxit eccleſiam, in qua cathedralem ſedem ſtabiliri juſſit: Nam & eandem per primitivam benedictionem ſua manu propria conſecravit.* Add. Jo. à Leidis 2. *hiſt.* 18. *Cœnobitales* cum dicit, *Regulares* intelligit. Quorum victus communis. Clauſtro omnes concluſi. Unde & *monachi* nuncupati, *Canonici monachi, Canonici clerici.* Caroli Magn. Capitula *lib.* 5. *cap.* 185. *Ut Canonici clerici canonice vivant.* Add. Chron. montis Sereni *ad Ann.* 1223. Nec proprie tamen monachi, ſed in pleriſque iis ſimiles. In cuculla diſſimiles. Nec amplecti monaſticam Canonicorum Regularium abjectaulli licuit *can.* 1. *& ſeqq. & 19. qu.* 1. Cogebant autum id ſine Abbatis licentia & ad ordinem redire, & deferre in pœnam transfugii *memorialem* cucullam, recepto non priſtino, ſed ultimo in choro loco. Urbanus II. *can.* 2. *ca.* 19. *qu.* 3. *Præcipimus, ut redeat, & memorialem cucullam deferat, & ultimus in choro maneat.* Diſerte enim cautum Concil. Aquiſgran. *can.* 125. *Ut Canonici cucullas monachorum non deferant. Memoriale* autem, quod conſtitutum ad rei memoriam, *cap. intelleximus ext. de æt. & qual. ord.* Sic *memoriale Sabbathum* Levit. *cap.* 23. Num. *cap.* 29. in memoriam liberationis Iſaac ab immolatione. *Memorialis corona* in veteribus inſtrumentis & donationibus eccleſiarum. Quam habebant ampliorem, qui & ſe & ſua omnia monaſteriis devoverant. Loquor de *μεγαλήθει*, de clericali tonſura. De qua & Innocentius *lib.* 1. *epiſt.* 245. *de manu cujuſdam fratris augmentationem coronæ in ſignum illius oblationis accepit.* Ciron. 1. *obſ. ult.*

III. Cæ-

III. Cæterum *S. Martini*, quod ei inprimis ædem conſecravit Willebrordus. Vitam ſcripſit & virtutem ob oculos orbi poſuit Sulpitius Severus. Magnis ob ſanctitatem honoribus olim cultus. Etiam à Trajectenſibus, quorum is patronus, & diœceſis univerſæ. Erecta ei templa, inſtituti dies feſti, ſtatuæ paſſim poſitæ, donaria data, eleemoſynæ, & effuſa in plebem liberalitas feſto ipſius die. Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1484. *Men ſal alle jaer geven van der Stadt goede op St. Martyn ſcuddecorfs dach elken armen menſche, die daer comt, enen Hollantſchen penninck, oft enen Hollantſchen penningh broot voor alle plagen, die der Stadt gevallen mogen, ende dit ſal ewelicken ſtaen. Ende ſo wie dat bier yet toe geven wil, die come aldaer, ende geve ſelver metter hant. Ende dit ſelmen jaerlicks condigen ter clocken, dat het de arme luden weten mogen.* Ex iiſdem Ann. 1523. *s' Vrydachs na ſint Jan Baptiſten dach: Overcomen by Scepene, Raide, ende Oudermanne, datmen op ſunte Meerten ſcuddecorfs of tranſlations dach naeſtcomende den armen geven ſal elcx een wittebroot van drie witgens, diemen daer toe ſel laten backen.* Et eccleſiam quid dico? Sacri etiam ei cives. Paſſim hinc *St. Martens mannen*, ut Saltzburgenſes *St. Roberts mannen*, Lovanienſes *St. Peters mannen.* In antiquis Statutis Ann. 1456. *tit. van Beſettinge: Want een Borger t' Utrecht alſo wel ſinte Martyns dienſtman is, ende tot den ſelven rechte ſtaet, als die hem de welborenſchap vermeten.* Conſuetudines quæ collectæ juſſu Ducis Albani §. 43. *Item dat Edelluyden, Leenmannen van den Stichte van Utrecht, ende allen geboren Borgeren van outs genaemt St. Martens dienſtmannen, mogen jagen, vliegen, ende vangen, &c.* Vid. *lib. 4. de Nobiſit. cap.* 24. Quicquid in diœceſi, & quicquid, quod eam ſpectat, *juſtitia* S. Martini, ut paſſim res eccleſiarum, *eccleſiarum juſtitiæ*, & *juſtitia S. Petri* Romanæ eccleſiæ patrimonium. Godefridus epiſcopus Trajectenſis apud Hedam *hiſt. Ultraj. p.* 175. *Unum erat non minimum, quod Eggebertus de Ameſtelle eccleſiæ S. Martini & mihi intolerabiles iniurias intulit, omne ſervitium, quod ipſa eccleſia de jure debuit habere in Ameſtella & in aliis juſtitiis in circuitu per violentiam ſibi vendicando &c.* Abbas Uſpergenſis ad Ann. 760. *Contractis ergo rex undique copiis Aquitaniam intravit, ſeque res ac juſtitias eccleſiarum exacturum pronunciavit.* Anaſtaſ. Bibliothec. in Stephano IV. *Imminentibus atque decertantibus in hoc ſæpius nominatis &c. pro exigendis à Deſiderio rege Longobardorum juſtitiis B. Petri, quas obdurato corde reddere ſanctæ Dei eccleſiæ nolebat.* Ex Actis Ordinum Trajectenſium Ann. 1524. 6. Octobr. *Na veel communicatie, die de Gedeputeerde vrunden deſes Nederſtichts van Utrecht mitten geſcicten*

Ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου. Ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου,

Conrado II. Gobelin. Perſon. *Coſmodrom. ætat. 6. cap. 53. in fin.* Chron. Auguſtenſ. apud Freher. ad Ann. 1039. *Conradus Imperator apud Trajectum* III. *Non. Jun. ſubito moritur, & Spiræ ſepelitur.* Spiram corpus tranſlatum. Viſcera condita Ultrajecti in majori eccleſia. Chron. Reicherſp. ad Ann. 1027. *domum rediit ſanctamque Pentecoſten in inferiori Trajecto Friſiæ urbe celebrans in ipſa ſolennitate infirmatus* XVIII. *regni anno, imperii vero* XIV. *diem ultimum clauſit, ſepultiſque ibidem inteſtinis ejus reliquum corpus in Spirenſem urbem deportatur.* Sic & Wippo in ejus vita *in fin.* Alberic. *ad Ann.* 1039. De Henrico V. Otto Friſingenſ. 7. *hiſt.* 16. *Dum inferiores Rheni partes circuire parat, in Trajecto Friſiæ urbe morbo correptus* XIX. *regni anno imperii vero* XIV. *diem ultimum clauſit &c.* De eodem Chron. Rythmic.

Doemen ſchreeff elf hondert jaer
Ende den XXV. *quam evel ſwaer*
Den Keyſer Heynric an t'Utrecht,
Daer golt hi der naturen reght,
Als gelden moet een ygelic,
Dit was die vierde Heyneric.

Quartum dicit, qui *Quintus*, quod multi Henricum Aucupem, qui I. ejus nominis, agnoſcunt quidem Regem, Imperatorem non item. Et ſi quæras, quid ita? Ratio non eſt, niſi futilis, quod is Romam ſcilicet non adiit, à Papa non coronatus, quaſi ſcilicet Leopoldus, qui jam rerum potitur, quod nec is Romam adiit, indignus qui vocetur ſic. Sermo certe hic de eo, qui Lotharii deceſſor. Et hic *Quintus* non *Quartus*. Quartus vita conceſſit Ann. 1106. Quintus Ann. 1125. *Quintus* obiit Ultrajecti. *Quartus* contra Leodii. Otto Friſingenſ. VII. *Chron.* XI. Fuit tamen & *Quartus* ibi, etſi ibi non obiit. Certe & moram ibi traxit, & Comitia ibi habuit, ut & filius Henricus V. & avus *Quinti* Henricus III. Quod certe & Ultrajecto honorificum prorſus. De *Tertio* Hermannus Contractus ad Ann. 1050. *Imperator Paſchale feſtum apud Trajectum moratur.* De *Quarto* idem ad Ann. 1062. *Henricus rex apud Trajectum Friſiæ urbem diem Paſchæ cum matre Imperatrice egit.* Et rurſum de eodem ad Ann. 1066. *Henricus rex Paſcha apud Trajectum egit.* Bruno *bell. Saxon. p.* 130. *Quum Regi, qui tunc erat Trajecti, quod erat excommunicatus, indicaret, Wilhelmi ipſius urbis epiſcopi conſilio, Rex excommunicationem illam nihili pendit.* De *Quinto* Otto Friſingenſ. 1. *de reb. geſt. Frid. Barbaroſſ. cap.* 5. *Apud inferius Trajectum, Friſiæ urbem in Pentecoſte Curiam celebravit: ubi morbo correptus,*

reptus, rebus humanis exemptus, ſepultiſque ibidem interioribus per ripam Rheni &c. Add. Levold. à Northoff ad *d. Ann.* 1125. Magn. Chron. Belg. *p. (mihi)* 146. & 152.

VI. Cæterum etſi eccleſiæ hujus dignitas olim ſumma, decus tamen & gratiam, qua illuſtris effloruit, ex ruinis ſemper pulchrior, quæ depaſta eam toties flammarum rabies non attendit. Meminit incendii, quo & maxima urbis pars, & eccleſia hæc univerſa, & altera S. Bonifacii, & tertia S. Mariæ conflagrarunt Ann. 1131. Magn. Chron. Belg. *p. (mihi)* 147. Anſelm. Gemblac. & Alberic. *ad d. Ann.* Annus fuit CIↃ. C. LXXIII. quo id factum jam ter, ut vetus ſcheda ſignificat, quæ tum temporis confecta. In qua & recenſentur altaria aliquot & reliquiæ, quæ in ea extabant tum. Ex Actis eccleſiæ: *Majorem eccleſiam B. Martini in Trajecto ter fuiſſe dedicatam cognovimus. Primo tempore* Adelboldi *epiſcopi, qui fundator extitit ejuſdem eccleſiæ. Quibus autem cooperantibus epiſcopis hoc geſtum ſit ignoratur, quia ſcriptum non invenitur. Secundo à D. Brunone Archiepiſcopo Colonienſi cooperantibus epiſcopis* Alexandro *Leodienſi*, Andrea *Trajectenſi*, Wernero *Monaſterienſi*, Anharco *Cameracenſi. Tertio à Domino* Philippo *Archiepiſcopo Colonienſi, cooperantibus epiſcopis* Godofredo *Trajectenſi*, Raymundo *Ypporienſi. Principale autem altare S. Joanni Baptiſtæ & S. Thomæ Apoſtolo & S. Martino Archiepiſcopo dedicatum, in quem modum & nunc eſt à ſecundariis dedicatoribus conſtructum. Primaria plantatio eſt ſuper columnam quandam cavam, in qua pretioſiora ſunt ſanctorum ſancta, quam nullus epiſcoporum, qui aderant poſt eccleſiæ combuſtionem, in ſecunda vel tertia dedicatione præſumpſit aperire. Eadem columna in ſuperficie habet ſeptem cavernulas cum ſeptem loculis reliquiarum. Quæ autem vel quorum ſint reliquiæ ignoratur, quia ſcriptum non invenitur. Super quam columnam atque reliquias altare quadrangulum poſitum eſt unam habens plantationem, ſub cujus ſignaculo continentur hæ reliquiæ, S. Petri Apoſtoli, S. Thomæ Apoſtoli, S. Stephani Prothomartyris, Georgii martyris, Marcellini & Petri martyrum, glorioſi D. Martini Archiepiſcopi, Severi epiſcopi & Confeſſoris, Agnetis virginis, Luciæ virginis. Foras plantationem ad Auſtrum ſanguis eſt S. Joannis Baptiſtæ in criſtallo. Ad aquilonem reliquiæ ſunt B. Martini Archiepiſcopi, oſſiculum videlicet de ſpina dorſi ejus, quod ſolum in tertia dedicatione Godefridus epiſcopus prædictus addidit. Hæc autem omnia tertio altari, quod videmus, circumdantur. In hac ſiquidem tertia dedicatione alia tria altaria ſimul dedicata ſunt, videlicet S. Crucis, & S. Mariæ, & S. Dionyſii. Altare vero S. Crucis à Domino Martino Cardinali*

vinali conſecratum patrocinia conſervat ipſius S. Crucis & S. Bartholomæi Apoſtoli cum reliquiis Marcellini & Petri Martyrum, Blaſii Martyris, Stephani Martyris, Pancratii Martyris, Romani Martyris, Julianæ virginis, Concordiæ virginis. Altare B. Mariæ virginis à domino Godefrido conſecratum, & poſtea à D. Wilbrando piæ memoriæ epiſcopo Trajectenſi conſecratum, & ſicuti nunc apparet in alium locum tranſlatum, de veſtimentis B. Matris continet, & reliquias Maurorum martyrum cum cæteris. Altare S. Dionyſii à domino Raymundo Yporienſi conſecratum patrocinia conſervat S. Pauli Apoſtoli, & reliquias continet Dionyſii martyris & Urbani Papæ & martyris, Stephani martyris, & Brigidæ virginis, & de præſepe Domini. Hæc autem geſta ſunt XI. *Kal. Aug. anno Dominicæ incarnationis* M. C. LXXIII. *Indictione* VI.

VII. Verum plures reliquiæ ibi. Caput S. Andreæ etiam, quod allatum Culenburgo ſolemni pompa in eam intulit Suederus van Culenburch ejuſdem Præpoſitus. De quo qui Bekam continuavit ad Ann. 1421. *Int ſelve jaer wert ſinte Andries hooft in der Stat van Utrecht gebracht, ende eerlicken geſet in ſinte Martyns kertk, die lange jaren alſo gebeten hadde. Ende dat geſciede by Sweder van Culenburch, die doe Domproeſt t'Utrecht was. Ende dat heylige hooft hadde menich jaer geruſt in ſinte Marienweerde int clooſter by Culenburch, daer 't die voerſz Domproeſt vriendelic van geworven ende gecregen hadde, om den heyligen hoofde meer eere ende weerdicheit te doen, dan men in den clooſter ptach.* Aliæ erant ſub altari, quod ſub arcu ad oſtium, quo ad organa olim itum, ubi viſus etiam lapis cum hac inſcriptione: *Hæ ſunt reliquiæ, quæ in hoc altari continentur, quas Dn. Suederus Uterlo Præpoſitus & Archidiaconus hujus eccleſiæ Trajectenſis, fundator & dotator hujus altaris, hic congregavit. Primo de ligno Domini, de ſepulchro Domini, de talice Domini, quo in cœna conſecravit, ſanctorum Petri, Bartholomæi, Matthæi Apoſtolorum, Lucæ Evangeliſtæ, Catharinæ, Agathæ, & Margaretæ virginum, SS. Nicolai & Theobaldi epiſcoporum, & Willebrordi Archiepiſcopi Trajectenſis, SS. Mauritii, Cyriaci, Victoris, & Projecti martyrum, beatorum Lazari & Ludgeri epiſcoporum, ſanctorum Innocentium, ſanctorum* XI. *millium virginum, & ſanctorum Maurorum. Conſecratum eſt anno Domini* CIↃ. CCC. LXVII. *in honorem omnipotentis Dei, beatæ Mariæ virginis, beatorum Petri Apoſtoli, Martini, & Theobaldi epiſcoporum, & beatæ Mariæ Magdalenæ. Cujus dedicatio eſt in octava Pentecoſtes. Qui dominus Suederus Præpoſitus & Archidiaconus prædictus obiit Anno Domini* CIↃ: CCC. LXXVII. *menſis Aprilis die* XXII. *hic ſepultus. Cujus anima requieſcat in pace Amen.*

VIII. Ha-

VIII. Harum quædam quotannis, quædam ſingulis ſeptenniis, ut eas veneraretur plebs, proponi publice olim ſolitæ. Ex Actis Ann. 1522. *Alſo men en Godt wil op ſinte Marien Magdalenen dach naeſtcomende in den Dom veel reliquien ende Heylichdommen toonen ſal, alsmen van ſeven jaren tot ſeven jaren plach te doen, daer nu den tyt van ommegecomen is, ſoo geeft men geleyde alle den ghenen, die hier comen ſullen om t' Heylichdom te ſien, nu rechtevoort ingaende, duerende acht dagen lanck naeſtcomende, uytgenomen die ons Genadigen Heeren van Utrecht, of onſer Stadt vyanden, ballingen, oft voorvluchtige ſyn, of die van koeren of broecken uyt onſe Stadt ſyn, uytgeſondert ook alle Ruyteren ende knechten, die in eeniger Heeren ofte Steden ſoudye liggen of certs gelegen hebben.* Factum id non tantum in eccleſia, ubi conditæ, ſed & alibi paſſim. Etiam ad exteros ad corrogandas pecunias cum reliquiis profecti, præſertim in Gelriam, in Hollandiam, in Friſiam, & ubi, quorum reliquiæ, Sanctorum cultus in pretio. Venia tantum opus & ſuperiorum permiſſu. Nam & magiſtratus & ſacerdotum intererat, pecuniis plebem non exhauriri, & quæ in Sanctos expendenda, aut Sanctorum miniſtros (eodem enim res redit) ſuis potius, qui domi, quam extraneis deferri. Viſis enim reliquiis in dando facilis olim plebs, ut & cultum teſtaretur, & à Quæſtoribus viciſſim acceptis tum indulgentiis redderetur Sanctorum ope, quos juviſſet pecuniis, gratioſa apud Deum. *Quæſtores* dico, qui corrogabant. *Queſtiers*, ut in charta eſt Ann. CIↃ. CCCC. LXXIII. in qua, cum Leydam adiiſſent, queruntur præter opinionem ſe Leydæ impeditos. *Eerſame, Lieve, ende ſeer geminde Heere, Wy hebben verſtaen van ſommige onſer kercken queſtieres en Dienres, dat hem ſomwylen als ſy eens des jaers na alder gewoonten tot* Leyden *in uwer kercken aldair mitten heylichdomme ende reliquien te comen plegen, omme den parochianen aldair ſulcke aflaten en gratie, als onſer kercke ten Dom t'Utrecht van den heyligen Stoel van Romen gegont ende verleent ſyn, te verkondigen, ſekere letſel ende hinder gedaen wert, als dat ſy in* ambone *oft op den Predickſtoel niet gaen en mogen, niet tegenſtaende ſekere maudamenten, die onſe Genadige Heere van Utrecht als geeſtelick Heer, ende onſe geduchtige Prince, onſe Genadige Heere van Bourgoengen, als weerlick Heer, over al in den Criſdomme van Utrecht mit hoeren beſegelden brieven in allen haren landen, Steden, ende Dorpen dair van hebben doen gebieden ende laten weten, 't welck ons ſeer verduncket, ende mogelick alſo niet en beboort, aengeſien wy of onſe kercke ſulcx tegens uwer Lieſſden niet verſchuldt en hebben. Waeromme wy an uwer Liefden ſeer vrumlick begeerende ſyn, dat ſy den brenger des briefs, die*

onſe

vnſe Dienre is, van der queſtie van ſinte Hubert van onſer wegen in uwer kercken voirſz eerlyck ontfangen, ende ſyne bootſcap aldair in ambone *oft op den Predickſtoel willen laten verkondigen, na uytwyſinge onſer Heeren mandamenten ende brieven voergenoemt, ende der ouder gewoonten voerſz, die welcke deſe onſe voerſeide Dienre u tegenwoordelick toonen ende openbaren ſal, waer inne ghy ons ende onſer kercken voerſz. ſeer danckelyck doen ſult, dat wy wederomme altyt geern verſchulden willen an uwe Eerſame Lieffden, die Godt altyt bewaren wil in langer ſalicheyt vrolick ende geſont. Geſchreven t'Utrecht onder ſegel s'Doemdekens, dat wy ſamentlick gebruyken teſer tyt opten* XV. *dach in Decembr. Ann.* CIↃ. CCCC. LXXIII. *Deken ende Capittel der kereken ten Doem t'Utrecht.* Superſcriptio erat: *Eerſamen ende Wyſen Heeren Aelbert van Baern, Commandeur tot Leyden, onſen lieven Heere ende goeden vrient.*

Cur autem impediti, etſi ex literis non apparet, ſuſpicari tamen licet, quod vel venia deſtituti, vel commendatitiis. Temere enim ne id fieret, documentum poteſtatis non Antiſtitis tantum literas, ſed & Comitis impetrabant, ſeu terræ illius domini, per quam iter facturi. *Queſty brieven* vulgo, ut in charta Rudolphi eſt epiſcopi Trajectenſis: *Voort geloven wy die queſty brieven altoos te goeder tyt te doen beſegelen, ende bevelen onſen Segelair, ſo wanneer die queſty brieven van ons Capittels wegen voorgenoemt hem preſentiert werden, dat hi die terſtont beſegele ſonder enich vertreck oft wederſeggen in eniger wys na uytwyſinge der brieven, die dat Capittel voirſz dair af van ons ende van onſen Voervaderen Biſſcoppen t'Utrecht ontfangen hebben, alle argeliſt uytgeſet. In oerconde s'briefs beſegelt mit onſen ſegel. Gegheven t'Utrecht int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. LI. *op ſint Agnieten dach in den winter.* Ad certum tempus conceſſæ. Quo elapſo Quæſtores rurſum alias impetrabant, ut patet ex literis:

Kaerle by der gratien Gods, altyt Vermeerder s'Ryex, Coninck van Germanien, van Caſtilien &c. Allen Prelaten, Abten, Abdiſſen, Prooſten, Dekenen, Capittelen, Prioren, Priorinnen, Capellanen, Vicariſſen, ende andere geeſtelycke perſonen, onſen lieven getrouwen Stadtholder, eerſte Raid, ende luyden onſer Camere van onſen Raide in Hollant, onſen Stadtholder, eerſte Raed, ende luyden van onſen Rade t'Utrecht, Schoutetten van Dordrecht, Delft, Leyden, Haerlem, Amſterdam, ende der Goude, Rentmeeſter van beweſter ende beooſter ſchelt in Zeelant, Baillu van Middelburch, van Zierickzee, van de vier Ambochten, onſen drie Maerſchalcken in onſen Lande van Utrecht, ende allen anderen Ridderen, Schiltknapen, Droſten, Schouten, Baillius, Amptluden, Borgemeeſteren, Sche-

penen, ende andere onſe Rechteren, juſticieren, ende Officieren, dienaren, ende onderſaten, die deſe vertoont ſullen werden Saluyt ende dilectie. Van wegen onſen beminden Domdeken ende Capittele onſer kercke ten Dom is ons vertoont ende te kennen gegeven, hoe de voorgenoemde toonderen in de maent van Januario van den jare 1533. leſtleden van ons geworven hebben, onſe opene brieven van octroye ende conſente te mogen laten dragen ende voeren beurer kercken kaſſen ende reliquien over al onſen landen van Hollant, Zeelant, Vrieslant, ende elders, ſo verre die Geeſtelycke juriſdictie des Biſdoms van Utrecht ſich beſtreckt, omme aldaer te beſſen ende ontfangen die aelmoeſenen van den goeden luyden, naer inhout der voorſz onſe andere opene brieven, achtervolgende welcke die voornoemde toonderen die voorſz caſſen van der eenre tyt tot der andere over al binnen de limiten van den voorſz Biſdomme geſonden, ende die aelmoeſenen van den goeden luyden gecolligeert ſouden hebben ſonder eenige contradictie totter expiratie van tyde in onſe voorſz brieven geexprimeert, t' welck was den 29. van Januario leſtleden, Biddende hun de voorſz gratie vernyet, ende daer op verleent te worden onſe andere opene brieven daer toe dienende, So iſt dat wy deſen overmerckende, ende dair op gehadt t'advys van onſen Stadthouder generael van Hollant ende van Utrecht, den voornoemden toonderen t'huerlieden voorſz bede genegen weſende, hebben opt nye gegonſt, belieft, ende geconſenteert, gunnen, believen, ende conſenteren hem, gevende hem oirlof ende conſent uyt onſer ſonderlingen gratie mits deſen, dat ſy noch by brieven, procuratoren, boden, ende dienaren ſullen mogen ſeynden, ende laten dragen ende bringen heur caſſen van onſer liever Vrouwen mitten twaelf Apoſtelen, van den beyligen Sacramente, ende van den beyligen martelaren, ende Confeſſoren, ſinte † Cornelis, ſinte Hubert, ſinte Ewout, ſinte Marten, ende ſinte Quiryn, mit heuren reliquien ende heylichdommen, over al onſe voorſz landen van Hollant, Zeelant, Vrieslant, ende anderen onder den Biſdomme van Utrecht ſorterende, hunne ſtatien onder die Prochi kercken te houden, te predicken die aflaten en indulgentien daer toe ſtaende, die aelmoeſenen ende offeranden van den goeden luyden te colligeren, ende die penningen daer van comende te comen tot onderhoudinge van der fabryeque onſer voorſz kercke ten Dom, in allen manieren, als ſy ſulex plegen te doen, ende dat voor enen anderen tyt van twee naeſtcomende jaren, ingaende ter expiratie van onſe voorſz andere ende laetſte brieven van octroye, ende queſte, ende in exempele van dien hebben wy heure voorſz caſſen, reliquien, ende heylichdommen, die boden, queſteerders, ende dienaren, die by den voirnoemden toonderen met behoorlicken brieven gemachticht ſyn ſullen, die bootſchappen daer af

† Henric. Thaborita *lib. 3. hiſt. cap. 4. Cornelius Papa natione Romanus celebre nomen ſanctitatis habuit, & ſuper morbum caducum ſingularem poteſtatem accepit à domino.*

te

te doene, ſo verre ſy geen ballingen, vluchtigen, ofte vianden en ſyn van onſen landen ende Heerlicheden, genomen ende nemen mits deſen in onſer protectie ende ſonderlinge ſauvegarde ende beſcermenisſe, Requirerende daer omme aen den voornoemden Prelaten, Abten, Abdiſſen, Prooſten, Dekenen, Capittelen, Prioren, Priorinnen, Proviſoren, Paſtoren, ende andere geeſtelicke ende weerlicke perſonen, dat ſy ende ygelic van hun de voorſz. caſſen, reliquien, heylichdommen, ende bootſcappen mit gewoonlicken ſolemniteyten in heuren kercken ende Godshuyſen vruntlicken ontfangen, ende heure bootſcappen ende dienſten ſo wel in der kercken, ende opten predickſtoel, als anderſins, devotelicken laten doen naer ouder gewoonte, Bevelende u voorts onſen Stadhouder, eerſte Raedt, ende luyden van onſen Rade in Hollant, onſen Stadthouder, eerſte Raedt, ende luyden van onſen Rade t'Utrecht, Rentmeeſter van beweſt en beooſter ſchelt in Zeelant, Bailliu van den vier Ambachten, ende allen anderen onſen Rechteren, juſticieren, Officieren, ende onderſaten, ende elcken van u, ſo hem dat aengaen mach, dat gby den voernoemden toonderen, procuratoers, boden, ende dienaren, van deſer onſer gratien, octroy, ende conſent in der voegen ende manieren, ende voor den tyt boven geroert, doet, laet, ende gedoocht, ruſtelic, vredelic, ende volcomen genieten, ende gebruycken, ſonder hem te doen noch te laten geſchien enich hinder, letſel, oft moeyeniſſe ter contrarie, Want ons alſo gelieft; niet jegenſtaende die verboden ende revocatie generael t'anderen tyden gedaen ter contrarie. Ende want men deſe jegenwoordighe tot vele ende diverſche plaetſen behoeven ſal, hebben wy belieft ende geconſenteert, believen ende conſenteren, dat een Vidimus van dien onder een ſegel authentycq ofte copye gecollationeert ende geteyckent by enen van onſen Secretariſſen volcomen gelove gegeven worde als den ſelven originele. Gegheven binnen onſer Stadt van Brueſele den 2. dach van Junio int jaer ons Heeren 1535. van onſen Keyſerryeke t'xvi. ende van onſen Rycken van Germanien, van Caſtilien, ende andere t'xx. By den Keyſer in ſynen Rade. Onderteyck. Herdingh.

IX. Abſque ejuſmodi permiſſu vix quicquam actum cum effectu. Et ſpectabat res ad exemplum ex terra alterius exigere invito eo, qui ei præerat, quaſi quoddam tributum. Precaria epiſcopo conceſſa, quam initio epiſcopatus concedi ei moris, vulgo etiam exacta per Gelriam, per Hollandiam, & quacunque in eccleſiaſticis extendebat ſe diœceſis, ſed prævio Principum tamen terræ & dominorum conſenſu. Nec eſt, quod quis dubitet. Docebit charta, quæ in promtu eſt:

Philips &c. doen kont allen luyden, dat wy om ſeker redelike ſaken ons daer toe porrende hebben geconſenteert ende geoorloft, conſen-

teren, ende oorloven by deſen brieve, dat den Eerweerdigen Vader in Gode, onſen lieven ende getrouwen Raet, Heere David van Bourgoengen Biſſcop t'Utrecht, alle alſulck precarium ende bede, als hy begeren ſal, ende hem geconſenteert ſal weſen by den geeſtliken luden van ſynen Biſdom tot ſynen blyden inkomen, in alſo verren als hem t'voerſz Biſdom ſtreckende is in onſen Lande ende Heerlicheyden, gelyc wel gewoentlicken is, opgeboert ende loep ſal hebben op die geeſtlike perſonen van onſen Landen ende Heerlicheden, in alſo verre als t'voirſz Biſdom van Utrecht hem daer in ſtreckt, ende dat by den vrunden ende Gedeputeerden van den ſelven Biſſcop, gelyc dat gewoentliken is geweeſt by ſynen Voervaderen Biſſcoppen, behouden des dat die voorſz geeſtlike perſonen in onſen voorſz Lande ende Heerlicheden, weſende int voirſz Biſdom van Utrecht, dach hebben ſellen te betalen t'voorſz precarium ende bede den Biſſchop voerſz, te wetene, die een helfte ten eynde van enen jare naeſtcomende, ende die ander helfte int eynde van den anderen jare eerſt dair naeſt volgende, Ontbieden daerom ende bevelen onſen lieven ende trouwen den luyden van onſen Raetkamere in Vlaenderen, onſen Bailju van den vier Ambachten, den Heere van Lanoy onſen Stadthouder, ende die andere luden van onſen Rade in Hollant, reſidenty doende in den Hage, ende allen onſen anderen Baljuwen, Scholten, ende Officieren van onſen Landen van Vlaenderen, Hollant, Zeelant, ende Vrieslant, ende een ygelic van hem, alſo hem dat aengaen mach, daer van deſen onſen conſente ende wille ſy, doen ende laten den voorſz Biſſchop van Utrecht, ende ſynen gemachtichden genieten ende gebruycken, ende ſyne Gemachtichden gevende ende doende hulpe, trooſt, ende byſtant in dit ſtuck, op dats noot ſy, ende ſy verſocht worden. In oerkonde deſen brieve ende onſen ſegele daer aen gehangen. Gegheven &c.

Res eſt extra controverſiam, nec quicquam verius quam quod dixi. Ne auctoritas quidem Papæ ſola quicquam ad hoc profuit, ut eſt aliud exemplum, quo hæc ipſa mendicitas, ut tegatur turpitudo, vocatur *een bootſchap. Johan &c. Hertoge in Beyeren &c. Laten u weten allen onſen lieven getrouwen ende geminden Abten, Pralaten, Proviſoren, Dekenen, Cureyten, Vicecureyten, Baenrodſen, Ridderen, Knapen, Baljuwen, Scouten, Burgemeyſteren, Scepenen, Raiden, ende allen anderen onſen goeden luiden over al in onſen Lande van Hollant, van Zeelant, ende van Vrieslant, binnen Steden ende daer buyten, hoe der Heeren bode van ſinte Anthonis voor ons gecomen ſyn, ende ons getoont hebben Cardinaels brieven, die ſy in den Hove van Romen*

Romen verworven hebben, inhoudende onder andere woirden van bevelinge, datmenſe over al onverhindert ſoude laten verkeren, ende hoer bootſcappe doen van ſint Anthonis wegen, ſo onſe eertſche Vader den Paus den ſelven Cardinael daer toe gedeputeert heeft, ende want wi mit onſen Rade den voirſz brieve overſien ende alſo gevonden hebben, alſt voirſz ſtaet, So iſt onſe wille ende conſent, dat die voirſz Heeren mit ſint Anthonis caſſe heure bootſcap doen, gelycken hem dat geoorloft ende geconſenteert is in hoeren voerſz Roomſchen brieve, duerende tot onſen wederſeggen, of dat wy anders dair of enformeert ſullen weſen. In oerconde &c. Datum Haga, Petri ad cathedram Ann. CIↃ. CCCC. XXIV. *ſecundum curſum Curia noſtra.*

Cæterum cum reliquiis, ut ex dictis jam patet, & ædes circumibant, & pererrabant provincias ad petendum ſubſidium. Sic in Galliis exuſta S. Aigulfi æde reliquiæ ejus miſſæ ad perendam pro eo ſtipem in diverſas terrarum partes. Et hæc S. Aigulfi peregrinatio, de qua paſſim, & apud Petr. Cellenſem 1. *epiſt.* 18. & 4. *epiſt.* 5. Etiam S. Evurtii cum ſimiliter ejus ædes eſſet flammis abſumpta. Steph. Tornacenſ. *epiſt.* 8. *Eximus in publicum, nec ſine rubore ruborem abjicimus, per vicos & plateas devotionem plebis, ut poſſumus, excitamus. Inde eſt, quod hos fratres noſtros cum Sanctorum pignoribus miſimus, quibus obſecro &c.* Quæſo an non prorſus id ad ethnicorum exemplum, qui & ipſi *mendicantes vicatim ducebant Deos*, ut Minutius Felix ait *edit. Leidenſ. p.* 27. Tangit morem Guibertus Abbas *lib.* 3. *de vita ſua cap.* 12. *Interea ſecundum illum qualemcunque morem ad corrogandas pecunias cœperunt feretra & ſanctorum reliquiæ circumferri &c.* Tangit Hermannus Monachus *de mirac. S. Mar. Laudun. lib.* 1. *cap.* 3. *Conſuluerunt nonnulli ſapientes & religioſi viri, ut electos ex clericis aliquos boni teſtimonii viros, cum reliquiis dominæ noſtræ & aliorum ſanctorum per Franciam ad expetendas fidelium eleemoſynas tranſmitteremus.* Præcedebat reliquiarum virtutiſque earum commendatio, ipſis interim in altari, & officio finito, quo cuſtodia eſſet tutior, in conſiſtorio depoſitis. Quod fures tamen, quo minus artem experirentur, non multum deterruit. Lepida eſt hiſtoria, quam habet Guibertus *ibid. cap. ſeq. Ad aliud quoddam*, inquit, *municipium venerunt, in quo cum ex opinione & evidentia miraculorum tum multiplex ad ſanctas reliquias ferveret oblatio, Anglicus quidam ante eccleſiam poſitus dixit ad ſocium; Eamus bibitum. At ille, non habeo pretium. Ego ait inferam. Quonam, inquit, reperies. Conſidera, ait, hos clericos, qui mendacio ac præſtigiis tot pecunias auferunt, eliciunt, ego plane quoquo modo enitar, ut id ex meis contraham obſoniis. Dixit, &*

eccleſiam ingreditur, ad conſiſtorium, in quo locatæ erant reliquiæ, accedit, & ſimulans, quod eas oſculo venerari vellet, ore appoſito denarios, qui oblati fuerant, labiis inhiantibus hauſit &c. Fiebat autem commendatio non verbis tantum ſed & titulis mercem indicantibus, quæ in loculis feretriſve, ad plebis devotionem & ſimul munificentiam majori impetu excitandam. Idem Hermannus *de mirac. S. Mar. Laud. lib. 2. cap. 1. feretrum dominæ noſtræ tradidimus cum aliis pluribus Sanctorum reliquiis, inter quas eminebat & forma & dignitate unum phylacterium, in quo ſic ſculptum legitur:*

Spongia, crux Domini, cum ſindone, cum faciali,
Me ſacrat, atque tui Genitrix & Virgo capilli.

X. De capillis quod hic dicitur, non neceſſe, ut miretur quis. Etiam alibi ejus ungues, ejus lac, & pars veſtium. Etiam ſolea ejus fuit, qua uſam credidit ſuperſtitio, & quam tanti fecit Joannes Papa, ut ter eam oſculanti, ter ſolitam cantilenam cantanti *Ave Maria* indulgentias dederit annorum centum, ſpemque haud dubiam liberatum iri morbis, & imminentibus, quantumvis magnis, periculis, quod & poſtea confirmavit Clemens Papa VIII. Unde ſcis hoc? ſiquis quærat. Pulſis Belgio rurſum Gallis Ann. 1675. aperta eſt arca Daventriæ præſentibus Ordinum Deputatis, & eorundem Graphiario Rutgero van Breda. Hominis fuerat Pontificii Joannis ab Oldenſeel, olim Canonici, quæ plena ejuſmodi κειμηλίοις. In his & ſolea, & diploma Papales continens indulgentias. E corio erat Ruſſico rubra & deaurata; formæ etiam muliebris, nec ſolitam excedentis. Figuram ejus vidi apud virum Nobiliſſimum Stephanum van Rhemen, qui cum eſſem Daventriæ, qua eſt humanitate, etiam ἴχνιον ejus dedit. Appictum erat ſignum crucis, & ut affigi poſſet parieti adjuncta viridis faſcia. Nec mirum, quod hæc tanti. Certe & ſingulis reliquiis ſingularis credita ineſſe vis, non hoſtes tantum propulſandi, ſed & quaſvis infirmitates depellendi morboſque, ſiſtendi incendium, & procurandi ſalutem, vitamque æternam earum cultu. Unde & paſſim ad ægros, ut accederent cum reliquiis, errones illi invitati. Idem Hermann. *d. lib. 2. cap. 8. deinde ut cum reliquiis iremus ad eum humiliter rogavit, quoniam ipſe ad nos non poterat deferri. Miſſi ſunt tres ex noſtris, Boſo presbyter, Robertus, & Bonifacius. Venerunt ad eum, reliquias coram eo & in aqua laverunt, & ex ea potum illi dederunt, ipſumque ea reſperſerunt &c.* Add. *ibid. cap. 10. & 11.* Multum tamen fraudis hic à monachis perpetratum, dum falſas reliquias pro veris paſſim venditant, & credulam multorum hominum religionem ſubvertunt. *Audivimus*, inquit Alexander Papa III.

cap. 1.

cap. 1. ext. de reliq. & ven. Sanctor. quod quidam inter vos diabolica fraude decepti hominem quendam in potatione & ebrietate occiſum, quaſi ſanctum, more infidelium venerantur. Certe, inquit Guibertus Abbas *lib. 1. de Pignor. ſanctor. cap. 4. ſi ſanctorum corpora ſua juxta naturæ debitum loca, id eſt, ſepulchra ſervaſſent, hujuſmodi, quos retenſui, errores vacaſſent. Per hoc autem quod è tumulis eruuntur, membratim huc illucque feruntur, & cum pietatis obtentus occaſio circumlationis extiterit, ad hoc ſubeunte nequitia detorqueri cœpta eſt intentionis rectitudo, ut pene quæ ſimpliciter fieri conſueverant corrumperet univerſa cupido.* Expreſſe id vetuit Imperator, *ne quis humanum corpus ad alterum locum* transferret, nequis martyrem diſtraheret, nequis mercaretur, *l. ult. C. Th. de ſepul. viol.* Sed pleroſque id lucripetas nequaquam deterruit. Queritur de eo Auguſtinus *de opere monachorum cap. 28. Multos*, inquit, *hypocritas ſub habitu monachorum uſquequaque diſperſos nuſpiam ſtantes, nuſpiam ſedentes &c. alii membra martyrum, ſi tamen martyrum, venditant &c.* Add. Luc. d' Achery *ad Guibert. in not.* Invehitur in ſtultitiam, quamvis fruſtra & nequicquam S. Bernardus *apolog. ad Guilielm. Abbat. in fin. Auro tectis reliquiis ſaginantur oculi, & loculi aperiuntur. Oſtenditur pulcherrima forma Sancti vel Sanctæ, & eo creditur ſanctior, quo coloratior. Currunt homines ad oſculandum, invitantur ad adorandum, & magis mirantur pulchra quam venerantur ſacra.* Crevit ſemper ſuperſtitio, & dum ob oculos tantum quæſtus, ars arti ſemper addita, nec ſuco ulli parſum, quo à credulis ſtuporis cujuſdam laqueo velut vinctis & irretitis emungi plus poſſet. Magis, inquit Alvarus, Doctor itidem Pontificius *lib. 2. de planctu eccleſiæ cap. 76. reliquiis offerunt deauratis, quam pannoſis &c.* Verum temporis progreſſu malo itum paulatim obviam, & ut ſua Principi majeſtas ſarta tecta conſtaret, & ne ſummo cum detrimento & fiſci & parochi provincia quavis ex cauſa exhauriretur pecuniis, cautum nequis id tentaret ſine Principis permiſſu. Nam & ſemper inter parochos & ejuſmodi errones de eo olim contentio. Herm. Monachus *de mirac. S. Mar. Laudunenſ. lib. 1. cap. 9. Monachus quidam ibi habitans noluit eis concedere, ut ponerent feretrum dominæ noſtræ ſuper altare S. Laurentii, ſed ſuper quoddam minus altare in parte eccleſiæ fecit illud poni, timens videlicet amittere offerendam conſuetam in eodem feſto &c.* Notabilis etiam de eo locus eſt in Statutis Leodienſibus Ann. 1451. *cap. 12.* ubi ita epiſcopus: *Queſtuarii*, inquit, *non permittantur in eccleſiis prædicare, vel negotia ſua exprimere, pro aliquo quæſtu faciendo, quaſcunque literas deferant. Sed ipſi ſacerdotes per ſe ipſos fideliter ſecundum tenorem literarum, quas ipſi queſtuarii deferunt,*

ſine

ſine fraude & ſubtractione aliqua negotia eorum exponant. Sacerdotes non permittant queſtuarios, † goliardos, vel quoſcunque alios ignotos, infra parochiam ſuam in eccleſia, vel in via, vel in platea, vel in quibuſcunque locis ſuæ parochiæ prædicare, vel hoſtiatim deferre indulgentias pro queſtu faciendo, ſed tales, & omnes, qui eis aſſiſtunt, presbyter loci excommunicet, & ad removendum ipſos invocet auxilium brachii ſecularis, ſi neceſſe fuerit. Sacerdotes non permittant prædicatores queſtuarios celebrare ſuper arcbas, nec pulſare campanulas manuales per vicos, neque in eccleſia. Et ipſi presbyteri ſæpe diebus dominicis & feſtivis moneant parrochianos ſuos, & etiam ſub pœna excommunicationis inhibeant eiſdem, ne tales audiant propter pericula hæreſum, & errores quos ſæpius ſeminant. Et ſiquis tales viderit, denunciet presbytero, & presbyter eos faciat teneri per juſtitiam ſecularem, & nobis remitti.

† Vet. Gloſſar. *Goljardi, buſones, joculatores iidem ſunt.* Vid. du Cange.

XI. Cæterum S. Martini quum vetus hac in re turbaretur poſſeſſio oblato Cæſari libello ſupplice ſervari eam ſibi integram & ſartam tectam poſtularunt ſodales ejus non incaſſum inter cetera etiam uſi Ann. 1532. ad eum verbis hujuſmodi: *Thoonen ende geven Domdeken ende Capittel der kercke ten Dom t'Utrecht uwer Keyſerl. Maj. goetwillige onderſaten ootmoedelyck ende dienſtelyck te kennen &c. ſo die kerck ende fabryeq ten Dom t'Utrecht by Keyſerl. Maj. ock ſynre Majeſteyts Voorvaderen ſeeckere generale admiſſie ſonder reſtrictie van jaren gegunt ende verleent is geweeſt haer reliquien met den Heylichdom, ende die gratien ende aflaten daer toe ſtreckende, over al Keyſerl. Maj. landen binnen den Sticht van Utrecht ongelet te mogen voeren, ende hare ſtatie te holden, die aelmiſſen van den goeden devoten Chriſtenen tot ſtructure ende decoratie der ſelver Dom-kercke te mogen colligeren, bidden daerom de Supplianten ock ootmoedelyck die Keyſerl. Maj. Gode ende ſint Marten ons heylich Patroon ter eeren die brieven van admiſſie naer onder gewoonte ende uſantie hem genadelyck gunnen ende doen expedieren willen.* Adſcriptum margini juſſu Cæſaris: *De Supplianten ſullen by expiratie van haer Octroy den inhout van deſen mogen verſoecken.* Quod & factum, & petentibus Cæſar rurſum pro more benigne id conceſſit Ann. 1533.

XII. Certius autem nihil, nec quiſquam de eo dubitat, quum clero opus pecuniis, quin ſtatim hæ ad manum, indulgentiis propoſitis. Quibuſvis hæ conceſſæ, reis etiam criminum, parricidis, ſicariis, modo larga eorum manus. Quo gravius enim crimen, ut ſequatur abſolutio, eo plus etiam dandum. Monaſterium Staurienſe cum minaretur ruinam, marinis fluctuum appulſibus vexatum, fractum, & attritum,

nec

nec domi eſſet tantum, unde id poſſet reſtitui, ex fidelium eleemoſynis conquiſitum ſubſidium. Miſſis literis per diœceſin devotio eorum excitata, promiſſis amplis indulgentiis, ſed pro ſubſidii quantitate. *Statuentes*, inquit Antiſtes in charta Ann. 1371. *ut Abbas memorati monaſterii &c. homicidas, & infantium oppreſſores, aut eos quorum negligentia aut deſidia infantes in igne vel aqua amiſſi ſeu perempti ſunt, ſi vere pœnitentes exſtiterint, abſolvendi &c. pro quantitate ſubſidii pranominato monaſterio impenſi vel impendendi, ab eiſdem &c. noſtra auctoritate plenam habeant facultatem &c.* Nullum promptius remedium ad conficiendam pecuniam. Captam ſcribit Cambdenus Ann. 1590. ab Anglis navem Hiſpanicam, in Americam deſtinatam, in qua duæ plus minus myriades libellorum Papales indulgentias continentium repertæ, in aurum Indicum convertendæ. Vid. *ad eum Ann. p.* 41. Nec unquam earum emptor inventu difficilis, quem quavis noxa & abſolvebant, & evehebant ad Deum. Diploma habeo membranaceum Romæ datum Ann. 1521. quo ad preces petentium patratum non tantum crimen indultum, dimiſſum, ſed & id, quo nihil fœdius, quod adhuc perpetrandum. Nec neceſſe ergo, ut miretur quis, quod tanta earum vis, ut iis paries eccleſiæ ventre facto fatiſcens, ſi non melior & fortior, in antiquum ſaltem decus & robur priſtinum reſtitutus. Audiamus loquentem Johannem IV. epiſcopum. Deprehendemus rem, ut dixi, Quæſtorum ſcilicet hac in parte ampliſſimam poteſtatem.

Johannes Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Trajectenſis, Ad perpetuam rei memoriam, univerſis Chriſti fidelibus in omnium Salvatore ſalutem. Cum ad fabricam eccleſiæ noſtræ Trajectenſis ex nimia vetuſtate ruinis patentem, opere quoque nobili cœptam reformari noſtræ conſiderationis aciem dirigimus, cumque conſummationis ipſius operis ſumptuoſitatem fiſcique noſtri tenuitatem ac operis tarditatem revolvimus, non ſine cordis amaritudine ſuſpiramus, propter quod, quod habemus tribuere, & defectum à vobis ſuppleri caritatis ſubſidiis, decrevimus fore dignum. Igitur bona naufragorum ac injuſte quæſitorum, ac rerum omnium reſtituendarum, ſi neſciatur, quibus debeat fieri reſtitutio earundem, nec non legata & donata generalia in pios uſus convertenda, quibus legantes, vel donantes, perſonas, loca, modos, vel formas non expreſſerant, eidem fabricæ hac aſſignatione & deputatione uſque ad confirmationem dicti operis deputamus. Inſuper omnes & ſingulas donationum prærogativas & indulgentias ſeu beneficia per Venerabiles patres Archiepiſcopos & Epiſcopos, cujuſcunque tenoris exiſtant, eidem fabricæ factas & impenſas innovamus, ratificamus,

& approbamus. Inſuper omnibus & ſingulis de ſua ſubſtantia uſui dictæ fabricæ largientibus, ſeu aliis ejuſdem fabricæ opus karitatis favore proſequentibus vere confeſſis & contritis totiens quotiens hoc egerint quadraginta dierum indulgentias omnipotentis Dei & glorioſi Confeſſoris Patroni noſtri beati Martini auctoritate confiſi in Domino miſericorditer indulgentes, ipſoſque in participium omnium bonorum, quæ fient in noſtris civitate & diœceſi, admittimus, & participes efficimus eorundem. Injungimus etiam univerſis eccleſiarum Rectoribus & ipſorum loca tenentibus, ac aliis ſacerdotibus nobis ſubjectis, ut quotiens ipſos divina miſſarum ſolemnia celebrare contigerit in Canone tam vivorum quam mortuorum ſeu defunctorum ſpecialem memoriam faciant eorundem, nec non in eccleſiis ſuis feſtivis & dominicis ac aliis diebus ad hoc hactenus deputatis, nec non in extremis laborantes ac alias ſubditos ſuos ſalutaribus monitis exhortentur, ut de ſuis facultatibus eidem fabricæ largiantur, donata, legata, vel alia karitatis ſubſidia per eoſdem ſubditos eidem fabricæ largienda & impenſa fideliter colligant, & ſine omni deductione Falcidiæ vel ſumptuum procuratoribus ejuſdem fabricæ die reportationis ad hoc aſſignata fideliter reportare procurent, ipſis etiam Rectoribus & eorum loca tenentibus indulgemus ut ſi eccleſiæ ſuæ eccleſiaſtico interdicto, aut divinorum ceſſatione, noſtra vel vices noſtras gerentium aut ſubditorum noſtrorum ſtatutorumve noſtrorum ſeu prædeceſſorum noſtrorum præſentium & futurorum Synodalium vel Provincialium auctoritate ſubjectæ ſemel in anno, cum expedire crediderint, & negotium ejuſdem fabricæ populo ad hoc convocato exponere voluerint caritatis ſubſidia petituri, liceat eis apertis januis & campanis pulſatis unius miſſæ officium ſolempniter celebrare, quod interdictum & ceſſationem quo ad hoc tantum ſuſpendimus illa vice. Caterum ipſis etiam eccleſiarum Rectoribus indulgemus, ut ſibi confitentes in votis fractis non ſolempniter emiſſis, tum præſtationibus juramentorum ex levitate, non ſolempniter, injectionibus manuum in parentes citra ſanguinis effuſionem, ab hujuſmodi peccatis valeant abſolvere, & pœnitentiam injungendam in pecuniis ad uſum dictæ fabricæ valeant commutare. In virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis ſuſpenſionis & excommunicationis etiam inhibemus, nequis cujuſcunque ſtatus, conditionis, aut religionis ſe de bonis & rebus prædictis præmiſſorum occaſione ad dictam fabricam pertinentibus præſentibus & futuris aliter quam ad opus & uſum ac utilitatem dictæ fabricæ quomodolibet intromittant, aut negotio ejuſdem fabricæ publice vel occulte detrahant, aut ipſius fabricæ negotio expedite & fideliter proſequendo impe-

impedimentum aliquod opponant, aut imponenti conſilium, auxilium, vel opem præſtent. Alioquin ut ex nunc pro purganda mora ipſis & eorum cuilibet dilatione ſex dierum indulta in omnes & ſingulos, qui eidem noſtræ inhibitioni non parnerint, excommunicationis ſententiam promulgamus, abſolutione ab hujuſmodi ſententia nobis & procuratoribus dictæ fabricæ ſpecialiter reſervata. Caterum ipſis procuratoribus præſentibus & futuris & cuilibet eorum in ſolidum ſuper examinandis & inveſtigandis, approbandis, & reprobandis reſcriptis, literis, & inſtrumentis quorumcunque Quæſtorum, ad quæcunque negotia quæſtus per civitatem & diœceſim noſtras quarere, petere, & exigere volentium, nec non ſuper ipſis Quæſtoribus admittendis & refutandis, nec non facultates petendi, & teſtimonialibus literis concedendis, nec non ſuper arreſtandis, capiendis, & puniendis falſis Quæſtoribus, nec non impedientibus, vel ut tenentur non perſequentibus negotium ejuſdem fabricæ, ac ſuper deputandis, & conſtituendis, & ſubrogandis Quæſtoribus, collectoribus, & receptoribus rerum ad dictam fabricam pertinentium, ipſiſque revocandis, & deputandis aliis, quotiens voluerint, ac impetrandis abſolutionibus his, qui in dictam noſtram ſententiam inciderint, nec non connexis, dependentibus, & emergentibus ēn præmiſſis, committimus tenore præſentium vices noſtras, ita quod faciant, quod decreverint, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari, invocato ſuper hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Caterum preſentes literas mandamus per dictos Rectores eccleſiarum vel eorum loca tenentes, quotiens ſuper hoc ex parte dictorum procuratorum dictæ fabricæ requiſiti fuerint, in eccleſiis ſuis & aliter ſolempniter publicari. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum anno Dni CIↃ. CCC. *ſexageſimo quarto menſis Novembris die viceſima ſecunda.*

XIII. Nec mirum, ſi ſublatis ejuſmodi adminiculis, quæ invexerat ſuperſtitio, legatis ad fabricam aut raris, aut nullis, adempta immunitate, prædiis, quæ olim libera, jam obnoxiis tributo, aliiſque emolumentis, quæ plena olim manu in eccleſiam effuſa, reciſis, proſcriptis, tandem eo deventum, ut manus fabricæ auxiliares, aliiſque eccleſiæ neceſſitatibus, ab Ordinibus admovendæ, & pactione inita cum Collegio ab ipſo etiam magiſtratu. Quid & quantum conferret quiſque cauſa cognita definitum, etiam quantum ad Paſtores & miniſtros eccleſiæ, quantum ad luminaria, ad candelas, aliaque. Ex Actis Ann. 1620.

Die Gedeputeerden van de Staten s'lams van Utrecht, gehoort het

rapport van de Heeren Gecommitteerden omme te beramen, op wat voet men betalen ende onderhouden ſal t'licht van de Dom-kerck t'Utrecht, hebben naer verſcheyde communicatien ende deliberatien hier op gehadt gereſolveert, dat voortaen tot de jaerlicxe onderhoudinge van dien betaelt ſal worden by

De Ed. Mog. Heeren Staten	150. *guld. s'jaers.*
De Stadt Utrecht	60. *gul.*
Die van den Dom	250. *gul.*
Die van Oudemunſter	50. *gul.*
Die van St. Peter	50. *gul.*
Die van St. Jan	50. *gul.*
Die van St. Marien	50. *gul.*
Die van den Duytſchen huyſe	50. *gul.*
Die vyf Jufferen Conventen	100. *gul.*
t'Samen s'jaers bedragende	800. *en* 10. *gul.*

Ende dat het dubbelt van deſe repartitie gelevert ſal worden in handen van den Fabrycqmeeſter van den Dom, authoriſerende den ſelven by deſen, omme de uytmaninge in voegen ende aen den genen voerſz jaerlicx te doen naer behooren, die geordonneert worden heenluyden daer naer te reguleren, mits dat den voorſz Fabrycqmeeſter alvorens de inmaninge der voorſz penningen te doen, gehouden ſal weſen te leveren ſpecificatie van de oncoſten t'voorſz licht ende ſchoonmaken van de Croonen aengaende gevallen, ter Camere van de Heeren Staten voornoemt, ende aengaende de defecten ter cauſe voorſz gevallen in de jaren 1618. *ende* 1619. *tot Magdalena* 1620. *toecomende incluys, monterende ter ſomme van* XVII. *hondert gul.* XVII I. *ſtuyv. is by de Gedeputeerden voornoemt verſtaen ende gereſolveert, gelyck deſelve verſtaen ende reſolveren by deſen, dat de voorſz ſomme daetlyck betaelt ſal worden in voegen naervolgende, alſe by*

D'Ed. Mo. Heeren Staten	572. *gul.* 13. *ſtuyv. eens.*
Die van den Dom	572. *gul.* 13. *ſtuyv.*
De Stadt Utrecht	286. *gul.* 6. *ſtuyv.*
Die van Oudemunſter	47. *gul.* 14. *ſtuyv.*
Die van St. Peter	47. *gul.* 14. *ſtuyv.*
Die van St. Jan	47. *gul.* 14. *ſtuyv.*
Die van St. Marien	47. *gul.* 14. *ſtuyv.*
Die vyf Jufferen Conventen	95. *gul.* 10. *ſtuyv.*

Die den voorſz Fabrycqmeeſter datelyck in voegen voorſz ſal hebben t'ontfangen, daer toe den ſelven mede by deſen wert geauthoriſeert.

Gedaen

Gedaen t'Utrecht den 30. Junii 1620. Onderſtont: Ter Ordonnantie van de voorſz. Gedeputeerden. Ant. van Hilten.

XIV. Uſus candelarum in eccleſiis olim frequens in proceſſionibus, in choro, ante imagines, ſtatuaſque. Erant quæ ardebant & de die & de nocte. Erat lumen perpetuum, erat etiam ad tempus. Curabat Theſaurarius. Ad accendendum conſtituti duo ab eo ſacerdotes. Notitiam habeo, quæ continet, quando id accendendum, & quo ritu, ante imaginem beatæ Mariæ virginis. Ea ita ſe habet.

In die nativitatis domini, S. Stephani, Johannis Evangeliſtæ, exponentur reliquiæ, & ardebunt candela omnes ante imaginem beatæ Mariæ, & fiet ſermo illis tribus diebus, & qui in officio ſuccedit, videbit, cujus eſt onus prædicandi tunc inter Prædicatores & Minores. Et dabit ex indulgentiis Prædicatori quartam vini qualibet vice, & fiet ſermo hora duodecima poſt prandium.

Circumciſionis domini. *Exponentur reliquiæ & ardebunt candelæ omnes ante imaginem beatæ Mariæ propter feſtum Herodis, quia alias rumperentur candelæ.*

Pontiani. *Eponentur reliquiæ Pontiani in navi eccleſiæ, & fiet ſermo de ſero poſt veſperas, & hoc per vices inter Prædicatores & Minores. Sic quod ille, qui de ſero prædicaverit, tunc alter eorundem in die. S. Pontiani concionabitur poſt prandium hora duodecima, & dabitur Prædicatori ſemper quarta vini vel valorem.*

Agnetis. *Ut ſupra. Pontiani de ſero fiet ſermo, & in ipſo die hora* XII. *a prandio. Et per totam octavam fiet ſermo de mane hora ſexta. Et exponentur per totam octavam reliquiæ S. Agnetis, ut moris eſt. Et dabitur Prædicatori ſingulis diebus unam quartam vini, & duobus Cuſtodibus Sacriſtiæ pro qualibet vice quartam vini vel valorem.*

Converſionis Pauli. *Exponentur reliquiæ ad indulgentias, & ardebunt tres candelæ.*

Octava Agnetis. *Ut ſupra dictum eſt in die.*

Purificationis beatæ Mariæ. *Exponentur reliquiæ, & ardebunt omnes candelæ.*

Blaſii. *Fiet proviſio, quod ſint ibi duo vel tria vaſa cum munda aqua parata in eccleſia ante Indulgentias, & tunc Sacerdos hic ſolens benedicet aquam illam cum reliquiis S. Blaſii epiſcopi & martyris, & dabit illi, qui aquam portaverat, quartam vini vel valorem. Et fiet ſermo de mane hora ſexta, niſi feſtum fuerit celebre, & dabitur Prædicatori quartam vini, ut ſupra, & ſubcuſtodi turris pro haurizatione mediam partem vini de gratia & de jure.*

Apolloniæ. *Fiet ſermo de mane hora ſexta, dabitur Prædicatori unam quartam & ſupra. Et exponentur reliquiæ S. Apolloniæ.*

Cathedra Petri. *Exponentur reliquiæ omnes, & ardebunt tres candelæ ante imaginem beatæ Mariæ virginis.*

Matthiæ Apoſtoli. *Ut ſupra Petri.*

Annunciationis beatæ Mariæ. *Ardebunt omnes candelæ & reliquiæ exponentur.*

In Paraſceve. *Fiet ſermo, videlicet Paſſio, immediate poſt matutinas, & dabitur Paſſionem prædicanti* XV. *quartas, & hoc inter Prædicatores & Minores. Et ſedebit quoque ſacerdos in navi eccleſiæ horam quaſi ante duodecimam in nocte cum duabus candelis cereis, & duobus tapetis, & cum aqua, quæ poſtea hora ſecunda benedicetur cum ſigno crucis.*

In feſto Paſchæ. *Exponentur omnes reliquiæ ante indulgentias, & ardebunt omnes candelæ beatæ Mariæ cum tribus ſequentibus. Et fiet ſermo hora* XII. *poſt prandium, hoc eſt, in ipſo die cum duobus diebus ſequentibus. Et dabitur quoque Prædicatori pro qualibet vice quartam partem vini.*

Aſcenſionis domini. *Fiet ſermo poſt horam nonam, & exponentur reliquiæ, ut in feſto Paſchæ. Et ardebunt omnes candelæ.*

Inventionis S. Crucis. *Sedebit ſacerdos cum cruce benedicta in navi eccleſiæ. Et fiet ſermo hora prima poſt prandium.*

Nativitatis Joannis Baptiſtæ. *Exponentur reliquiæ, & ardebunt ut ſupra candelæ.*

Lebuini. *Exponentur reliquiæ ad placitum.*

Petri & Pauli Apoſtolorum. *Exponentur reliquiæ & ardebunt tres candelæ.*

Octava Ioannis. *Exponentur reliquiæ, & ardebunt, ſi placet.*

Viſitationis beatæ Mariæ. *Ut ſupra in Annunciatione beatæ Mariæ.*

Tranſlationis beati Martini. *Exponentur reliquiæ & ardebunt omnes candelæ, & prædicabitur poſt duodecimam.*

Mariæ Magdalenæ. *Exponentur reliquiæ, & ardebunt omnes candelæ, & in Octavis exponentur ſolummodo reliquiæ, & ardebunt tres candelæ. In die vero Magdalenæ concionabitur hora* XII. *& dabitur Prædicatori quartam vini. In Iubileo autem, id eſt, in ſeptimo anno prædicabitur veſperis finitis, quia tunc oſtendentur omnes reliquiæ eccleſiæ prædictæ.*

Diviſio Apoſtolorum. *Si in Dominica die venerit, ut ſupra Petri & Pauli Apoſtolorum.*

Iacobi. *ut ſupra Philippi & Jacobi.*

Ad vincula Petri. *ut ſupra in cathedra Petri.*

Laurentii. *Exponentur reliquiæ ante Indulgentias.*

Aſſumptionis beatæ Mariæ. *Exponentur omnes reliquiæ & ardebunt omnes candelæ & in Octava ſimiliter.*

Bartholomei. *Exponentur reliquiæ, & ardebunt tres candelæ.*

Decollationis Ioannis Baptiſtæ. *Exponentur reliquiæ, ut ſupra Bartholomei.*

Exaltationis Crucis. *Exponentur reliquiæ & ardebunt candelæ, & fiet ſermo ex parte Boecklaer poſt veſperas.*

Matthei Apoſtoli. *ut ſupra Bartholomei.*

Lucæ Evangeliſtæ. *Exponentur reliquiæ ſi in Dominica evenerit.*

Simonis & Iudæ Apoſtolorum. *Exponentur reliquiæ, ut ſupra Bartholomei.*

Omnium Sanctorum. *ut ſupra in feſto Aſſumptionis.*

Willibrordi. *ut ſupra Simonis & Iudæ.*

Michaelis. *In die Michaelis exponentur reliquiæ & ardebunt omnes candelæ.*

Martini. *Exponentur omnes reliquiæ, & ardebunt de ſero in circuitu viginti octo candelæ abſque candelis beatæ Mariæ virginis, & ſacerdos ſervans officium veniet ex choro cum thuribulo ante reliquias ſanctorum, videlicet SS. Adriani & Eligii, & tunc ardebunt duæ candelæ in primis veſperis, & in ſecundis veſperis, & ſemper in quatuor feſtis principalibus. Et in octavis ejuſdem ardebunt ſolum tres candelæ ante imaginem, ſed in die obitus beati Martini prædicabitur poſt duodecimam, & dabitur Prædicatori quartam vini.*

Katherinæ virginis. *ut ſupra Iudæ Apoſtoli.*

Andreæ Apoſtoli, *ut ſupra Iudæ.*

Nicolai. *Exponentur reliquiæ.*

Tranſlationis beati Martini. *Exponentur reliquiæ & ardebunt omnes candelæ, & concionabitur poſt duodecimam à prandio, & dabitur Prædicatori, ut ſupra dictum eſt.*

Et hæc quidem prorſus ad ethnicorum exemplum, quibus lychni ſimiliter diebus feſtis pendebant. Iuvenal. *Sat.* XII.

Cuncta nitent, longos erexit janua ramos,
Et matutinis operitur feſta lucernis.

Perſius *Sat.* V.

Herodis venere dies, unctaque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Lipſ. 1. *elect.* 3. Perinde ac ſi in cœlis nox, & hi qui in cœlis glorificati apud Deum, debili luce adhuc egeant, luce undique circumfuſi. Erubeſcant neceſſe eſt, qui Chriſtianos ſe jactant, ſi ſapere audiant plus ipſis ethnicum L. Annæum Senecam, qui egregie, ſi quisquam alius, *Accendere*, inquit *epiſt.* 95. *aliquem lucernam ſabbatis prohibeamus: quoniam nec lumine dii egent, & ne homines quidem delectantur fuligine. Vetemus ſalutationibus matutinis fungi, & foribus aſſidere templorum: humana ambitio iſtis officiis capitur. Deum colit, qui novit.*

XV. De Theſaurarii officio, in cujus poteſtate eccleſiæ theſaurus, & ærarium univerſum, reliquiæ, clenodia, & ornamenta eccleſiaſtica, turris item, campanæque, vetus eſt conſtitutio, digna etiam, quæ inſeratur hic: *Decanus & Capitulum eccleſiæ Trajectenſis univerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſeu legi audituris ſalutem & rei geſtæ cognoſcere veritatem. Cum ante æterni judicis tribunal unuſquiſque villicationis ſuæ ſibi commiſſæ teneatur reddere rationem, hinc eſt, quod nos ad laudem, gloriam, & honorem omnipotentis Dei, beatæ & glorioſæ virginis Mariæ ejus genitricis, & ſancti Martini patroni noſtri, omniumque animarum viventium & defunctorum ſalute, ſuper officium Theſaurariæ in eccleſia noſtra Trajectenſi, quæ quanto aliis præcellit & dignitate præeminet tanto magis in ceremoniis, luminaribus, & aliis ornamentis eccleſiaſticis præfulgere debet, ordinandum & ſtatuendum duximus, ac in Dei nomine ordinamus & ſtatuimus certa aviſamenta perpetuis futuris temporibus in eccleſia noſtra inviolabiliter obſervanda in hunc qui ſequitur modum. Primo videlicet quod Theſaurarius pro tempore ad ſtatim aſſignabit Capitulo noſtro unum Regiſtrum de ſingulis bonis tam certis quam incertis ipſius Theſaurariæ, & ſic de ſingulis annis, nec locabit alicui certas terras, poſſeſſiones, ſive decimas ad annos, niſi de ſcitu & conſenſu Decani & Capituli Trajectenſis, dolo, & fraude, ac exactione quacumque præmiſſorum occaſione penitus excluſis. Similiter de homagiis nichil per eum fiet, niſi de ſcitu & conſenſu ut ſupra. Et dabit Capitulo noſtro illorum notitiam, qui nunc omagia tenent ab ipſa Theſauraria. Et ſimiliter modo ſingulis annis fiet inventarium per Deputatos à Capitulo de ſingulis clenodiis, jocalibus, ornamentis & libris, quæ conſervantur ab ipſo Theſaurario in eccleſia noſtra. Item quoad ſacriſtiam deputabit ipſe Theſaurarius duos ſacerdotes, ſi commode haberi poterunt. Alioquin ad minus unum ſacerdotem & alium beneficiatum de eccleſia noſtra pro cuſtodia & conſervatione eorundem clenodiorum, jocalium, ornamentorum, librorum, & reliquiarum. Qui etiam ſingulis*

nocti-

Digitized by Google

noctibus dormientes in ſacriſtia, quam ante horam nonam de ſero intrabunt. Et iſti duo dabunt etiam advertentiam circa pueros ſervientes in choro, & illorum ornamenta, quod honeſta deferant & mundentur in tempore, prout decet. Item quod dicti duo Deputati ſint ſolliciti in ſacriſtia ad incendendum lampades & candelas pro divinis officiis debitis horis ante compulſationem, & ſpecialiter tempore hyemali ſint lampades inceuſæ ante quintam horam de ſero, & tempore æſtivali ante ſextam horam de ſero. Item omni tempore tam hyemali quam æſtivali ſit eccleſia noſtra undique clauſa in puncto ſextæ horæ de ſero. Et de mane ſit iterum aperta per mediam horam ante primam miſſam dicendam. Item circa candelas in feſto purificationis ipſe Theſaurarius miniſtrabit epiſcopo, ſi præſens fuerit, & Decano noſtro, prout in libro Cameræ continetur, & unicuique Canonico abſque differentia, ſive præbendatus fuerit, ſive honoris, ſive præſens ſive abſens fuerit, unam candelam ceræ ponderantem unam libram, & vicariis ſive beneficiatis ac Rectori ſcholarum in eccleſia noſtra ducentibus noſtram Dominam, cuilibet unam candelam de dimidia libra ceræ, & pueris, in choro & aliis officiatis eccleſiæ noſtræ, prout ſcilicet in libro Cameræ habetur. Et ſuffraganeo, ſi officium fecerit, dabit candelam ceræ de libra, quam habuiſſet Decanus noſter, ſi officium feciſſet pro epiſcopo. Item Theſaurarius noſter non imponet Deputatis in ſacriſtia aliqua nova onera, videlicet de thure, de vino, de fructibus miniſtrandis in feſto ſancti Sixti, aut aliis rebus, ne per hoc obſequium chori defraudetur. Item quoad Campanarium Theſaurarius noſter dabit Campanario ſingulis annis pro ſuo ſalario medium ſcutum aureum juxta formam ſtatuti per Capitulum noſtrum olim deſuper ſalubriter editam de anno Dni M. CCCC. XXVI. *menſis Februarii die prima. Et pro illis etiam habebit idem Campanarius curam ordinandi horologium, item ſuper turrim, tenens hoſtium inferius continue clauſum, & habebit curam turris, & debitis horis pulſabit & pulſari faciet, & ſingulis noctibus dormiet ibidem ſuper eadem. Et nullos admittet aſcendentes turrim occaſione videndi, qui non ſunt de gremio eccleſiæ noſtræ, niſi de ſpeciali licentia ipſius Theſaurarii aut Magiſtri fabricæ pro tempore, & aſcendentes hujuſmodi aſſociabit uſque ad eorum exitum, ne per illos aliquæ inhoneſtates vel damna committantur. Nec quoquo modo permittant majorem campanam ad unam partem percuti, ſed ſi aſcendentes ipſi eam audire velint, faciant eam ab utraque parte, ut moris eſt, pulſari. Ultra aviſamenta prædicta jurabit futurus Theſaurarius, quod nullam conventionem faciet cum deliberatore cereorum, niſi publice coram Capitulo die præcedenti ad hoc ſpecialiter indicto, qui deliberator cereorum etiam jurabit, quod elichnum cereorum faciet juſtæ ſpiſſitu-*

ſitudinis juxta pondus candelarum, quod pondus erit ad dictamen Capituli, & quod deliberabit ceram novam fulvam non admixtam quavis alia materia. Idem Theſaurarius jurabit, quod nullam aliam ſeorſum fecit vel faciet conventionem cum deliberatore predicto, ſed omnino curabit apud eundem deliberatorem ut cereos juxta conventionem cum eo per Capitulum factam deliberabit. Item quolibet anno circa Remigii faciet rationem de ſingulis adminiſtrationem ſuam concernentibus tam in bonis redituum quam accidentalium ac etiam collationum ad eandem Theſaurariam ſpectantium. Item idem Theſaurarius rationem faciet ornamentorum & clenodiorum ſingulis annis coram Capitulo prius die præcedenti ſpecialiter ad hoc per juramentum indicto juxta librum Cameræ. Et dabit cuilibet præſenti Capitulari, qui à principio uſque ad finem hujuſmodi inventarii exhibitioni interfuerit unam quartam viri Rhenani melioris. Item procurabit idem Theſaurarius ſuis expenſis funes, reſtes, & pinguedines circa campanas noſtras juxta librum Cameræ. Item thus quoque odoriferum ſeu murrham procurabit & non ſcerram ſeu fecem thuris. Item oleum lampadum erit raparum ſeu nucum. Item Sacriſtæ eccleſiæ & ille qui præeſt turri cum ſuo ſubſtituto ſimiliter facient computum de ſingulis proventibus & emolumentis certis & incertis. Item Sacriſtæ & ille qui præeſt turri etiam jurabunt, quod inſervient plus honori & utilitati eccleſiæ quam utilitati Theſauriæ reddentes utrique ſuum. Item idem Sacriſtæ non præſumant choralem ſeu chorales nec quemcunque alium votare in dando clavem Sacriſtiæ & de cetero ſubſtituere in eorum officiis exercendis, in attrectando vaſa argentea & clenodia ejuſdem Sacriſtiæ, vel accendendo candelas aut lampades, niſi in majoribus feſtis, quum per circuitum chori & eccleſiæ parvæ candelæ accenduntur vel extinguantur. Item Domini decreverunt, quod de cetero non pulſabunt in exequiis defunctorum quorumcunque, niſi de expreſſo conſenſu Decani & Capituli, prout hæc & alia in publico regiſtro exinde confecto, in quo hujuſmodi ordinationes tam pro ſacriſtis & cera deliberatione quam pro Campanario eccleſiæ noſtræ, nec non bona, reddituſ, & proventus jura, munimenta, & beneficiorum collationes Theſauriæ noſtræ ſunt collectæ, deſcriptæ, ac regiſtratæ, ac collecta, deſcripta, & regiſtrata, Sacriſtis & Campanario eccleſiæ noſtræ pro officiorum ſuorum reſpective exercendorum & peragendorum informatione & inſtructione tradito & deliberato, plenius habetur & continetur. Quod quidem regiſtrum hic pro inſerto haberi volumus. In cujus rei teſtimonium præſentes literas ſigillo Capituli noſtri inferius appenſo communivimus. Datum & actum ann. Dni CIↃ. IↃ. *viceſimo quarto die vero menſis Decembris decima nona.*

XVI.

XVI. Quod ad verbi divini miniſtros ſic ſe habet res. Poſtquam pulſa Pontificia reformata religio Ultrajecti præpotuit, in Paſtorum ſtipendia clerus quotannis ſolvit florenos CIↃ. & quadringentos ex pacto Ann. 1581. Verum auctis ſtipendiis magiſtratus etiam ſummam auxit, & voluit, ut præſtaret quotannis bis mille & 800. floren. Ann. ſcilicet 1585. Querelis de eo ortis, quum & Ordines eſſent aditi, levatus clerus eſt DCCC. in clerum ſecundarium rejecta ipſorum præſtatione. Annis aliquot dein lapſis exegit rurſum magiſtratus, anno ſcilicet 1596. annuos ab eccleſiis bis mille & DCCC. exactis eo non obſtante à clero adhuc ſecundario octingentis jam dictis. Sequenti autem anno cum magiſtratus cenſeret æquum Paſtorum ſolvi ſtipendia à quinque cœleſiis in ſolidum, Ordinum interventu, ne longius diſceptatio quam par erat traheretur, eo tandem deſcenſum, ut ſi quinquies mille ſupra centum Collegia quotannis ſolverent, nihil deinceps & in poſterum exactum ab iis iri. Quæ tum placuit conditio, & ſervatum quod placuit uſque ad Ann. 1620. quo aucto Paſtorum numero, quum in meſſem mittendi neceſſario eſſent plures, revixit rurſum diſceptatio, collegiis multa verborum vi rationumque ad id adactis, ut augerent quotannis ſummam.

XVII. Sed in viam ut revertar, plures erant reliquiæ, & plures quam erant aræ. Ararum numerum non ſcio. Sed altare inter cætera ſacrum S. Martino, ad quod & arma dicitur induiſſe profecturus in hoſtem Wilhelmus Romanorum rex. Henr. Thaborita *lib.* 8. *cap.* 14. Recepto paſſim tum more, ut cujus ibi reliquiæ in hoſtem ſtaret pro induente. Geſta Ludovici VII. apud du Cheſne *to.* 4. *hiſt. cap.* 4. *Venit Rex, ut moris eſt, ad eccleſiam beati Dionyſii à martyribus licentiam accepturus, & ibi poſt celebrationem miſſarum baculum peregrinationis, & vexillum beati Dionyſii, quod Oriflambe Gallice dicitur, valde reverenter accepit, ſicut moris antiquorum Regum, quando debent ad bellum procedere, &c.* Add. Guillelm. de Nangis apud d'Achery *to.* 11. *Spicil. ad Ann.* 1328. Haud dubie autem & ibi aliquid quod olim S. Martini. Ara enim nulla, nec conſecrare ullam licuit, quæ reliquiis deſtituta. Utrumque hæc requirebat, & reliquias, & dotem. Exemplum dabo quod ad dotem in eadem eccleſia:

Fundatio Vicariæ in majori eccleſia Ann. CIↃ. CCCC. XLVII.

Decanus & Capitulum eccleſiæ Trajectenſis univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris Salutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus: Inter quæ ſollicitudinis noſtræ cura cotidiana diligenti meditatione evolvit, illud occurrit conſiderationi noſtræ præ-

cipuum, qualiter honor noſtræ eccleſiæ ac divini cultus, & famulantium Domino numerus in eadem augeatur. Proinde ſiquidem bon. mem. Dn. Hermannus de Lochorſt *Decanus dictæ eccleſiæ noſtræ ad certam pecuniæ quantitatem quondam* Lamberto Gaesbeeck ſuen *opidano in Culenborch Trajectenſis diœceſis tunc ex cauſa debiti extitit obligatus, idem* Lambertus, *tunc adhuc in humanis agens, pecuniarum quantitatem hujuſmodi, videlicet pro qua octo ſcuta antiqua Franciæ ad circulum annuum emi poſſent, pro remedio animæ ſuæ & parentum ac progenitorum ſuorum, voluit ad uſus erectionis cujuſdam perpetuæ Vicariæ in prædicta noſtra eccleſia faciendæ ſub certis modis & formis tunc expreſſis pia devotione elargiri. Cum autem pecuniarum quantitas hujuſmodi pro annuis redditibus comparandis pro ſuſtentatione perpetui Vicarii ibidem Deo perpetuo ſerviturі temporis qualitate penſata non ſufficeret, Venerabilis dominus* Iohannes *uten* Elsweert *Canonicus Trajectenſis præmiſſa omnia provida meditatione perpendens, & ſagaci ſtudio in animo ſuo revolvens, qualiter hoc ſanctum propoſitum pro honore eccleſiæ, & divini cultus augmentatione conceptum perficeretur, ac cupiens terrena in cœleſtia & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, de bonis ſibi à Deo collatis non modicam pecuniarum aliam quantitatem pro annuis redditibus, videlicet aliis adhuc octo ſcutis Franciæ antiquis comparandis pro uno presbytero Deo perpetuo deſervituro in eccleſia noſtra prædicta ad altare ædificatum ac conſecrandum in honorem omnipotentis Dei & beatæ* Mariæ Magdalenæ *in borcali parte eccleſiæ noſtræ prædictæ in Capella ſancti Stephani elargitus eſt, & pro quibus nobis ad uſum Vicariæ prædictæ aſſignavit tam de prædicti quondam* Lamberti *& ſuis pecuniarum quantitatibus antedictis tres fertellas terræ ſitas* opter Stat weyde *ad partem Scabinorum vocatas* ſeſtiende ende ſeventhiende, *à parte meridionali inter fertellam* vyftiende, *quam domicella* Anna, *filia quondam* Theodorici Grawert, *emit erga civitatem Trajectenſem verſus partem orientalem, & fertellam* achtiende, *quam* Iohannes Hugonis *etiam emit erga civitatem prædictam verſus partem meridionalem, protendentes ulterius ab aggere . . . . . à parte meridionali, & viam qua itur ad villam de* Vleuten *à parte boreali, quas hodie colunt* Iohannes *de* Reen *& Gisbertus fratres & Sculteti filius* Goeſwini, *quæ valent annuatim quindecim ſcuta antiqua Franciæ & unum ſcutum ſimile cum dimidio ex domo & area ſuis, quas infra emunitatem eccleſiæ noſtræ inhabitat, per juniorem Camerarium noſtrum ſingulis annis perpetuo recipiendis, de quibus idem*

Ca-

Camerarius noſter prædicto presbytero unum ſcutum antiquum Francie ſingulis annis deliberabit, pro dote dicte Vicarie liberaliter aſſignavit, nobiſque ſupplicavit, quatenus largitionem & aſſignationem ac dotationem prædictus ratificare & approbare, & Vicariam prædictam modo & forma prædictis erigere dignaremur. Nos igitur dicti Dni Iohannis *uten* Elsweert *pium & ſanctum propoſitum recommendantes ipſius ſupplicationibus inclinati Vicariam prædictam ad prædictum altare beate* Mariæ Magdalenæ *erigimus, ac dictas largitionem, aſſignationem, ac dotationem de bonis & redditibus prædictis ratificamus & approbamus, volentes quod Vicarius pro tempore dicte Vicarie, ſicut ceteri Vicarii dicte eccleſie noſtre, ad obedientiam & reverentiam & ad cotidianum ſervitium in choro eccleſie noſtre in divinis ſit aſtrictus, quodque per ſe vel per alium ſeu alios duos in ebdomada ad dictum altare pro ſalute animarum tam dicti domini* Iohannis *& ſuorum parentum, ac quondam* Hermanni & Lamberti *præfatorum miſſas celebrabit, & infra annum à die adepte poſſeſſionis teneatur ad ſacerdotium promoveri, bonaque prædicta & alia ad dictum altare pia largitione fidelium donanda ſub noſtra defenſione recipimus, ac noſtra & præfate eccleſie noſtre ad uſum presbyteri prædicti reputamus, ipſamque perpetuam Vicariam diſcreto viro* Engelberto Nepoti *clerico Leodienſis diœceſis pro prima vice conferimus, ipſumque inſtituimus in eadem, volentes ac decernentes, quod tam ipſe Engelbertus quam alii Vicarii ad dictam noviter erectam Vicariam omnibus & ſingulis diſtributionibus cotidianis ac emolumentis, quibus ceteri Vicarii in eccleſia noſtra gaudent, de cetero in antea gaudeant & fruantur, ac quod Decanus pro tempore dicte eccleſie noſtre de cetero, quandocunque illam vacare contigerit, presbytero & clerico habili & ydoneo conferat, ac collator ipſius Vicarie exiſtat. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum ſigillum Capituli noſtri præſentibus duximus appendendum. Datum anno Domini* CIↃ. CCCC. XLVII. *menſis Februar. die* XXVI. *hora tertiarum & Capitulari conſueta.*

XVII. Eſt & aliud hujuſmodi: *Rodolph by der genaden Godts Biſſcop t'Utrecht maken condt allen luyden, die deſen brieff ſellen ſien of hooren leſen, dat wy voor ons ende onſe ouder ſielen geordineert ende gefundeert hebben, ordineren ende funderen mit deſen onſen tegenwoordigen brieve tot eenre ewiger memorie ter eeren Goeds, ſynre gebenedyde moeder die maget Maria, des Heyligen Confeſſoirs ſint* Martyns *onſes patroens, der heyliger Santinne ſint* Eliſabeth

van Doringhen, *ende alle Gods heyligen twee* Vicarien, *in onſer kercke ten Doem t'Utrecht in der Capellen, daer wy onſe ſepulture begeert hebben, ende begeren, als wy afſyvich ende van aertryck verſcheyden ſyn. Tot welcke twee Vicarien voir twee Prieſtens ende vier jongens of* choralen, *wy geordineert ende gegeven hebben, ordineren ende geven alſulcke goede, als wy gecoft hebben tegens Meyſter* Ian Pot. *gelegen in den kerſpel van Woudenberch, geheyſſen die Tynsgoede, waerdich weſende ontrent twee en tſeſtich Vrancryckſche ſchilde, na inhout der brieven die wy daer af hebben, ende dair toe drie hondert Rynſche guldens, die wy daer toe bewyſen ſullen, omme renten te copen totten ſelven* Vicarien, *in manieren ende voirwaerden hier na beſchreven. In den eerſten dat die twee* Vicary *beſitters van den twee* Vicaryen *voerſz in der tyt weſende ſullen reſideren ende wonen in onſe Stadt van Utrecht, ende alle dage doen of doen doen in der voergenoemden Capellen ene ſingende miſſe, elck ſyn deel of ſyne weke mit vier jongens of Coralen, die ons Capittel van den Doem daer toe ordineren ſal, ende na der miſſen ſo ſal die Prieſter mitten jongen leſen, tot anſen grave een* Miſerere *ende een* de profundis *mit een verſikel ende collect daer toe dienende. Item des ſo ſal elck van den twee* Vicaryen *voerſz alle jaer hebben ende boeren van den voirnoemden goeden vyf en twintich Vrancryckſche ſcilde, Begerende aen onſe voerſz kerke ten Doem, dat ſy onſe twee* Vicaryen *onfangen willen ende laten participeren in die preſentie in der ſelver onſer kercke, gelyck ander* Vicarien *doen, ende laten miniſtreren alle dage in der miſſen den vier jongen of Coralen, die die miſſe ſellen helpen ſingen, enen onden braſpenninck ander hem vyren, ende onfangen voor deſe preſentie van den Vicaryen ende miniſtratie van den jongen die ander renten van den voergenoemden goeden te* Woudenberch, *die men copen ſal om die drie hondert Rynſche gulden. Ende iſt dat onſe voergenoemde kercke ten Doem die voergenoemde overlopende renten mitten voergenoemden laſten nies onfangen en willen, ſoe ſullen die twee voergenoemde* Vicaryen *in der tyt weſende geſamelyk die voerſeyde overlopende renten ſelue boeren ende gebruken tot hoirre behoeff, Behoudelyck dat ſy alle dage in den miſſen miniſtreren ſullen geſamelyck den vier jonge enen onden braſpenninck alſe voerſz is. Ende deſe* Vicarie *en ſellen niemant beſitten, ſy en ſyn Prieſteren of ſy en worden binnens jaers Prieſters, daer die yerſte beſitters af weſen ſullen onſe getrouwe Capellaen Heer* Rutger Maes *Prieſter* Monalterienſis dioceſis, *ende Meyſter* Ian Bouvenſſe *Prieſter van*

van Leyden Trajectenſis diœceſis, *dien wy deſe voirgenoemde Vicaryen gegheven hebben, ende geven mit deſen onſen brieve te regieren ende te bewaren. Ende tot wat tyden deſe twee Vicaryen voerſz. vaceren off open worden, ſo ſullen Collatoers ende patroens weſen tot ewigen dagen, die drie oniſte Canonicken in der tyt reſiderende in onſer kercken ten Doem voerſz. Ende gevielt dat die drie oniſte Canonicken niet eendrachtich en conferceerden of preſenteerden enen eerbaren Prieſter, of die binnen s'jaers Prieſter worde, ſo ſullen ſy hoer preſentatie op die tyt verboeren, ende die oude Borgermeyſter in der tyt weſende onſer Stadt van Utrecht ſal dan op die tyt preſenteren den Deken ende Capittel then Doem enen eerbaren Prieſter, of die binnens jaers Prieſter worden mach, ende wort, als voerſeyt is, Begeerende van der ſelver onſer kercken, Stadt van* Utrecht, *Stadt van* Amersfoort, *dat ſy daer mede toeſien willen, dat den dienſt Goits voerſeyt niet verſumet en worde. Ende want wy alle deſe punten voerſeyt vaſte, ſtede, ende van machten te weſen hebben willen, ſo hebben wy des tot oirconde onſen ſegel beneden aen deſen brieff doen hangen. Gegeven tot Vollenho int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. LIV. *des Donredags Latare Iernſalem.*

XVIII. *Vicarius* ſacerdos eſt. *Vicaria* ſacerdotium. Nec neceſſe ut ſit Vicaria, ut aram erigat fundator. Fundari poteſt ſuper ara ab alio jam extructa, ut hic, & in charta Ann. 1573. *dat ic totter eeren Gods, ende ſynre gebenedyde moeder ende maget Marien, ende des heyligen Apoſtels ſinte Andries, mit alle Gods heyligе, make een ewige Vicarie tot twee miſſen ewelike ende erffelicke ter weke the doen, alſſe Manendachs ende Donderdachs in der kercken t'Utrecht op ſinte Barbaren altaer, op die noortſyde beneden in der kercken, ende geheten is Gysbert Heren altaer, voer myn wyf Mechteli Gysbert Claesſen dochter &c.* Capella ædes ſacra, ab eccleſia diſtincta, & vel ruri, vel alibi. Quandoque etiam in eccleſia, & ſic eccleſiæ etiam pars. In turri etiam eccleſiæ, ut ejuſmodi Ultrajecti.

XIX. Quod ad turrem: cœpit turris Ann. 1321. perfecta & abſoluta Ann. 1382. ut teſtantur verſiculi, qui inciſi adhuc turri:

Doemen ſchreef CIↃ. CCC. XX. *en een*
Leytmen van my den eerſten ſteen.
Daer na CIↃ. CCC. *twee en tachtich*
Was ik volmaeckt ſo men ſiet waerachtich.

Et hinc haud dubie etiam perperam Io. a Leidis 27. *hiſt.* 16. Anonymus, quem editurus ſum *to.* 6. *Analect.* & Magn. Chron. Bel-

Belgic. *p.* 282. initium ejus referunt ad Ann. 1320. præſertim ſi conſideres, quod terra poſtquam effoſſa, poſtquam cuncta, quæ neceſſaria ad id opus, convecta, poſitus primus ejus lapis anno demum 1322. ut refert liber memoriarum, qui ponentium etiam meminit, eccleſiæ Trajectenſis, *Anno*, ait, *incarnationis Dominicæ* 1322. *die beatorum Ioannis & Pauli martyrum poſitus fuit primus lapis hujus turris eccleſiæ Trajectenſis per venerabiles viros dominos Iacobum de Ouishoorne Decanum & Gisbertum de Everdingen tunc temporis Cananicum ſeniorem cum ceteris pluribus Canonicis, Vicariis, Chori ſociis, & ſcholaribus ejuſdem eccleſiæ præſentibus, & aſtantibus cum cruce & aqua benedicta. Et hujus turris ſive operis inchoator primus erat magiſter Iohannes natus de Hannonia, diligens & fidelis, qui præſcriptis aſtitit.* Faſtigio dein crux impoſita cum ventilabro deaurato, ut Magn. Chron. Belg. *d. loc.* anno CIↃ. CCC. II. Sed corrupti ſunt numeri. Nam cœpta demum turris Ann. 1321. quî ergo jam perfecta XIX annis ante? Legendum CIↃ. CCC. LXXXII. Anonymus quem dixi: *Anno domini* CIↃ. CCC. *&* XX. *in die ſanctorum martyrum Iohannis & Pauli poſitus eſt primus lapis turris ſancti Martini in Trajecto. Et poſt hoc anno* LXXXII. *tunc ſupra poſita eſt crux cum gallo.*

Fabri autem dum moliuntur, dum jaciunt fundamenta, cum ob loci anguſtiam abſolvi opus non poſſet, de aula epiſcopali ab eccleſia nonnihil & petitum & impetratum, cavente hac epiſcopo viciſſim damni infecti, ſiquid damni ei præterea aut aulæ ejus contigiſſet. Cautio autem hujuſmodi: *Nos Decanus & Capitulum eccleſiæ Trajectenſis notum facimus univerſis, quod dolo & fraude remotis promiſimus & promittimus per præſentes Reverendo in Chriſto patri ac domino noſtro Dn.* Frederico *epiſcopo Trajectenſi, quod ſi præter confractiones partis ædificii domus ſuæ epiſcopalis in Trajecto pro erectione turris dictæ eccleſiæ noſtræ nobis gratioſe indultas ab eodem, dicta domus ruinam, quod abſit, aliquam pateretur, dampna dictæ ruinæ ſibi de bonis fabricæ reſtaurabimus, & tenemur reſtaurare, harum noſtrarum teſtimonio literarum. Datum ſub ſigillo noſtro anno Domini* CIↃ. CCC. *viceſimo, feria ſecunda poſt beati Iacobi Apoſtoli.* Alta dicitur turris pedes CCC. LXXVII. ad Antverpienſem non accedens, quæ pedes alta quingentos. Pedes ſcilicet, quorum ſinguli XI. pollicum. Præfectum, poſtquam abſoluta, Capitulum dedit, qui præeſſet. Cura enim & diſpoſitio abſolute olim Capituli. Ad quod ut templi ſpectabat ſic & turris refectio. Onus quod levabant legata, mulctæ, elee-

mo-

moſynæ, & collationes fidelium, dum credulus quiſque id exiſtimat peccatorum remedium, dum pium & ſalutare largiri S. Martino, abunde id eum repenſurum, quicquid datum, apud Deum. Ex Actis Capituli Ann. 1585. 31. Octobr. *Hebben d'Heeren geinterdiceert heurlieder coſter op den toorn niemant meer op den toorn te laten comen, ſonder alverens daer toe te hebben conſent van den Domdeecken, oft Fabrycqmeeſter in der tyt. Authoriſeert den Capittels bode hem deſen te inſinueren.* Vid. Anonym. quem edidi Ann. 1690. *in fin.*

XX. Verum alia jam rerum facies. Templum ipſum poſt Gallorum diſceſſum anno hujus ſeculi LXXIV. accepit cladem ingentem, navi univerſa inter turrim & chorum cum columnis ingentibus vi ventorum & tempeſtatis diffracta & proſtrata. Iacet vaſta adhuc moles, nec reſtitutionis ulla ſpes, dum quorum ea res eſt contenti ſunt choro, habendis concionibus & religionis exercitio, ut oportuit, conſecrato. Anni interceſſerant tum centum & ſedecim, ex quo ſimilis tempeſtas everterat fere turrim. Fama eſt ita concuſſam, ut qui in ea diffugerent, Cuſtodis ſupellectile & ejuſdem mobilibus loco motis, disjectis. Rem refert in Adverſariis, quæ Lappius habuit manuſcripta, ejuſdem tum eccleſiæ Vicarius Andreas Waelkins, & refert, ut ſequitur: *Ann.* 1558. 11. *Ianuar. ab hora matutinali ſeptima Trajecti tantus fuit impetus ventorum excitatus uſque ad* X. *& amplius, ut turris Martiniana ſummaque alia ædificia ruinam minarentur, uſque adeo quod ſedilia & omnis ſupellex Cuſtodis turris ſuo loco moverentur, ita quod Dn. Henricus Kutert ibidem non fuit auſus permanere, ſed ad infima quæque loca deſcendit, donec turbo ſeſe remitteret. Perſeveravit autem hæc maxima commotio ad ſeſquihoræ ſpatium, ita ut vix ulla domus in civitate credatur fuiſſe immunis ab hac plaga. Quinque molæ everſæ ſunt, extra portam diva Catharina duæ, ad Rhenum flumen una, ad portam Aquilonis una, ad monaſterium vulgo Vrouwen-clooſter una. Præterea vaſta alia ruina facta ſunt. Nautæ etiam aen de Vaert nulli auſi fuerunt ſe committere Leccæ. Caterum circa prandium cœpit ſe remittere dicta tempeſtas.* Similis fere tempeſtas erat ante prandium XIII. ejuſdem Ianuar. Sic bis evaſit vim turris. Navis tandem quamvis ſulta tot columnis ſuccubuit.

XXI. Dixi ſupra quod olim plena hæc picturis, ſtatuis, & imaginibus. Verum ſtatim poſtquam cœpit reformata religio amotis paſſim aris deleta hæc ornamenta, diſſipata, disjecta. Et quamvis paulo ſerius eandem tamen quam & cetera ſortem templum hoc tandem

ſubiit. Metu direptionis cum dies aliquot manſiſſet clauſum Ann. 1586. nec quiſquam identidem pulſanti turbæ aperiret, audaciſſimus quisque, cum diu ſatis expectaſſet, impatiens tandem moræ, vi facta irruptione, invaſit, ſuſtulit, quæ fuit viſum XXIII. Octobr. ejuſdem Ann. CIↃ. IↃ. LXXX. Sequenti dein anno non invitis aliquot Canonicis Reformati id occuparunt XV. Ianuar. & Wernerus Helmichius primus eodem die ibi habuit concionem. Quod & ſingulis ſeptimanis deinceps continuatum diebus Solis & Iovis. Sacra autem ſynaxis habita ibi eodem anno I. Octobr. & ult. Decembr. Et quantum ad conciones hæ ibi primum habitæ, ubi viſum commodius. Sed ubi ſummum altare, quod ante introitum erat chori, amotum, ſtatim ambo erectus in ejus locum, è quo habita dein concio, oxali etiam, quod ibidem, è quo electi Antiſtitis proclamatio olim facta, ne ambonem impediret, eadem opera ſimul diruto. Translata etiam tum ſeditia, è quibus proceres conciones audiunt, ex templo S. Salvatoris in hoc, quod S. Martini eſt. Factum id Ann. 1586. XVIII. Auguſt. aut circiter. Habuit S. Martini ſuum etiam Necrologium, ex quo pauca hæc, quæ excerpſi.

XXII. VI. *Idus Martii obiit Dn.* Arnoldus *de* Yſelſteyn *Baro, in cujus anniverſario datur libra. Et viſitabitur ſepulchrum domini Johannis de Dieſt epiſcopi pro eo.*

IV. *Id. Mart. obiit* Mabilia, Martha Suederi *de* Voern, *Concanonici noſtri, unde dantur* IV. *libra.*

Obiit Robertus *de* Swets *Concanonicus & Chorepiſcopus eccleſiæ noſtræ, unde datur libra.*

XI. *Kal. Mart. obiit* Engelbertus Stamer *perpetuus Vicarius, unde datur libra.*

Fiat memoria Henrici Vuſtinck *Concanonici noſtri, unde datur libra.*

Fiat memoria Margaretæ *ab* Arckel, *domina de Ema, unde datur libra corporaliter præſentibus.*

IV. *Idus April. fiat memoria menſurnalis* Arnoldi *de* Yſelſteyn *Baronis, unde datur libra.*

Item Fiat memoria Walteri *de* Langerack *Concanonici noſtri, unde datur libra.*

Item fiat menſurnalis Margaretæ *de* Arckel *domina de Ema, unde datur una libra corporaliter præſentibus.*

V. *Idus Iunii. Obiit magiſter* Philippus *de* Leyden, *Doctor decretorum, Concanonicus noſter. In cujus anniverſario dantur* IX. *libra, &* XVI. *ſol. Inde ſocii habebunt* XVI. *ſol.*

XV.

XV. *Kal. Aug, Frederici epiſcopi & martyris. Obiit* Florentius *Comes Hollandiæ, in cujus anniverſario dantur triginta ſolidi. Anno Domini* CIↃ. CCCC. XXX. *Capitulum ordinavit celebrandum fore feſtum nivis beatæ Mariæ virginis. Ad quod feſtum, ut eo ſolempnius celebretur cum cantu & lectionibus de hiſtoria & miraculis ejuſdem feſti, Dn.* Arnoldus Wael *Concanonicus noſter aſſignavit & dedit* IV. *libras bonorum diſtribuendas, prout in octava Trinitatis deſcriptum eſt ultima die Maji.*

Anno Domini CIↃ. CCCC. XXXVIII. *ſexto die menſis Auguſti obiit venerabilis & circumſpectus vir Dn.* Hermannus *de* Lochorſt *Decanus eccleſiæ noſtræ Trajectenſis, in cujus anniverſario dantur duo ſcuta antiqua corporaliter præſentibus, & viſitabitur ejus ſepulchrum.*

Ann. Domini CIↃ. CCC. XXX. *obiit Reverendus pater ac dominus* Iacobus *epiſcopus* Zudenſis, *eccleſiæ noſtræ Canonicus, in cujus memoriæ datur libra. Item pro celebrantibus eodem die dantur octo ſolidi.*

XVII. *Kal. Decemb. obiit* Michael Carnifex. *In cujus anniverſario dantur* X. *ſol.*

VII. *Idus Decemb. obiit domicella* Philippa, *ſoror domini* Reynoldi *primi Ducis Gelriæ, monialis ordinis ſanctæ Claræ, unde datur in memoria ejus libra.*

Anno Domini CIↃ. CCCC. LX. *obiit domicellus* Iacobus *de* Gaesbeeck, *dominus de Duerſteden, & Apcoude, & de Putten, & Stryen.*

XXIII. Sed nec hoc omittendum, quod viſa olim in Archivis hic quatuor diplomata ſigillis aureis obſignata, Henrici III. de Groninge Ann. 1040. Conradi II. de Friſia Ann. 1045. Henrici VI. de Velua Ann. 1196. & Frederici II. de non imponendis novis theloneis Ann. 1220. Ex his ultimum tantum ſupereſt. Vidi id, & tractavi, ut & formam argenteam ceræ impreſſam ab epiſcopis chartam aliquam ſignaturis. Reliqua quo evaſerint nondum adhuc intellexi. Translata primum Goudam Carolo V. imperante, mox Hagam ab Hollandis, ut retulit, cum inquirerem, vir illuſtris, cum viveret, Hieronymus de Beverningh.

XXIV. Addam, ſi id tanti, ſuos ſingulis eccleſiis non tantum miniſtros, ſed & ſuos ſingulis pictores, tectores, vitriarios, fabros cœmentarios, ferrarios, alioſque, in verba omnes Capituli juramento adactos. De majori eccleſia inprimis id certum eſt, ut exempli tantum cauſa de ejuſdem piſtore.

Anno Domini CIↃ. CCCC. XLV. *menſis Maji die ſexto hora tertiarum in præſentia domini de Wael & ceteri Capituli eccleſiæ Trajectenſis*

ſis in domo Capitulari minori eccleſiæ Trajectenſis Capitulariter congregati conſtitutus Nicolaus Gerardi Piſtor ejuſdem requiſitione Capituli obligavit ſe ſub pœna viginti ſcudatorum antiquorum, quod à modo debeat pinſere bonum panem juſti ponderis, & ſi amplius contingeret de eo fieri querela, tam de illo defectu, quam etiam de defectu præſenti ſtabit arbitrio Capituli ſub pœna antedicta. Et dominus Volquinus & Iohannes Vecop promiſerunt fideliter cuſtodire ſervitium eorum. Actum præſentibus dominis Iacobo de Haes, & Francone campanario teſtibus ad premiſſa.

Ann. Domini CIↃ. CCCC. XVI. *menſis Septembris die* XVII. *hora tertiarum in præſentia Capituli* Nicolaus Gerardi *piſtor fecit juramentum ſimiliter, & promiſit ſub pœna* XX. *ſcudatorum emendare, ſi in poſterum deliquerit, & ſtare arbitrio Capituli. Acta in domo Capitulari minori præſentibus D. Gerardo Boel & Francone campanario teſtibus.*

Anno Domini CIↃ. CCCC. XXII. *menſis Aprilis die prima hora tertiarum Dn. de* Wael *nomine Capituli in præſentia Capituli dixit* Nicolao Gerardi *piſtori, quod ipſe negligens fuerit circa panes, quod ipſe de ipſa negligentia Dominis de hoc conquerentibus ſatisfaciat, & caveat a modo, & emendet panes, & faciat eos prout tenetur, & juravit. Alioquin domini dicerent ſibi ex nunc ſemel pro toto, quod quandocunque amplius eſſet negligens, ipſi vellent eum deponere abſque contradictione &c.*

Anno domini CIↃ. CCCC. XXXIX. *indictione* XV. *menſis Septembr. die* XXII. *hora tertiarum, vel quaſi, in præſentia Venerabilium virorum, dominorum Vicedecani & Capituli eccleſiæ Trajectenſis in Capella* XII. *Apoſtolorum ſimul exiſtentium, Venerabilis dominus* Iohannes uten Elſweert Canonicus Trajectenſis, & Socius Archidiaconi Trajectenſis, *præſentavit ibidem in Capitulo* Iohannem de Langhe *in piſtorem, & petiit admiſſionem dicti* Iohannis. *Qui domini dictum* Iohannem *admiſerunt cum proteſtatione, ſi non legaliter exercuerit, quod tunc cum menſe poſſent eundem deſtituere, & in continenti dictus* Iohannes *juravit juramentum conſuetum &c.*

Sic reperi in Protocollo Henrici van der Laen Notarii eccleſiæ Trajectenſis. Generalis autem formula juramenti hujuſmodi: *Dat ſweer ick, dat ick voirt dit jaer nyt van brode wichtich ende gichtich ende van bier voldoen ſel na der coſtume des Godshuys der Heeren van den Dom t'Utrecht, ende al den genen, dien die Domproeſt ſculdich is te dienen van brode ende van bier ſynre Domproeſtyen wegen, alſo*

veer

veer als die Domproeſt mi voldoet van ſulcken coerne ende gelde, als hi mi ſculdich is te leveren ſonder archeit. So help mi Godt ende ſyn heyligen. Add. *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 48.

XXV. De officio Præpoſiti, cujus obiter mentio hie, ut id plenius intelligatur, res ita ſe habet: Sui ſingulis collegiis jam olim Præfecti, vulgo Præpoſiti, & ut Belgæ dicunt, *Prooſten.* Præerant hi collegiis, ut monaſteriis Abbates. Verum poſtquam Ultrajecti Canonici è Regularibus facti ſunt Seculares, manſit quidem Præpoſiti & nomen & dignitas, ſed imperium & poteſtas, quæ in Capitulum ei olim, translata ad Decanum. Manſere etiam ei bona, quæ menſæ ipſius aſſignata, diviſis ceteris inter fratres, ſed manſere ea lege, ut & pecuniæ hinc & annonæ quædam quotannis quantitas præſtaretur Capitulo. *Dienen* id, miniſtrare. Ipſe interim vir illuſtris & facultatibus præpotens, præſertim qui Præpoſitus majoris eccleſiæ, vulgo den *Domprooſt.* Feuda ei, clientelæ, vaſalli, Curia, & Pares Curiæ, qui de feudis dicebant jus. Quædam etiam ſingularia, quæ in Curia ejus obſervata, ut verbi gratia quæ reperi in veteri quodam libro. Ponam ut reperi:

Item opten eirſten dach in Septemb. Ann. CIↃ. IↃ. *ende een wert in Leenrecht van de mannen van den Domproeſt geweſen, dat die Domprooſt ſynen Schout ofte Dingweerder maken mochte, die 't hem geliefde, want die een partye dingden, dat die na bloet ofte maech was mitter andere partye, daeromme dat recht niet ſpannen oft voeren mochte, offte en ſoude. En daer op wert dit oordeel geweſen. Ego qui hæc ſcripſi eo tempore hoc fieri audivi.*

Item ten eerſten rechtdach wert geſet een ander Dingweerder.

Item op die ſelve tyt waren daer XIII. *of* XIV. *mannen, ende die eene partye dingden, datmen t'recht niet houden en ſoude, men ſoude alle des Domprooſten mannen daer toe laden. Daer wert een oordeel op geweſen, dat die Domproeſt oft ſyn gemachtichde op die tyt off na die mael mitten mannen daer tegenwoordich weſende t'recht houden ſoude.*

Item in deſen voorſz. Leenrecht van den Domproeſt is geweſen dat een boet is een out ſcilt, gelyck alſt voor myn Heer van Utrecht gebouden wort. Hier waren by vele notabele Leenmannen.

Ter ſelver tyt wert geweſen, dat die verlieſer geven ſoude den Heere den derden meer dan die coſten beliepen, ende te betalen binnen VI. *weken. Item dit placht te weſen op dubbelt gelt, dan dat Leenrecht was tot grooten coſt gelopen, daerom mochtent die mannen licht wyſen om redenen wille, opten derden penninck meer.*

Quantum autem ad annonam, quam miniſtrabat quotannis, veterem reperi ejus modum in Archivis eccleſiæ, quo & quid præſtitum, & quæ quantitas continetur. Eſt autem hujuſmodi.

XXVI. *Anciquus modus, ſecundum quem Dnis Decano & Capitulo ſolebat miniſtrari ex Præpoſitura, cui ſatis concordat antiquus liber Cameræ, in quo tanquam in Kalendario ſinguli dies ſunt annotati.*

In vigilia ſancti Iohannis dantur IV. *ſtopi de cellario Præpoſiti.*

In die dantur ſeptem fercula & præbendalis caro & ſeptem ſtopi de cellario Præpoſiti.

In feſto Iohannis & Pauli dantur cotidianæ carnes, & pejores, & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In vigilia Apoſtolorum dantur quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In die ſeptem fercula, & præbendalis caro, & ſex ſtopi de cellario Præpoſiti.

In commemoratione ſancti Pauli dantur cotidianæ carnes, & pejores, quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

Veſpere translationis ſancti Martini dantur tres ſtopi de cellario Præpoſiti & convivium de oblationibus ad celebrandum &c.

In feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ præter cotidianam præbendam datur convivium de exeniis quinque manſorum & quinque Ameronger broe.

In feſto ſancti Iacobi dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

Ad vincula Petri dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In inventione ſancti Stephani dantur cotidianæ carnes & pejores & quatuor ſtopi ex cellario Præpoſiti.

In feſto ſancti Laurentii dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In vigilia aſſumptionis ſanctæ Mariæ dantur quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In die dantur ſex fercula & præbendalis caro & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti & unus de eccleſia.

Item in feſto ſancti Barthelomei dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

Veſpere nativitatis ſanctæ Mariæ dantur tres ſtopi de cellario Præpoſiti.

In die dantur ſex fercula, & præbendalis caro, & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti, & unus de eccleſia.

In feſto ſancti Gorgonii dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In

In exaltatione ſanctæ Crucis dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In feſto ſancti Lamberti dantur cotidianæ carnes, & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In feſto ſancti Matthei dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In feſto ſancti Mauritii dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

Veſpere ſancti Michaelis dantur quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In die dantur ſex fercula, prębendalis caro, & quinque ſtopi de cellario Præpoſiti.

In feſto ſancti Remigii dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In feſto ſancti Dionyſii dantur cotidianæ carnes & pejores & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In feſto Simonis & Iudæ dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In vigilia omnium ſanctorum dantur tres ſtopi de cellario Præpoſiti.

In die dantur ſex fercula, & prębendalis caro, & quinque ſtopi de cellario Præpoſiti.

Veſpere ſancti Willebrordi dantur tres ſtopi de cellario Præpoſiti.

In die dantur ſex fercula, & prębendalis caro, & quinque ſtopi de cellario Præpoſiti.

In vigilia ſancti Martini dantur quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti. Carnes non dantur.

In die dantur octo fercula, & prębendalis caro, & ſeptem ſtopi de cellario Præpoſiti.

In feſto ſancti Lebuini dantur cotidianæ carnes, & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

A feſto ſancti Lebuini uſque ad octavas ſancti Martini dantur cotidianæ carnes, & pejores, & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti. Si ante Dominica intervenerit, pejores.

In octava dantur ſex fercula & prębendalis caro & quinque ſtopi de cellario Præpoſiti.

Item in feſto ſanctæ Caciliæ dantur cotidianæ carnes & pejores & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In feſto S. Clementis dantur cotidianæ carnes, & pejores, & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In vigilia ſancti Andreæ dantur tres ſtopi de cellario Præpoſiti.

In die dantur ſex fercula & præbendalis caro & quinque ſtopi de cellario Præpoſiti.

Veſpere adventus Dni dantur tres ſtopi de cellario Præpoſiti.

In Dominica Ad te levavi *dantur ſex fercula & præbendalis caro, & quinque ſtopi de cellario Præpoſiti.*

In feſto S. Nicolai dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In octava S. Andreæ dantur cotidianæ carnes & duo ſtopi de cellario Præpoſiti.

Veſpere ſanctæ Luciæ dantur duo ſtopi de cellario Præpoſiti.

In die dantur cotidianæ carnes & pejores & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In vigilia S. Thomæ dantur duo ſtopi de cellario Præpoſiti.

In die dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti & communibus oblationibus.

Item ab octava S. Andreæ uſque ad natale Dni non dantur carnes, niſi dominicis diebus & feſtivitatibus ſubſcriptis, & vinum non datur niſi Sabbatis & Dominicis diebus, & in vigilia Natalis Dni dantur quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

In die dantur octo fercula & præbendalis caro & ſeptem ſtopi de cellario Præpoſiti.

In feſto S. Stephani & S. Iohannis & Innocentium dantur cotidianæ carnes & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti.

A feſto Innocentium uſque ad octavas Dni dantur cotidianæ carnes, & pejores, & quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti. Si autem Dominica intervenerit, pejores carnes non dantur exceptis his feſtivitatibus ſuprascriptis. Singulis Dominicis diebus & tertiis feriis & quintis & Sabbatis dantur carnes, niſi diebus ſuperius exceptis. Similiter omnibus diebus Dominicis per annum dantur quatuor ſtopi de cellario Præpoſiti. In profeſtis vero diebus dantur duo ſtopi per totum annum omnibus diebus, quibus convivia dantur, inter omnes miniſteriales clauſtri datur unus ſtopus de cellario Præpoſiti.

XXVI. Quod ad hæc autem, & quædam alia, Præpoſitus, ne fidem falleret, obſtrictus triplici juramento, quod ut cleri noſcamus mores & circumſpectam ipſius curam, non abs re erit, ſi addatur hic.

In nomine Dei Amen. Tenore præſentis publici inſtrumenti cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno à nativitate Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto indictione ſecunda, die vero vigeſima quarta menſis Aprilis, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri, Dn.

Gre-

Gregorii *divina providentia Papæ ejus nominis decimi tertii anno ſuo ſecundo Reverendus, Nobilis, ac Generoſus Dns* Anthonius *de* Hennin *à* Bouſſu, *Dominus temporalis de* Lambuyſſart *&c. Præpoſitus & Archidiaconus eccleſiæ metropolitanæ Trajectenſis, in mei Notarii publici teſtiumque infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter comparuit, ac nobis inibi exhibuit certum quendam actum per Reverendum ac Venerabiles Dominos Decanum & Capitulum prædictos eccleſiæ ipſi comparenti gratioſe conceſſum tenoris & formæ hic ſubſequentis:*

Anno XV^C. LXXII. *opten* XVIII. *dach van December ſo hebben myn Eerweerde Heeren van den Dom t'Utrecht aenmerckende die groote pericule van den jegenwoordigen tyt int reyſen gratieuſelycke gegoſt ende gunnen by deſen den E. Heere* Antonius *de* Bouſſu *Doemproeſt tot Utrecht, niet tegenſtaende ſyn E. ſelfs in perſoon albier t'Utrecht in die qualiteyt als Domproeſt die drie behoorlycke en gewoonlicke eden niet gedaen en heeft, gelyck ſynre Ed. gehouden was ende belooft hadde te doen, volgende ſeker Capitulaer acte daer van gepaſſeert den leſten September leſtleden, d'ſelfde nochtans ſal mogen doen, voor Notaris ende getuygen ter plaetſe daert hem gelieven ſal, ende d'ſelfde voirſz eeden met ſyn eygen hant ende ſegele beveſtigen. Ende geexhibeert ſynde hier van aen myn Eerwaerde Heren van den Capittle voerſz autenycke acte, oick inhoudende dit tegenwoordige conſent, ſal ſyn E. daer na gereeckent ende gereputeert worden in die vruchten ende ſtate van ſynre Domprooſtye, oft hy d'voirſz eeden perſoonlycken t'Utrecht gedaen ende gepreſteert hadde. Actum t'Utrecht in den jare ende ten daghe voorſz. My preſent ende onderteeckent,* Lamſweerde.

Eoque facto præſcriptus Reverendus Dns Anthonius *de* Hennin *à* Bouſſu *Præpoſitus & Archidiaconus antedicta eccleſiæ inſequentia dictum actum juramenta in eodem mentionata, & hic ut ſequitur de verbo ad verbum inſerta, prioribus dextræ manus digitis ſacroſanctis Evangeliis appoſitis, corporaliter proprio vivæ vocis organo coram ſubſcriptis teſtibus & me Notario ea ipſa juramenta recipiente, ſolemniter præſtitit ac juravit. Primo: Nos* Anthonius *de* Hennin *à* Bouſſu *Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Præpoſitus & Archidiaconus metropolitanæ eccleſiæ Trajectenſis Dominus temporalis de Lambuyſſart &c. per hæc ſancta Dei Evangelia, quæ manibus noſtris tangimus, juramus, quod jura eccleſiæ noſtræ metropolitanæ Trajectenſis & libertatem ipſius pro poſſe noſtro conſervabimus, honeſtas conſuetudines hactenus obſervatas obſerva-*

bimus, prebendas Canonicorum ipſis Canonicis & aliis Officiatis eccleſie, quibus tenebimur, quantum ad nos ſpectat certis temporibus ſine deminutione ſive protractione adminiſtrabimus. Vocatus ad Capitulum à Decano meo & Capitulo veniam, niſi prepeditus fuerim legitima prepeditione. Bona eccleſie noſtre nunc habita & in poſterum habenda non alienabimus, alienata pro poſſe noſtro recuperabimus, temporales juriſdictiones nemini in pactum concedemus, nec alienabimus ſine conſilio & conſenſu Decani & Capituli noſtri, nec ibidem ludicem eccleſie noſtre damnoſum ſtatuemus. Decanum & Capitulum & bona Capituli in jure ſuo pro poſſe noſtro conſervabimus. Vaſallos & miniſteriales liberos non dimittemus. Bona Prepoſiture de novo non infeudabimus, Munitiones in bonis Prepoſiture aut Capituli ſine conſenſu Capituli non edificabimus. Bona ad Capitulum ſpectantia nobis non uſurpabimus. Sic me Deus adjuvet & hec ſancta Dei Evangelia. Secundo: Nos Anthonius de Hennin *à* Bouſſu *Dei & Apoſtolice ſedis gratia Prepoſitus & Archidiaconus metropolitane eccleſie Trajectenſis, Dominus temporalis de Lambuyſſart &c. juramus, quod compoſitionem, quam quondam bone memorie Arnoldus de Hoirn inter quondam Zwederum de Uterlo tunc Prepoſitum & Archidiaconum dicte eccleſie Trajectenſis & Capitulum ipſius eccleſie fecit & ordinavit quoad omnes & ſingulas perpetuitatis clauſulas firmam & perpetuis temporibus illibatam ſervabimus, panem, cereviſiam, denarios menſurnales, & convivii ipſis dominis Decano & Capitulo pro ejuſdem eccleſie Trajectenſis quadraginta prebendis, ſi modo Canonici & perſone ipſius eccleſie preſentes fuerint, & omnes reſidentiam fecerint, videlicet pro ſingulis decem ſolidis unum florenum aureum de Florentia aut verum valorem ejuſdem plenarie & ſine quacunque ſubtractione vel diminutione miniſtrando, nec non taxationem panis & cereviſie vulgariter* Verding *appellatam juxta tenorem libri Camere & modum quondam Gisberti Cock predeceſſoris noſtri firmiter obſervando. Inſuper quod in dicta compoſitione continetur, quod omnia bona & emolumenta tam Prepoſiture quam Archidiaconatus Trajectenſis ſint Duis Decano & Capitulo eccleſie predicte pro ſervitio prebendatorum & Officiatorum ejuſdem eccleſie obligata, idcirco juravimus & juramus, quod quamdiu erimus Prepoſitus & Archidiaconus dicte eccleſie Trajectenſis deputabimus & ponemus unum Canonicum prebendatum Capitularem ipſius eccleſie, domum claustralem infra emunitatem eccleſie Trajectenſis habentem in Socium noſtrum ad percipiendum & levandum omnes fructus & redditus dicte Prepoſiture, & ad recipiendum cautiones pro eiſdem fructibus & red-*

& redditibus ad uſum & ſolutionem ſervitii, prabendatorum, & officiatorum prædictorum. Et quod etiam conſtituemus unum alium Canonicum Capitularem ejuſdem eccleſiæ, domum clauſtralem infra emunitatem prædictam habentem in Officialem noſtrum ad exercendam jurisdictionem eccleſiaſticam & ad percipiendum & colligendum omnia & ſingula emolumenta hujuſmodi jurisdictionis eccleſiaſtica in Archidiaconatu prædicto ad uſum ſupradictum. Salvo quod prafati noſtri Socius & Officialis poſtquam prabendatis & Officiatis prædictis de eorum ſervitio fuerit integraliter ſatisfactum nobis de reliquo reddent computum legalem & rationem. Tertio: modo præmiſſo juramus certam compilationem per modum cujuſdam informationis, declarationis pariter, & decreti per Decanum & Capitulum prædictos ſub data anni CIↃ. IↃ. *quadrageſimi quinti die Martis* XXVII. *Januarii factam & Capitulariter concluſam ac omnia & ſingula in eadem comprehenſa pariter & contenta inconcuſſe obſervaturum, cum ea adjectione, quod nos nullo unquam tempore ab hujuſmodi præſtito juramento abſolutionem per nos vel alium impetrabimus aut impetrari faciemus. Et eadem impetrata vel impetranda, etiamſi motu proprio nobis conceſſa fuerit non utemur, renuncianda in præmiſſis omnibus & ſingulis tam juris civilis quam Canonici quam facti exceptionibus nobis quomodolibet competentibus. Quibus quidem juramentis ſolemniter, uti præmittitur, coram me Notario publico & teſtibus præſtitis & à me receptis prælibatus Reverendus Dns* Anthonius *de* Hennin *à* Bouſſu *Præpoſitus & Archidiaconus antefatæ eccleſiæ metropolitanæ Trajectenſis petiit à me Notario infraſcripto confici & in meliori forma ſibi tradi unum vel plura publicum ſeu publica inſtrumentum & inſtrumenta. Et in fidem, robur, & teſtimonium præmiſſorum memorata tria juramenta hoc præſenti publico inſtrumento verbotenus prout ſua Reverenda & Illuſtris Dominatio præſtitit ante inſerta manu ſua propria primitus ſubſcripſit, ac ſigillo proprio communivit, & corroboravit. Acta ſunt hæc Bruxellæ Machlinienſis diœceſis in domo habitationis Spectabilis & Circumſpecti viri Dni ac Magiſtri* Theoderici Lieſvelt *V. I. Licentiati, Dni temporalis de Baeſrode S. Amandi, & cauſarum Conſilii Regiæ Catholicæ Majeſtatis in Ducatu ſuo Brabantiæ Advocati, anno, indictione, die, menſe, & Pontificatu primo præſcriptis, Præſentibus ibidem providis & discretis viris, Magiſtro* Francisco Schot *V. I. Licentiato &* Henrico Abſoloens, *teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et erat majuſculis literis ſubſcriptum:* Anthonie de Bouſſu. *Et ſic inferius*

habebatur: Et ego Franciſcus *le* Febure *clericus Cameracenſis diœceſis, civis Bruxellenſis, publicus ſacris Apoſtolica & Imperiali authoritatibus Notarius per Conſilium Regiæ Catholicæ Majeſtatis in Ducatu ſuo Brabantiæ admiſſus, in oppido Bruxellenſi reſidens, quia præſcriptis exhibitioni, juramentorum præſtationi, & receptioni, ſubſcriptioni, cæteriſque præmiſſis dum ſic ut præfertur per præfatum Reverendum & Illuſtrem Dominum* Anthonium *de* Hennin *à* Boufſu *Dominum temporalem de Lambuiſſart &c. Præpoſitum & Archidiaconum metropolitanæ eccleſiæ Trajectenſis meque Notarium publicum reſpective fierent & agerentur, una cum prænominatis teſtibus præſens & perſonaliter interfui, eaque ſic fieri vidi, ſcivi, & audivi, & partem ipſemet feci, idcirco hoc præſens publicum inſtrumentum, alterius manu fideliter ſcriptum deſuper in hanc publicam formam redegi, ſignoque majore, ac nomine, & cognomine meis conſuetis una cum ejuſdem Reverendi & Illuſtris Dni Præpoſiti & Archidiaconi antedictæ metropolitanæ eccleſiæ Trajectenſis ſubſcriptione ſive ſignatura & ſigilli proprii appenſione ſignavi & ſubſcripſi in fidem, robur, & evidentius teſtimonium eorundem præmiſſorum rogatus pariter & requiſitus. Et in ſigno ibidem deſcripto, ſive uti videbatur ſubimpreſſo, in parte ſuperiori inter duas claves habebatur.* Rara ubique fides. *Et in inferiori parte ejuſdem ſigni,* F. Febure Nots ſcripſit.

XXVIII. Præclara hinc de Præpoſito & opum ejus affluentia olim vulgi opinio. Memorabilis etiam in eccleſiam Suederi Uterloe Præpoſiti liberalitas literis tradita à Notario, & non indigna, quæ legatur hic:

In nomine Dni Amen. Anno nativitatis ejuſdem CIↃ. CCC. *ſeptuageſimo quinto indictione tredecima menſis Septembris die decima nona, hora quaſi tertia, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri Dni Gregorii divina providentia Papæ undecimi anno quinto in mei Notarii publici & teſtium infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus Reverendus vir ac dominus Dns* Suederus Uterloe *Præpoſitus & Archidiaconus Trajectenſis non vi, dolo, vel metu ad hoc inductus, ſed ex certa ſcientia & voluntate ſpontanea, animoque deliberato attendens affectum ſpecialem quem habet & habere conſuevit ad venerabilem matrem ſuam eccleſiam Trajectenſem ad honorem Dei omnipotentis & beati Martini ejuſdem eccleſiæ patroni donavit & tradidit, dedit, & conceſſit donatione ſimplici, quæ ſit inter vivos, præfatæ eccleſiæ Trajectenſi bona infraſcripta, inprimis*

unum

unum jocale pulchrum ſeu clenogium argenteum deauratum habens in ſua circumferentia quaſdam columnas ſeu pilernas & deſupra capſulam quandam, argenteas deauratas, in quo quidem dicto clenogio ſeu jocali etiam exiſtit criſtallum pro venerabili ſacramento corporis Chriſti deferendo, quale vero jocale ſeu clenogium præfatum alioquin ſtare conſuevit in Capella habitationis dicti Dni Præpoſiti, quæ eſt infra emunitatem eccleſiæ ſancti Iohannis Trajectenſis ſituata. Item tres pelves magnas argenteas ad illum finem, ut in eiſdem ipſorum dominorum Canonicorum, Choriſociorum, & aliorum clericorum de gremio dictæ eccleſiæ Trajectenſis exiſtentium pedes lavarentur in cœna Domini, quum officium ad hoc deputatum tunc celebrari contingat. Item quaſdam maſſas ſeu laminas argenti circa quatuordecim marcas, ut dictus Dns Præpoſitus aſſeruit, ponderantes, ut ex dictis maſſis argenti fierent tres amphoræ argenteæ, ex quibus ſingulis annis in Cœna Dni miniſtrari poſſit aqua pro lotione pedum dictorum Dnorum & clericorum facienda, & inſuper clenogium, maſſas, pelves argenteas, omnes & ſingulas ſupraſcriptas dictus Dns Præpoſitus & Archidiaconus ſuis manibus propriis venerabili viro ac domino Dno Lubberto Bol *Decano eccleſiæ Trajectenſis donavit, tradidit, tranſtulit realiter, & conceſſit ad uſum dictæ eccleſiæ Trajectenſis in ſignum & tranſlationem dominii acquirendi ipſi præfatæ eccleſiæ Trajectenſi, retento tamen dicto Dno Præpoſito in clenogio, pelvibus, maſſis argenteis, vel amphoris ex eiſdem fiendis, præmiſſis omnibus & ſingulis uſufructu. Super quibus omnibus antedictis præfati Dni Præpoſitus & Decanus à me Notario infraſcripto ſibi fieri petierunt publicum inſtrumentum. Acta ſunt hæc Trajecti in domo habitationis præfatæ dicti Dni Præpoſiti & Archidiaconi Trajectenſis, anno, indictione. menſe, die, hora, & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus ibidem diſcretis viris Dno* Arnoldo *van den* Campe *perpetuo Vicario in eccleſia ſancti Salvatoris Trajectenſis, &* Hyone *de* Blomerweerde *laico diœceſis Trajectenſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego* Wilhelmus Zuermont *clericus Trajectenſis diœceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius* &c.

XXIX. Quamvis autem Præpoſiti auctoritas olim ſumma, poſtquam tamen ſeparatio bonorum ipſius facta eſt à bonis Capituli, & juſſus ſuis contentus eſſe, Decani aucta eſt poteſtas. Et is Rector tum collegii, Præſes Ordinnum in Comitiis, indicebat Comitia, de quibus deliberandum Conſeſſui proponebat, perrogabat ſententias, & rurſum ubi viſum diſſolvebat conſeſſum. Quod repugnante etiam epiſcopo

In nomine Domini Amen. Ego Iohannes *dictus* Halfpape *Canonicus eccleſiæ ſanctæ Salvatoris univerſis præſentia viſuris. Notum eſſe cupio, quod ego conſiderans fragilitatem humanæ conditionis, & metuens diem extremum mihi imminere dominum* Stephanum *Decanum majoris*, Henricum *dictum de* Bochout, *ſancti Petri*, & Iohannem *dictum* Visker *ſancti Salvatoris prædictæ Canonicos eccleſiarum Trajectenſium, nec non* Theodoricum *presbyterum, Capellanum imperii, in eccleſia majori prædicta, meos eligo & conſtituo manuſidales, ut ſi me mori contingat ipſi de rebus meis ſecundum mandatum eis injunctum ordinent, & diſponant. Inprimis teſtamentum meum ſeu ultimam voluntatem ordino & facio in hunc modum, quod domus mea chauſtratis, quam inhabito, vendatur ſecundum domus ipſius valorem, ut quod de pretio ejuſdem domus, nec non de fructibus & proventibus anni gratiæ præbendæ meæ, deductis ante omnia meis exequiis, redditus comparentur, de quibus redditibus lego eccleſiæ meæ prædictæ* XX. *ſolidorum redditus monetæ uſualis in anniverſario meo, in vigiliis & miſſis animarum, ita videlicet, quod poſt miſſas animarum & vigilias ſepulchrum meum viſitetur cum orationibus conſuetis, inter præſentes in choro diſtribuendos, prout præſentiæ in eccleſia dividi conſueverunt. Item lego* Wendelmodi *nepti meæ redditus duarum librarum ſingulis annis habendos pro memoria mea in perpetuum faciendæ, & presbytero Capellæ ſanctæ Crucis ſimiliter redditus quinque ſolidorum per presbyterum meum, qui pro tempore celebraverit ad altare meum, quod ædificari feci in cripta eccleſiæ meæ prædictæ, Camerario ipſius eccleſiæ, qui pro tempore fuerit, & ſacerdotibus prædictis in anniverſario meo dandos & exhibendos, qui ſimiliter dictæ* Wendelmodi *nepti meæ de ſuis redditibus reſpondebit. De reſiduis vero redditibus committo manuſidelibus meis, ut ipſi providcant presbytero meo prædicto ad dictum*

alta-

altare meum celebranti de competenti & honesta sustentatione, ut commode possit ibidem domino Deo cotidie famulari. Cujus altaris collationem committo Decano ecclesiæ meæ prædictæ, & duobus Canonicis senioribus, qui pro tempore fuerint, ita videlicet, quod dictum altare conferatur sacerdoti in ordine existenti, & idem sacerdos ex hoc ad præsentiam omnium horarum in choro sit astrictus, reservata tamen prima vice manusidelibus seu executoribus testamenti mei prædictis collatione altaris supradicti. Volo etiam quod prædicta Wendelmode *nepte mea mortua redditus dictarum librarum ad altare meum revolvantur &c.*

X. De Capellano *imperii* siquis quærat, quinam sit, sciat quod Ultrajecti etiam Cæsar Canonicus. Præbenda, quæ ei data, *præbenda Imperialis*, duobus vicissim ex Collegio ab eo data, obstrictis hac accepta, pro salute ipsius & imperii Deum jugiter exorare. Et hi qui *Præbendarii* & *Capellani imperii*. Unde & titulus in Statutis majoris ecclesiæ: *De officio præbendariorum imperii.* Et in Statutis S. Petri: *De collatione præbendæ imperialis.* Pluribus autem missis in eadem fundatis ara, pluribus etiam in eadem, sed diversis tamen horis, dicendi eas jus. Exemplum habet ara, quæ in crypta minori. Fundatio in ea missæ.

In Dei nomine Amen. Ego Lambertus *Canonicus sancti Salvatoris & Officialis Curiæ Trajectensis notum facio universis præsentes literas inspecturis, quod ego pro remedio animæ meæ & omnium benefactorium ecclesiæ meæ S. Salvatoris prædictæ, eidem ecclesiæ S. Salvatoris redditus annuos duodecim librarum Trajectensium sanus & compos mentis meæ duxi liberaliter conferendos, assignans septem libras & dimidiam recipiendas in quibusdam bonis ad me jure proprietario pertinentibus, sitis in parochia de* Vloten. *Reliquas vero quatuor libras & dimidiam volo quod viri venerabiles Dn.* Æmilius *Decanus majoris ecclesiæ Trajectensis, &* Iohannes *Præpositus ecclesiæ Tielensis,* Nicolaus *dictus* Calander *meus Concanonicus dictæ ecclesiæ, &* Gerardus *de* Cadesande *civis Trajectensis, quos meos manusideles ordino & constituo, emant de bonis certis & competentibus redditibus de fructibus præbendæ meæ sancti Salvatoris prædictæ, quos eis assignavi, ex nunc in antea usque ad annum integrum percipiendos, ita quod siquid in fructibus prædictis defuerit, ipsi de aliis bonis meis debeant adimplere. De quibus* XII. *libris volo quod octo libræ cedant ad majus altare in ecclesia sancti Salvatoris prædicta, ita quod prædictus Nicolaus* Kalander *presbyter ipsas percipiat, & deserviat celebrando cotidie missam in mane ante pulsationem sanctæ Crucis specialem, ante altare majus, in choro ecclesiæ supradictæ, donec in perceptione præbendæ suæ*

in dicta eccleſia fuerit plenaria & quieta. Extunc autem volo, quod eidem octo libræ aſſignentur alicui presbytero, qui eas deſerviat celebrando cotidie miſſam ad dictum altare majus in choro modo prædicto, dummodo Capitulum eccleſiæ prædictæ conſentiat, ipſos autem redditus aſſigno ad altare criptæ minoris, ut aliquis ſacerdos eos recipiat & deſerviat celebrando cotidie miſſam in dicta cripta modo quo ſuperius eſt expreſſum, & nihilominus chorum frequentet, & in eo deſerviat loco Vicarii ſub obedientia Decani ipſius eccleſiæ, prout alii Vicarii conſueverunt. Reliquæ quatuor libræ volo quod dentur ad feſtum meum, quamdiu vixero, præſentibus in choro. Sed poſt obitum meum volo quod dentur duæ libræ exinde ad feſtum meum prædictum, & reliquæ duæ ad memoriam meam in choro præſentibus tribuantur. In quorum omnium teſtimonium ſigillum meum una cum ſigillis venerabilis viri Dn. Æmilii *Decani Trajectenſis prænominati, ac eccleſiæ meæ ſupradictæ, quæ apponi rogavi, duxi præſentibus apponendum. Actum & datum anno domini* CIↃ. CC. *ſexageſimo ſeptimo in craſtino inquiſitionis ſanctæ crucis.*

XI. Ut in æde autem ſic in criptis fidelium ſepulturæ. Et in his eſt, quod ſepultus S. Rixfridus epiſcopus Trajectenſis, & de genere ejus plures, quos carmen hoc complectitur, quod in ea olim viſum:

Mole ſub hac lapidis nativo pulvere pulvis,
Qui jacet hic torpens, fulſit in orbe potens,
Nomine Ricfridus hoc nomine Dodo vocatus
Nam Comes eximius extitit atque pius.
Foverat hic gentem Chriſto ſub pace fidelem,
Paganos ſtravit, hinc & eos pepulit.
Namque loci iſtius manſit defenſor amandus,
Germine de cujus crevit & ipſe locus.
Is fuerat ſtirpis radix præclara decoræ,
Præſul Baldricus unde fuit genitus.
Monſtrat & iſta domus qualis fuit ille patronus,
Præſes Rodolphus duxit & inde genus.
Rector Erimfridus pariterque Comes Nevelungas,
Hic modo qui pauſat, his pater extiterat.
Corpus Herinſindæ quorum matris generoſæ
Confovet hoc antrum huic ſimul appoſitum.
Amborum buſto cineres clauduntur in uno,
Quos junxit Dominus non ſeparet tumulus.

Hunc

Hunc tulit October, vocat hunc ex carne November,
Nempe ſub undenis hominem exuit ille Kalendis,
Idibus octonis ſidus & ille ſubit.
Hunc violare locum pietas vetat ipſa bonorum,
Quo pariter maneat, qui cinis hic latitat.
Qui tumulum relegis Lector miſerando ſepultis,
His Chriſte optatam die age da veniam.
Hic age ſiſte gradum recitens epigramma . . . . . :
Quod videas titulo qui jacet in tumulo:
Hic pariter fratrum clauduntur membra duorum.

Cryptæ loca erant ſubterranea indices templi vetuſtatis. Nam quæ ab annis ducentis & citra eccleſiæ ſunt conditæ, plerumque & ſemper fere iis carent. Sacræ veterum devotioni, qui vigiles totam noctem Deum ibi orare ſoliti. Sed poſtquam ſcandala hinc exorta, poſtquam vertit res in abuſum, quod olim recte inſtitutum in deſuetudinem paulatim abiit. Libellus eo pertinet, viſus olim circumferri, & hujuſmodi habens titulum: *Een ſuyverlyck gebedt tot onſer lievер Vrouwen, dat welcke t'Oudemunſter in die crocht hanget.* Coloniæ pulcherrima eſt apud S. Gereonem geminas habens porticus, quorum alter eſt marmoreis columnis nigris inſignis. Habuit etiam Ultrajecti eccleſia S. Petri, ſed quæ mutata, ut opinor, jam in cellam vinariam.

XII. Quod autem ad ſcandala non mirum, quod in criptis, in eccleſiis etiam paſſim. Eccleſiæ etiam, & cœmeteria, latibula meretricum. Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1403. *Voort gebiet den Raet den lichten wiven, dat ſi s'avonts ende s'nachts niet en gaen op enige kerchoven binnen der Stadt, ende onreynicheyt daer driven, ende dedet ymant daerenboven &c.* Habuit S. Salvatoris, ſicut ceteræ, etiam ſcholas, *ſcholares* item & *ſcholaſticum*, qui ſcholarum habebat curam. Scholates operam dabant literis & ſtudiis humanitatis, inprimis cantui, Muſicæ, ad hoc ut poſſent progreſſu temporis ſervire etiam choro. Quod cum eſſet obſervatum à Caroli Magni jam ætate tandem, ut fit vulgo, in deterius res vertit. Scholares enim abuſi non inutili inſtituto quum ſaltationibus, choreis, & laſciviæ ſe dediſſent, in ipſa etiam eccleſia nefaria perpetrantes, edicto ſunt à Capitulo ab incepto prohibiti, Rectori pœnis propoſitis, ſi ejuſmodi quid in poſterum conſcio eo fuiſſet factum. Quod quum faciat ad mores, æquum ut addatur hic. Sic in libro Catenato, quem eccleſia adhuc ſervat.

Anno Domini CIↃ. CCC. *nonageſimo nono menſis Januarii die ſeptima Decanus & Capitulum eccleſiæ S. Salvatoris Trajectenſis propter*

hoc ſpecialiter & Capitulariter congregati inter ſe concorditer ſtatuerunt & ordinaverunt in ævum. Quod de cetero Rector ſcolarum ac ſcolares & maxime chorales in eadem eccleſia choreas ducere vel facere non debeant, nec præſumant, ne per ludibria hujuſmodi eccleſia deturpetur, honeſtas & loca ſacra, beatorumque martyrum ſepulchra ipſorum pretioſo ſanguine rubricata fœdarum perſonarum calcibus inquinentur. Si Rector ſcolarum vel quisquam choralium contra hoc ſalubre ſtatutum facere præſumpſerit, Rector ipſe vel Chorales dicti ſtatuti transgreſſores ſcolarum regimine & choralatus ſervitiis, quibus per hoc ſe reddiderunt indignos, eo ipſo ſint & noverint perpetuo ſe privatos. Adjecerunt inſuper ſtatuendo, quod chorales ad contribuendum vel ſolvendum quamcunque collectam vel aliud ſubſidium pecuniarium, quocunque nomine cenſeatur, etiam quocunque quæſito colore ad ludum, ſeu pro ludo epiſcopi puerorum aut ſcolarium, vel pro mimis vel equis conducendis, aut aliis expenſis faciendis, per Rectorem ſcholarum pro tempore vel alium, mandante vel conſentiente eo, tacite vel expreſſe ſub pœna amiſſionis regiminis ſcolarum & Rectoriæ ſuæ directe vel indirecte nullatenus arcentur vel compellantur inviti. Quam pœnam voluerunt ipſum Rectorem in hoc inventum culpabilem incurrere ipſo facto. Beatus Auguſtinus de choreis dicit: Melius eſt Dominicis diebus arare vel fodere quam choreas ducere. Et idem: Omnis petulantiæ motus ſaltus eſt in profundum cloacæ divinum honorem laſciviæ & vanitati impendere. Unde Bernardus loquens de choreis, quæ fiunt coram crucifixo, ſic inquit: Sub ſpinato capite non debet corpus luxuriari. Tu habes ſertum in capite, & ego coronam ſpineam. Tu chirotbecas in manibus & ego clavos defixos. Tu in albis veſtibus tripudias, & ego pro te deriſus ab Herode remiſſus ſum ab Pilatum in veſte alba. Tu tripudias cum pedibus & ego pro te pedibus laboravi. Ego pro te habui brachia extenſa in cruce, & tu in choreis brachia extendis in modum crucis michi in opprobrium. Ego in cruce dolui, & tu in cruce exultas. Tu habes latus apparatum & pectus in ſignum inanis gloriæ & licentiæ, & ego latus foſſum pro te habui.

XIII. Utriuſque etiam cryptæ mentio in decreto Capituli, quo miſſis ordo præſcriptus, & Vicariis dicta hora, qua quiſque debeat celebrare & officio ſuo fungi. Ex qua cum ſtatus eccleſiæ, & quæ in ea olim aræ, innoteſcat non parum, non abs re erit, ſi addatur hic.

In nomine Domini Amen. Egidius Decanus totumque Capitulum eccleſiæ S. Salvatoris Trajectenſis habito ſuper hoc ſano & deliberato conſilio ad evitandam omnem diſcordiam, quæ ex hoc oriri poſſet, inter Vicarios presbyteros ejuſdem eccleſiæ præſentes & futuros, & eo magis ma-

teria

teria vagandi extra chorum amputetur & ceſſet in poſterum, ſtatuimus & decernimus unanimiter hanc ordinationem in miſſis dicendis perpetuo à Vicariis noſtris presbyteris præſentibus & futuris inviolabiliter fore obſervandam in hunc modum. Primo quod Vicarius minoris criptæ, qui pro tempore fuerit, celebrabit miſſam ſuam, cujus miſſæ offertorio dicto jam incipiet miſſam ſuam Vicarius majoris criptæ. Hoc offertorio dicto immediate incipiet miſſam ſuam Vicarius altaris ſancti Andreæ. Quo offertorio dicto indilate incipiet miſſam ſuam Vicarius altaris ſancti Iohannis Evangeliſtæ. Similiter dicto ſuo offertorio incipiet, ut prædictum eſt, Vicarius altaris S. Nicholai miſſam ſuam ſupra in eccleſia, & ſic deinceps ſub forma & modo præmiſſis incipiet Vicarius altaris S. Petri. Poſt Vicarium S. Petri prædicto modo incipiet Vicarius altaris ſanctæ Crucis. Poſt Vicarium ſanctæ Crucis incipiet Vicarius ſancti Bartholomei. Poſt eum incipiet Vicarius altaris decem millium martyrum. Poſt Vicarium decem millium martyrum incipiet Vicarius beatæ Mariæ in nova Capella. Poſt eum Vicarius S. Barbaræ in eadem Capella celebrabit. Poſt Vicarium S. Barbaræ celebrabit, & hoc ultimo, alius Vicarius S. Mariæ in eadem nova Capella, & hoc ſemper ſub modo & forma prænotatis, & ultima miſſa finita ſemper erit infra tertiam. Et ſiquis Vicariorum prædictorum præſentium vel futurorum horam ſuam, ut prædictum eſt neglexerit, ceſſabit à celebratione miſſæ ſuæ, donec omnes miſſæ celebratæ fuerint & completæ. Poſtea vero ſicut placuerit ex devotione vel ex alia juſta cauſa poterit celebrare. Vicarii autem presbyteri Capellæ ſanctæ Crucis celebrent miſſas ſuas, quando voluerint, dummodi miſſæ eorum ante ſummam miſſam in eccleſia noſtra ſint completæ. Cui miſſæ majori tenentur intereſſe. Et ut hæc ordinatio præmiſſa fideliter & inconcuſſe cuſtodiatur & ſervetur, nos Decanus prædictus præcipimus per præſentes in virtute ſanctæ obedientiæ præſentibus & futuris Vicariis eccleſiæ noſtræ prædictæ fideliter prædictam ordinationem noſtram in dicendis miſſis cuſtodire & ſervare. Et ſciendum eſt quod Vicarius minoris criptæ celebrabit miſſam ſuam tempore hyemali in aurora diei, tempore vero æſtivali in ortu ſolis. Item ſtatuimus & præcipimus eiſdem Vicariis eccleſiæ noſtræ præſentibus & futuris, ut tempore dedicationum altarium ſuorum omnes miſſæ ſuæ ſint finitæ & completæ ante ſummam miſſam chori ſub pœna obedientiæ antedicta. Siquis vero quod abſit in aliquo præmiſſorum rebellis fuerit, tunc Decanus & Capitulum contra talem rebellem tanquam inobedientem procedent, ut tenentur bona fide. Item ſtatuimus ſub virtute ſanctæ obedientiæ, ut nullus Vicarius eccleſiæ noſtræ præſens vel futurus terram ſive dotem ſui altaris locabit inconſulto Decano ſuo, vel ſine Camerario eccleſiæ noſtræ.

ſtræ. Siquis vero transgreſſor hujus ſtatuti fuerit, Decanus & Capitulum contra eum concorditer tanquam contra inobedientem procedent, ut præmiſſum eſt. Datum anno Domini M. CCC. XXVI. *feria tertia poſt Dominicam, qua cantatur Reminiſtere.*

XIV. Cæterum hujus etiam collegii ut & ejus Præpoſiti auctoritas olim ſumma. Etiam huic clientelæ, Pares Curiæ, tribunal, præterquam quod Præfecturam hanc multum illuſtraverint duo inſignes Præpoſiti, quorum alter avunculum agnovit Papam Gregorium XI. Ademarus ſcilicet de Rupe, cujus infra meminit Necrologium ad VI. Non. Aug. alter & Præpoſitus & Papa fuit ſimul, Adrianus ſcilicet Papa VI. etiam poſtquam jam Papa non dedignatus ſe ſcribere adhuc eccleſiæ ejus Præpoſitum, ut in charta Ann. 1522. *Adriaen des heyligen Stoels van Romen Paus die ſeſte, ende Prooſt t'Oudemunſter t'Utrecht, maken cont allen luyden, dat voor den Weerdigen Heer Mr. Geryt van Zuggeroy Canonick ende Theſaurier t'Oudemunſter voorſz. onſen Officiael ende Vicaris als onſen Stadthonder in allen ſaken van onſer Prooſtyen leengoeden, ende voor onſen Leenmannen hier na beſchreven gecomen is Ian van Rode Arents ſone, ende droech ons op, ende gaf ons over uyt ſynen vryen moetwille &c. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. IↃ. XXII. *den* 10. *dach van Decemb.* Utrumque etiam collegium magni nominis apud omnes. Utrique prædia, facultates, & opes aliis invidendæ. Imo etiam metuendæ. Nam & bellum utrique ab his, qui querebantur ſibi factam injuriam, indictum formula, quæ continetur ipſorum literis hujuſmodi.

Wiſt ghy Capittel ten Dom, ind Deken, ind Capittel tot Oudemunſter t'Utrecht, dat wi Iohan Coopman, ind Henric van Doorne, om des kenlics onrechts wille, dat ghi doet, ind keert, aen den Edelen Vermogenden Joncker Iohanne, Heere te Weſemale, ind te Falis, Erfmaerſchalck van Brabant, Heere te Boechout, ind te Loenhout, willen wir uyr viant ſyn, ind willen alle onſe vrunden ind magen, die wir op uren ſonden mogen brengen, brengen, ind willen des onſe eir ind de hoir tegen ner verwaert hebben. Ind alwairt dat wir des niet en deden, dat wir uyr vyant worden, ſo waer onſe eir nochtans verwaert, want wir Biſſcop Vrederick, ind der van Utrecht, ind heuren onderſaten viant ſyn. In oerconde Ians van Boechout, ſegel binnen in deſen brief gedruct by gebreecke van den onſen. Gegheven op den leſten dach van Sept. int jaer CIↃ. CCCC. *ind twintich.*

Wiſt ghy Capittel ten Doem, ind Deken, ind Capittel t'Oudemunſter t'Utrecht, dat wy Iohan Heere to Weſemael ind te Falis, Erf-

Erfmaerſchalck van Brabant &c. umb des grooten onrechts wille, dat ghi aen ons keert, ind na onſe eir, erve, ind guet ſtaet, willen ſloten, huyſen, ind hoven alle die u viant ſyn, of op u ſchaden connen moghen, ende willen des onſe eir tegen u verwaert hebben. In oerconde ons ſegels binnen in deſen brief gedruct. Gegheven op den anderen dach van Septemb. int jaer CIↃ. CCCC. *ende twintich.*

XV. Utrique in urbe territorium. Utrique jurisdictio, & eccleſiaſtica & ſecularis. *Montade* item & emunitas. Aliud autem territorium, aliud *Montade.* Montade paſſus in circuitu continebat triginta. Sed majus tum territorium, quod Collegiis Ultrajecti. Prætori nullum in his jus. Conjiciendos in carcerem ubique in urbe prehendendi jus, excepto quod in his non, quæ Capituli pleno jure. Et is cleri olim favor. Ludovici Balbi conſtitutio quæ eſt apud Goldaſtum *to.* 1. *conſtit. imp. p.* 207. *Sacrilegium committitur, ſiquis infregerit eccleſiam, vel triginta eccleſiaſticos paſſus, qui in circuitu eccleſiæ fuerint, vel domos, quæ intra prædictos paſſus fuerint, aliquid inde diripiendo vel auferendo &c.* Sed audiamus Antiſtitem, qui rem clarius eloquetur. De majori eccleſia: *Nos Iohannes Dei gratia epiſcopus Trajectenſis univerſis tam poſteris quam præſentibus ad perpetuam rei memoriam cupimus fore notum, quod nos inquiſitione per nos ſuper hoc præhabita diligenti comperimus jurisdictiones cotidianas temporales certorum locorum in civitate & diœceſi noſtra Trajectenſibus, quas nunc dilecti nobis in Chriſto Præpoſitus, Decanus, & Capitulum eccleſiæ noſtræ Trajectenſis habent & poſſident, ita cum omnibus ſuis pertinentiis ad eoſdem & eccleſiam noſtram prædictam plene & libere pertinere, ſicut alii nobiles, miniſteriales, & vaſalli noſtri hujuſmodi jurisdictiones ſimiles in noſtris civitate & diœceſi poſſidere, & eaſdem de conſuetudine exercere noſcuntur. Unde ex certa ſcientia omnibus & ſingulis Marſcalcis, Sculetis, & Officiatis noſtris tenore præſentium committimus & mandamus, quatenus dictis dominis dictas ſuas jurisdictiones ſic liberas dimittant, ne in eiſdem vice noſtra de his, quæ ad hujuſmodi cotidianas jurisdictiones de conſuetudine pertinent, ſibi quidquam audeant uſurpare, mero imperio, quod vulgariter dicitur hoochgerichte, nobis & ſucceſſoribus noſtris ſemper ſalvo. Harum noſtrarum teſtimonio literarum. Datum Trajecti anno Domini* CIↃ. CCC. *triceſimo, Sabbato poſt octavas Paſchæ.* De S. Salvatoris: *Wi Iohan bi der genaden Gods Biſcop t'Utrecht maken condt allen den ghenen, die deſen brief ſullen ſien oft hooren leſen, dat wi bekent hebben ende bekennen den Deken en ten Capittel van Oude-*

manſter t'Utrecht, hoer daghelix gerecht in enſer Stat van Utrecht te voeren, alſo vry ende in alſulcken manieren, alſe Ridders ende Knapen voeren in enſen lande, die daghelicx gerechte hebben, ſonder alrehande archeyt. Voert verbieden wy enſen Scout ende enſen Richter van Utrecht, das hy niet aen en taſte des Dekens en des Capittels gerecht voorſz. In oerconde des briefs beſegelt mit enſen ſegel. Gegheven int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. *en dertich op Palmdach.*

XVI. In S. Salvatoris cum & alia olim viſa, tum & baculus Paſtoralis argenteus deauratus, mitra item argentea, ſeu pileus epiſcopalis, quæ & *inſula* paſſim, quibus uſus Antiſtes mittendus in poſſeſſionem. Fieri fecerat utrumque, & in eum quidem uſum, Ioannes ab Arckel. Io. à Leidis 30. *hiſt. cap.* 8. Mitra diu ſuperfuit. Ut dixi, Galli aſportarunt cum diœceſi potirentur Ann. 1673. Habuit S. Salvatoris, ſicut cetera collegia, ſuum etiam Necrologium, ex quo & veteres familias, quæ in urbe olim, diſcas, & quod Canonici, ut electi pars, diviſi etiam in ſacerdotes, diaconos, ſubdiaconos &c. ut infra IV. Idus Septemb. *Memoria Mathei Decani noſtri presbyteri.* VI. Kal. Decembr. *Memoria Florentii presbyteri, Prepoſiti majoris, Canonici noſtri.* IV. Non. Febr. *Memoria Iohannis Vrenck Canonici noſtri ſacerdotis.* IV. Kal. Decembr. *Memoria Arnoldi Pot, Subdiaconi Canonici noſtri.* II. Idus Decemb. *Memoria Iohannis Pot ſubdiaconi Canonici.* Diaconi paſſim Levitæ, ut ad IV. Non. Novembr. *Obiit magiſter Reynerus, dictus Kalander, Levita, Canonicus beatæ Mariæ.* Non. Novembr. *Memoria Ioannis Viſker Decani Levitæ.* Sed non hoc tantum notandum, ſed quod ipſi etiam, ut ſacerdotes, miſſam dixerint, celebraverint, contra Schoockium, qui id negat, ſed negat admodum imperite *lib.* 2. *de bon. eccleſiaſt. ſect.* 2. *cap.* 2. Infra ad 2. Kal. Novembr. *Item dominis & ſociis miſſam celebrantibus, prout in parvo Ordinario &c.* Quod preces fuderint ſolenni ritu pro collegis non tantum, ſed pro omnibus, qui olim in eccleſiam beneficî, & maſculis & fœminis, ut II. Idus Febr. *Obiit Gotſchalcus de Hamme miles, qui dedit nobis manſum in Tekencoep.* XV. Kal. Mart. *Obiit Hermannus Onde Ridder, qui dedit nobis aream apud Damaſch &c.* Ibid. IX. Kal. *Obiit Arnoldus dictus Snoy miles, pater Theoderici Snoy, pro quo dantur hic* X. *ſol. dividendi, ut ſupra Kal. Januar.* Add. IV. *Kal. Decemb.* IX. *&* VI. *Kal. Jul. &* III. *Kal. Jan.* Quod id fecerint non quotannis tantum die obitus recurrente, qui anniverſarius hic paſſim, ſed cujuſque etiam menſis eodem prorſus die, qui dies hic *menſurnalis*, ut IX Kal. Novembr. *memoria menſurnalis Iacobi de Outshoorne*

electi

electi & confirmati in episcopum Trajectensem. Ut verbi gratia obiit quis Non. Januar. non eo tantum die, sed & Non. Febr. Mart. & sic deinceps, pro eo sacra olim facta, modo id expresse etiam injunctum sic testamento, & destinata ad id pecunia. Nam gratis nihil factum, & nec preces gratuitæ, ut passim toto hoc Necrologio. Vid. exempli tantum causa 3. & 4. *Non. Januar. Februar.* & sic deinceps. Imo si sic cautum quo orarent ardentius, etiam epulis tum refecti, ut ad IV. *Non. Jul. Item eisdem sociis quinquaginta solidi pro refectione ipso die anniversario facienda, sub tali forma; ante refectionem dicent psalmum, Miserere mei Deus, & post refectionem psalmum, De profundis, cum versiculo & collecta consuetis.* Fundebant preces non tantum inter sacra ad altare, sed ad sepulchrum etiam defuncti, quod sepulchrum visitare, seu *beganghenisse doen.* Etiam dum fiebant hæc pulsabatur campana. Locus autem sepulchri, cereis interim ad id positis, nigro panno obtectus. Ibid. *& visitabitur ejus sepulchrum cum orationibus debitis & consuetis, & dabunt Custodi X. denarios pro compulsationibus faciendis.* Add. 4. Non. Febr. Ad ethnicorum exemplum. Nam & Græci quotannis sepulchra cohonestabant ἐσθήμασί τε καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις, *vestimentis, aliisque afferri ad ea solitis, ut & fructuum primitiis*, ut est apud Thucydid. *lib.* 3. *hist. p.* (mihi) 212. Imo & Brasidæ cæso Lacedæmoniorum Duci fecerunt annua sacrificia ἐπετείας θυσίας, ut est apud eund. *lib.* 7. *hist. p.* 351. Cerei autem ad terrendum, ad abigendum diabolum. Lucis enim inimicus hic mersus tenebris sepultusque. Unde & ad cadaver, ne de nocte infestetur, dum nondum terræ mandatum est, totam noctem vigilatur, detortis jam vigiliis in alium usum, quam qui olim in primitiva ecclesia, convenientibus tum in unum ad hymnos precesque ob metum persecutionis Christianis etiam de nocte, ut est apud Ambrosium ad *Psalm.* 109. *Jejunavimus Sabbato, vigilias celebravimus, orationibus pernoctantes institimus.* Baron. *ad Non. Januar. martyr. Rom.* XVI. Sed & illud notandum, quod quemadmodum apud monachos donati, oblati, qui ultro se obtulerant ad ipsorum servitium, qui & *fratres, sororesque*, ut & *monachi ad succurrendum*, sic & apud Canonicos. Nam & hi primitus *Regulares*, claustro omnes inclusi, quemadmodum monachi. Infra: XIII. Jul. *Obiit Suaneldis soror nostra, mater Johannis Visker &c.* Kal. Novembr. *Obiit Herburgis soror nostra.* VII. Kal. Januar. *Obiit Salome domina de Woerden soror nostra &c.* Ipsum autem Necrologium, aut excerpta ex eo hæc sunt.

Kal. Januarii. Circumcisio domini. *Anno* CIↃ. CC. XCII. *obiit* Wer-

nerus *Scholaſticus noſter, in cujus anniverſario dantur* XXX. *ſolidi dividendi &c. Praterea dantur ad memoriam ejuſdem* Werneri *perpetuo primo Kal. cujuslibet menſis, die præſenti excepto,* V. *ſol. Hæc ſunt de dimidio manſo, & de terra juxta Oudewater, quæ dicitur* Keynothove.

IV. Octava Stephani *obiit* Hildegundis *mater* Theoderici Friſonis. *Dantur Canonicis* X. *ſol.*

Memoria Iohannis Vrenck, *Canonici noſtri ſacerdotis, pro quo dantur hic* X. *ſol. chori ſociis dividendi, ut infra* IV. *Nonas Julii eſt expreſſum.*

Memoria Giſelberti *de* Zulen *Canonici noſtri.*

Memoria Walteri *Grauwert Decani noſtri.*

III. Octava Iohannis. *Memoria* Theodorici Vrenck *Canonici noſtri Levitæ, pro quo hic dantur ſeptem ſolidi & ſex denarii Canonicis, &* XXX. *denarii Choriſociis dividendi, ut infra* IV. *Nonas Julii eſt expreſſum in anniverſario* Iohannis Vrenck, *& viſitabitur ſepulchrum* Theodorici *prædicti.*

Memoria Ægidii *Decani noſtri.*

II. *Obiit* Burchardus carnifex. *Dantur* X. *ſolidi Canonicis de duobus aggeribus in Loenreveen & viſitabitur ſepulchrum* Gertrudis *filiæ ſuæ.*

Nonis. Obiit Theodoricus *dictus* Cockaert *Levita, Canonicus noſter.*

Memoria Iohannis Visker *Decani Levitæ.*

Anno domini CIↃ. CCCC. LIV. *obiit venerabilis dominus* Hubertus Wael *Canonicus & Scholaſticus hujus eccleſiæ poſt cujus mortem dantur dominis &c.*

VII. Idus *obiit* Henricus Dapper *laicus.*

Memoria Alberni *de* Iutfaes *Canonici noſtri.*

VI. Idus. *Obiit* Wilhelmus *de* Hare *laicus frater noſter, qui dedit nobis manſum in* Spengen. *Quicquid inde provenerit, dabitur hic.*

Memoria Eremberti Pellencuſſen *Canonici noſtri.*

Memoria magiſtri Gerardi Foeck, *quondam Decani hujus eccleſiæ, & Concanonici noſtri,* Everardi Foec, *&* Hildegundis *parentum ſuorum.*

V. Idus. *Memoria* Iacobi *de* Compoſtelle *Concanonici noſtri.*

IV. Idus *Obiit* Godeſcalcus *miles de* Hare, *qui dedit nobis* XII. *jugera apud* Bralant *in juriſdictione dominorum ſancti Martini.*

III. Idus. *Memoria* Henrici Poſc *Decani presbyteri.*

Anno

Anno domini CIↃ. CCC. XVII. Mattheus *hujus eccleſiæ Decanus & presbyter de duodecim jugeribus in* Goye *&c.*

Memoria Iohannis *de* Bromo *Canonici noſtri.*

Idus. Octava Epiphaniæ. *Obiit* Henricus Friſo *laicus.*

XIX. Kal. *Pontiani martyris. Memoria* Petri *de* Dordraco *Canonici noſtri Levitæ de* VII. *jugeribus in Lopike.*

Memoria Gerardi Bierwiſch *Canonici noſtri, ut eſt in anniverſario dicti* Gerardi, *quod eſt* XIV. *Iulii.*

XVIII. Kal. *Obiit* Henricus *filius* Giſelberti, *Decanus eccleſiæ S. Petri Trajectenſis.*

XVI. Kal. *Anno domini* CIↃ. CCC. LXXX. *obiit* Giſelbertus *de* Walenborch *Scolaſticus hujus eccleſiæ Concanonicus noſter. De ſertella in* Iutfaes *empta erga Conradum filium Everardi, & Giſelbertum, & Hugonem de Loenreſloot.*

XV. Kal. *Memoria* Guidonis *de* Bloys *Canonici noſtri.*

XIV. Kal. *Memoria* Yſebrandi *de* Lent *militis, & ſuorum, qui contulit eccleſiæ noſtræ jus patronatus eccleſiæ de* Iudifaes *cum appenditiis, ut ſupra, Kal. Januarii de decima in Iutfaes.*

Memoria Frederici Zuermont *Canonici noſtri.*

XIII. Kal. *Memoria* Theoderici *de* Zuerſenberch *Canonici noſtri.*

XII. Kal. Agnetis virginis. *Obiit* Antigona *mater* Ludovici *Canonici noſtri in* Reynaerſcop.

Memoria noſtri Iohannis *de* Borſalia *noſtri Canonici.*

Anno domini CIↃ. CCC. LXVI. *Obiit* Iohannes Raven *civis Trajectenſis, & Sophia Grawerts.*

XI. Kal. Vincentii martyris, *duplex feſtum hoc inſtituit* Iohannes *de* Tornoet *Decanus S. Petri, noſter Concanonicus.*

Obiit Gerardus Wilde *presbyter.*

Memoria Theoderici *Friſonis.*

X. Kal. *Obiit* Aleydis *mater* Arnoldi *de* Holl *Canonici noſtri.*

IX. Kal. *Obiit* Gerardus *dictus* Visker, *pater* Iohannis Visker *Decani noſtri.*

Memoria Iacobi *de* Outshoirne, *Electi & confirmati in epiſcopum Trajectenſem.*

Memoria Wilhelmi *de* Heze *Canonici noſtri.*

VIII. Kal. Converſio Pauli, *duplex feſtum. Hoc feſtum inſtituit magiſter* Richardus *de* Oeye *Canonicus noſter.*

VII. Kal. *Memoria* Gerardi *de* Amerongen *Præpoſiti S. Severini Colonienſis, noſtri Canonici.*

VI. Kal. *Obiit* Wilhelmus *de* antiquo Gheno, *laicus. Memoria* Iohannis *de* Bronchorſt *Levita.*

V. Kal. *Memoria* Guidonis *epiſcopi.*

III. Kal. *Obiit* Bernardus Snoy *miles. Dantur* X. *ſolidi de dimidio manſo apud* Blochoven.

Memoria Arnoldi Pot *Subdiaconi & Canonici noſtri.*

II. Kal. *Obiit* Hermannus *epiſcopus Trajectenſis.*

Memoria Iohannis *de* Tornoyt *Decani S. Petri Concanonici noſtri.*

KAL. FEBR. Brigidæ virginis. *Memoria* Werneri *Scolaſtici. Memoria* Giſelberti *de* Zulen.

Memoria magiſtri Walteri Grawaert *Decani noſtri.*

Anno CIↃ. CCCC. LXXX. *Obiit Magiſter* Iacobus Nicolai *de* Gouda.

Anno CIↃ. IↃ. XXXIII. *Obiit venerabilis dominus magiſter* Gerardus *de* Suggerode, *utriuſque juris Doctor, hujus eccleſiæ Decanus.*

IV. *Non.* purificatio Mariæ virginis. *Memoria* Iohannis Vrenck *Canonici noſtri ſacerdotis, pro quo dantur hic Canonicis* X. *ſol. & Choriſociis quinque ſol. dividendi, ut infra* IV. *Nonas Julii eſt expreſſum, & viſitabitur ſepulchrum ejus, & dabuntur Campanario* X. *ſol. pro compulſationibus ibidem faciendis.*

IV. *Non.* Blaſii epiſcopi. *Memoria* Egidii *Decani.*

Memoria Theodorici Vrenck, *Levitæ, Canonici noſtri. Canonicis dantur* VII. *ſol. cum* VI. *den. & Choriſociis* XXX. *denarii, dividendi, ut infra* IV. *Non. Julii in anniverſario* Iohannis Vrencke *eſt expreſſum, & viſitabitur ejus ſepulchrum.*

II. Non. *Memoria* Iohannis Visker *Decani Levitæ.*

Obiit Margareta *mater* Henrici *dicti* Poſc *Decani noſtri.*

Memorio Guidonis *de* Bloys *Canonici noſtri.*

VIII. Idus. *Memoria domini* Huberti Wael *&c.*

VII. Idus. *Obiit* Hermannus *dictus* Panſier, *frater Egidii Decani noſtri.*

Memoria Alberni *de* Iutfaes.

VI. Idus. *Memoria* Eremberti Pellencuſſen *noſtri Concanonici.*

V. Idus. *Anno domini* CIↃ. CCC. LXVI. *Obiit* Iacobus *de* Compoſtelle *noſter Concanonicus.*

IV. *Idus.* Scolaſticæ virginis. *Memoria* Mathei *Decani & presbyteri.*

Anno CIↃ. CCC. LXXXV. *Obiit* Iacobus *de* Lochorſt *civis Trajectenſis, pater* Hermanni *de* Lochorſt *Decani Trajectenſis, nec non Canonici & Scolaſtici hujus eccleſiæ.*

III.

III. Idus. *Memoria* Henrici Poſc *Decani presbyteri.*

Memoria Iohannis *de* Bromio *noſtri Canonici.*

II. Idus. *Obiit* Goetſcalcus *de* Hamme *miles, qui dedit nobis manſum in* Tekencoep.

Memoria Iohannis Pot *Canonici.*

XVI. Kal. *Memoria* Gerardi Bierwiſch *Canonici noſtri.*

XV. Kal. *Obiit* Hermannus Oude-Ridder *laicus, qui dedit nobis aream apud* Damaſch. *Vendita eſt propter litem, quæ fuit de ea cum* Iacobo *de* Damaſco *& filiis ejus.*

Memoria Gerardi *de* Bronchorſt *Canonici noſtri.*

XIV. Kal. *Memoria* Ottonis *de* Doornick.

Obiit domicella Eliſabeth *de* Angeren, *& magiſter* Iohannes *de* Angheren.

XII. Kal. *Memoria* Theodorici *de* Zuertſenberch *Levitæ & Canonici.*

Memoria magiſtri Iohannis *de* Berſalia *noſtri Canonici.*

XI. Kal. *Memoria* Theodorici Friſonis *Canonici noſtri.*

Memoria Frederici Zuermont *Canonici noſtri.*

X. Kal. *Memoria* Iacobi *de* Outshorne *electi & confirmati in epiſcopum Trajectenſem.*

IX. Kal. *Obiit* Lutgerus *epiſcopus Trajectenſis.*

Obiit Arnoldus *dictus* Snoy *miles, pater* Theodorici Snoy, *pro quo dantur hic* X. *ſol. dividendi ut ſupra Kal. Januar. & hoc de manſo in* Middelbroeck *juxta* Parys *in* Diefdic.

Anno CIↃ. CCC. XLV. *Obiit* Iohannes *de* Hoye *Canonicus noſter.*

Anno CIↃ. CCC. LXXVI. *Obiit* Giſelbertus *de* Broechulen *ſubdiaconus, Concanonicus noſter, de tertia parte* XIII. *jugerum cum dimidio emptorum erga* Bartholomeum Gunter *in* Iutfaes, *civem Trajectenſem.*

VII. Kal. *Obiit* Gerardus *miles de* Hermalen. *Hic dantur* X. *ſolidi de dimidio manſo in* Hermalen.

Memoria Iohannis *de* Bronchorſt *Præpoſiti noſtri.*

VI. *Kal.* Mathiæ Apoſtoli. *Memoria* Guidonis *epiſcopi. Dantur præſentibus in choro, in vigilia, & in miſſa animarum uſque ad viſitationem ſepulchri Canonicis* X. *ſol. ſociis chori* V. *ſol. & fiet viſitatio in medio eccleſiæ, & hæc dantur de* VIII. *jugeribus apud* Everdingen *in loco dicto* Outena, *& de viginti duobus jugeribus apud Linſcoten. Campanario pro compulſatione* VI. *denar.*

Anno CIↃ. CCC. XCIX. *Obiit* Richardus *de* Oye *Canonicus noſter.*

V. Kal.

v. Kal. *Anno domini* CIↃ. CCC. XXII. *Obiit domina* Berta *uxor domini* Giſelberti *domini de Yſelſteyne. Dantur* XVIII. *ſol. Canonicis præſentibus in vigilia & in miſſa animarum. Dabuntur de* X. *jugeribus in* Afterſloet.

Obiit Hermannus Dapper *ſubdiaconus Canonicus noſter.*

IV. Kal. *memoria* Gerardi *de* Ameronghen *Præpoſiti S. Severini Colonienſis, noſtri Canonici.*

III. Kal. *memoria* Arnoldi Pot, *ſubdiaconi, Canonici noſtri, ut infra* III. *Kal. Aug.*

II. Kal. *memoria* Iohannis *de* Tornoet, *Decani ſancti Petri, Canonici noſtri.*

KAL. MARTII. memoria Werneri *Scolaſtici.*

Memoria Iohannis *de* Treslong, *Canonici & Theſaurarii.*

VI. Non. *memoria* Giſelberti *de* Zulen *Canonici noſtri.*

Memoria Walteri Grawert *Decani noſtri.*

Anno CIↃ. CCCC. LIV. *Obiit Dn.* Otto *de* Doornick *Canonicus noſter.*

Memoria magiſtri Walteri *de* Gouda *Præpoſiti ſancti Petri.*

Memoria Egidii *Decani.*

IV. Non. *memoria* Iohannis Vrenck *Canonici ſacerdotis, ut ſupra & infra* IV. *Nonas Iulii eſt expreſſum.*

Obiit Iutta *mater domini* Egidii *Decani noſtri, prout infra in anniverſario dicti domini* Egidii *continetur, quod eſt ſecundo Nonas Septembris.*

Anno CIↃ. CCC. XXVI. *Obiit* Iohannes *de* Zande *presbyter hujus eccleſiæ Canonicus.....de duobus jugeribus in loco dicto* Vloetente weyde. *Reſiduum, quod de dicta terra evenerit dabitur ad memoriam* Iohannis *de* Zande *junioris, infra* VIII. *Idus Septemb.*

Obiit Elizabeth *de* Boecholt *ſoror noſtra.*

III. Non. *Obiit* Theodericus *dictus* Gouda.

Memoria Theodorici Vrenck *Canonici noſtri Levitæ, pro quo dantur hic Canonicis* VII. *ſol. cum* VI. *denariis, &* XXX. *denar. choriſociis dividendi, ut infra* IV. *Nonas Julii eſt expreſſum, & viſitabitur ſepulchrum* Theodorici Vrenck.

Memoria domini Huberti Wael.

Anno CIↃ. CCCC. LXXXVI. *Obiit magiſter* Henricus Vos *de* Aveſaet *Canonicus noſter.*

Anno CIↃ. CCCC. XLIX. *Obiit* Beatrix *de* Alfen *ſoror noſtra.*

Nonæ. *Memoria* Iohannis Visket *Decani Levitæ.*

Me-

Memoria Wilhelmi *de* Heze *Canonici noſtri.*

VII. Idus. *Anno* CIↃ. CCC. LXXXIII. *Obiit* Gerardus Foec *quondam Decanus hujus eccleſiæ Concanonicus noſter, qui nobis legavit & donavit multa bona, de quibus ſupra fit mentio.*

VII. Idus. *Anno* CIↃ. CCC. XIX. *Obiit* Sophia *mater* Swederi *de* Voerne, *Canonici S. Martini.*

Memoria Alberni *de* Iutfaes.

VI. Idus. *Anno domini* CIↃ. CCC. *octavo obiit* Erembertus *dictus* Pellencuſſen *Canonicus noſter.*

Memoria Guidonis *de* Bloys *Canonici noſtri.*

V. Idus. *Memoria* Iacobi *de* Compoſtelle *Canonici noſtri.*

Memoria Iohannis *de* Bromo *Canonici noſtri, ut in Anniverſario ejus* III. *Idus Junii habetur.*

IV. Idus. *Gregorii duplex feſtum. Hoc feſtum inſtituit* Wernerus *ſcolaſticus de dimidio manſo apud* Scalckwyc.

Obiit Wernerus *de* Velſen *miles. Hic datur una pars fructuum de uno jugere & area apud Broeclede, alia vero datur ad memoriam* Werneri XIV. *Kal. Novembr.*

Memoria Mathei *Decani presbyteri, ut ſupr. Kal. Jan.*

III. Idus. *Memoria* Henrici Poſc *Decani presbyteri.*

II. Idus. *Memoria* Iohannis Pot *ſubdiaconi, Canonici noſtri, item dividunt ſocii inter ſe* X. *ſol. prout ſecundo Idus Novembr. fit diviſio inter ipſos, de terra in* Cattenbroec *apud* Zeyſt *recipiendos.*

Memoria Gerardi Bierwiſch *Canonici noſtri.*

Idus. *Memoria* Iohannis Tolnaer *Vicarii altaris ſancti Petri.*

Memoria Gerardi *de* Bronchorſt *Canonici noſtri.*

XVII. Kal. *Aprilis anno* CIↃ. CCCC. XIV. *Obiit* Iohannes *de* Boechout *Decanus SS. Apoſtolorum Coloniæ Canonicus noſter.*

XVI. Kal. *obiit* Arnoldus *dictus* Snoy, *laicus, frater* Theoderici Snoy. *Hic dantur* X. *ſolid. & hoc de manſo in* Middelbroec *juxta* Parys *vel* Dieſdic.

XV. Kal. *memoria* Petri *de* Dordraco, *Canonici, Levitæ.*

XIV. Kal. *obiit* Otto *de* Zulen *laicus.*

Memoria Frederici Zuermont *presbyteri, Canonici noſtri.*

Memoria Theoderici Zuerſenberch *Levitæ, Canonici noſtri.*

XIII. Kal. *obiit* Theodericus *de* Hoerne *Levita, Præpoſitus noſter. Dantur* XXX. *ſol. à magiſtro fabricæ, ut ſupra Kal. Januar.*

Obiit Hubertus *de* Boſinchem *miles. Dantur* X. *ſol. de quatuor jugeribus in* Everdingen, *ut ſupra Kal. Januar. quæ fuerunt relictæ* Vornekyns.

Anno CIↃ. CCC. LXXVII. *obiit* Iohannes *de* Mare *Officialis Trajectenſis Canonicus beatæ Mariæ in Haga Comitis in Hollandia.*

XII. Kal. *obiit magiſter* Gerardus *de* Leyden *Canonicus eccleſiæ beatæ Mariæ de decima in Poederoy.*

Ann. CIↃ. CCC. LXV. *obiit legalis decretorum Doctor magiſter* Iohannes *de* Botſalia *noſter Concanonicus.*

XI. Kal. *obiit* Iohannes *dictus* Pot, *laicus*, *frater* Iohannis & Arnoldi Pot *Canonicorum. Dantur* X. *ſol. inter Canonicos*, *item* V. *inter ſocios*, *ut infra* II. *Idus Novembr. continetur.*

Memoria Theodorici Friſonis *Canonici noſtri.*

X. Kal. *obiit* Sophia *de* Velde, *uxor* Erneſti Grawaert. *Dantur Canonicis* XIII. *ſolid. & Choriſociis* VII. *ſolid. & hæc de areis ſuis in den Weerde.*

Anno CIↃ. CCCC. XXVI. *obiit* Egbertus Iohannis *de* Daventria *Canonicus noſter.*

XI. Kal. *Memoria* Iacobi *de* Outshoerne, *electi & confirmati in epiſcopum Trajectenſem.*

Memoria Bernardi *dicti* Projes *perſonæ in* Deutichem *& de* Iutfaes, *& ſuorum. Pro quibus dantur hic* XX. *ſol. de decima in Iutfaes.*

Anno CIↃ. CCCC. *ſecundo obiit* Iohannes *de* Sleen *Canonicus eccleſiæ S. Petri Trajectenſis.*

VIII. Kal. *Annunciatio Mariæ. Ann.* CIↃ. CCCC. XVIII. *obiit venerabilis vir*, *magiſter* Everardus Foec, *Decanus noſter.*

VII. Kal. *Memoria* Gerardi *de* Ameronghen *Præpoſiti S. Severini Colonienſis*, *Canonici noſtri.*

Anno CIↃ. CCCC. XCIX. XXVI. *Martii obiit venerabilis vir*, *magiſter* Iohannes Lenſs *Decanus S. Andreæ Colonienſis*, *nec non Canonicus & Scolaſticus noſter.*

VI. Kal. *anno* CIↃ. CC. XLVIII. *obiit* Otto *epiſcopus*, *qui dedit nobis areas ſupra foſſatum*, *de quibus agitur memoria ſua & parentum ſuorum*, *deductis* XX. *ſol. ad memoriam* Ottonis *epiſcopi* V. *Kal. Auguſt. Item* XX. *ſol. ad feſtum S. Michaelis*, *& fiet compulſatio.*

Memoria Iohannis *de* Bronchorſt *Præpoſiti noſtri.*

Anno CIↃ. CCC. LXXXVI. *obiit* Iohannes *de* Sande *Canonicus S. Iohannis Trajectenſis.*

Anno CIↃ. CCCC. XX. *obiit* Petrus Zuermont *Canonicus noſter.*

V. Kal. *obiit* Florentius *de* Iutfaes *presbyter*, *Præpoſitus eccleſiæ majoris*, *Concanonicus noſter.*

Memoria Guidonis *epiſcopi ut ſupra.*

IV. Kal. *obiit* Iacobus *Albus Canonicus noſter.*

Anno domini CIↃ. CCC. LVIII. *obiit* Arnoldus *de* Cleve *civis Trajectenſis. Dantur Canonicis* XIII. *ſolidi*, IV. *denar. Choriſociis* VI. *ſol.* VIII. *den. Et hoc de* X. *jugeribus in Afterſloet in jurisdictione dominorum S. Martini emptis contra* Iohannem *de* Denemarc.

III. Kal. *obiit* Gerardus Vrenck *pater domini Iohannis Vrenck noſtri Concanonici. Pro quo dantur hic* X. *ſol. inter Canonicos*, *&* V. *ſol. inter Choriſocios dividendi*, *ut infra* IV. *Non. Julii in anniverſario dicti Iohannis continetur*, *&* *viſitabitur ſepulchrum Iohannis prædicti cum orationibus conſuetis. Item eodem die dantur in anniverſario* Iacobi *de* Lichtenberch, Werneri *filii* Frederici, *&* Gerardi *prædicti laicorum* XV. *ſol. dividendi inter Canonicos tantum*, *ut infra in anniverſario cuſtodis continetur.*

II. Kal. *memoria* Iohannis *de* Turnoet *Decani S. Petri Concanonici noſtri.*

KAL. APRILIS. Memoria Werneri *Scolaſtici.*

Memoria Iohannis Vrencke *Canonici noſtri ſacerdotis*, *pro quo dantur hic Canonicis* X. *ſol. inter præſentes*, *&* V. *ſol. Choriſociis dividendi*, *ut infra* IV. *Nonas Julii eſt expreſſum.*

Memoria Giſelberti *de* Zulen *Concanonici noſtri.*

IV. Non. *memoria* Egidii *Decani noſtri.*

Memoria Theoderici Vrencke, *Canonici noſtri Levitæ*, *ut infra* IV. *Nonas Julii eſt expreſſum in anniverſario* Iohannis Vrenck.

III. Non. *memoria domini* Ottonis *de* Dootnick *Canonici noſtri.*

Anno domini CIↃ. CCCC. LXXV. *obiit venerabilis vir magiſter* Walterus *de* Gouda *Præpoſitus S. Petri Canonici noſtri.*

Nonæ. *obiit* Hermannus *dominus de* Woerden *miles*, *qui dedit nobis apud* Woerden *in* Oudelant X. *jugera cum cenſu*, *jurisdictione*, *& decima*, *ut fructus inde provenientes æque diſtribuantur in anniverſario ſuo & uxoris ſuæ Salomæ*, *cujus anniverſarius eſt in vigilia S. Catharinæ virginis.*

Memoria domini Iohannis *de* Treslong *Canonici noſtri.*

VIII. Idus. *obiit* Stephanus *ſubdiaconus*, *frater noſter*, *qui dedit nobis fertellam ſuper venum à parte ſuperiori domus* Gerardi *de* Veno *in jurisdictione Dni* Ludolfi *Ultravecht. Quicquid inde provenerit*, *diſtribuetur.*

Memoria Iohannis Visker *Decani Levitæ.*

Memoria Dni Huberti Wael.

VII. Idus. *Anno* CIↃ. CCC. XL. *obiit* Aelbernus *de* Iutfaes *Concanonicus noſter.*

Memoria magiſtri Gerardi Foec *quondam Decani hujus eccleſiæ, & Concanonici noſtri*, Everardi Foec & Hildegundis *parentum ſuorum.*

VI. Idus. *obiit* Rodolfus *presbyter Decanus noſter.*

Memoria Eremberti Pellencuſſen *noſtri Canonici.*

V. Idus. *obiit* Theodericus *de* Weſtende, *Canonicus eccleſiæ beatæ Mariæ Trajectenſis ſacerdos.*

Memoria Iacobi *de* Compoſtelle *noſtri Canonici.*

IV. Idus. *Memoria* Mathei *Decani.*

Anno CIↃ. CCC. LXXIX. Wilhelmus *de* Oydekercke, *Levita, noſter Concanonicus.*

III. Idus. *memoria* Henrici Poſc *Decani presbyteri.*

Memoria Iohannis *de* Bromo *Canonici noſtri.*

Anno CIↃ. CCCC. XIV. *obiit* Franco Ovetdevecht *Canonicus noſter, & ſolvet* Iohannes Overdevecht *de domo & area ipſius domini* Franconis *prædicti, donec eas in aliis redditibus aſſignaverit.*

II. Idus. *Memoria* Iohannis Pot *ſubdiaconi, Canonici noſtri, ut infra* II. *Idus Novembris continetur de terra in* Cattenbroec *apud* Zeyſt † *recipiendos.*

† Deeſt hic aliquid.

Anno CIↃ. CCC. LXXVI. *obiit* Iordanus *de* Ryt *ſubdiaconus noſter Concanonicus, ut* IX. *Kal. Martii in anniverſario* Giſelberti *de* Broechuſen *habetur.*

Memoria Iacobi *de* Outhuſen.

Idus. *Anno* CIↃ. CCC. LXXIX. *obiit* Theodoricus *de Oey Canonicus Trajectenſis & Præpoſitus Arnhemenſis. Pro ipſius memoria &* Arnoldi *de* Oey *civis Trajectenſis, & Benedictæ, patris & matris dicti Præpoſiti, &* Richardi *de* Oey *noſtri Cancanonici, dantur dominis* XXX. *ſol. ſociis* XV. *ſol. choralibus* V. *ſol. & Campanario* XII. *denar. Et hæc de media parte dimidii manſi in Iutfaes empti erga* Gerardum Bol, *filium Theodorici.*

XVIII. Kal. *Maji* Tiburtii & Valentiniani. *Anno* CIↃ. CCC. LXXXVIII. *obiit* Nicolaus Proeys *Vicarius altaris S. Petri dotati per* Walterum *Præpoſitum.*

Memoria Gerardi Bierwiſch *Canonici noſtri.*

XVII. Kal. *Anno* CIↃ. CCCC. XII. *obiit* Gerardus *de* Bronchorſt *Canonicus hujus eccleſiæ.*

XVI. Kal. *memoria* Petri *de* Dordraco *Canonici Levitæ.*

Obiit Ioannes Albus *filius* Herbordi.

Memoria Wilhelmi *de* Heze *Canonici noſtri.*

XV. Kal. *memoria* Guidonis *de* Bloys *Canonici noſtri.*

XIV. Kal. *memoria* Theodorici Zuerſenberch *Levitæ Canonici noſtri.*

Anno CIↃ. CCCC. *obiit* Fredericus Zuermont *Canonicus presbyter hujus eccleſiæ.*

XIII. Kal. *Anno* CIↃ. CCC. LXXVI. *obiit* Otto *de* Ommeren *noſter Concanonicus, & hæc recipientur de area in antiqua della in jurisdictione noſtra, quam nunc poſſidet* Giſelbertus *de* Stoutenburch, *& de tertia parte* XIII. *jugerum cum dimidio in* Iutfaes *emptorum erga* Bartholomeum Gunter.

XII. Kal. *memoria* Iohannis *de* Borſalia *Canonici noſtri.*

Anno CIↃ. CCC. XCIII. *obiit magiſter* Arnoldus *de* Emeliſſe *Præpoſitus beatæ Mariæ, Canonicus noſter.*

Anno CIↃ. IↃ. VIII. *obiit venerabilis & generoſus vir dominus* Adrianus *de* Weerdenburch *Canonicus noſter.*

XI. Kal. *memoria* Theodorici Friſonis *Canonici noſtri.*

X. Kal. *obiit* Amelongus *presbyter Canonicus noſter, qui dedit nobis aream in* Twiſtraet *in memoriam ſui.*

Obiit Petrus Eremberti, *Levita, Canonicus S. Martini.*

Memoria Iacobi *de* Outshoerne *electi & confirmati in epiſcopum Trajectenſem.*

IX. *Kal.* Georgii martyris, *duplex feſtum. Hoc inſtituit magiſter* Petrus *de* Dordraco *Canonicus noſter, & hoc de quinque arcis & fertella apud* Oudewater.

Obiit Walterus frater Werneri *Scolaſtici, qui legavit ad memoriam ipſius* Walteri X. *ſol. dividendos inter præſentes, & hoc de dimidio manſo apud* Scalewyc.

Memoria Egberti *de* Daventria *Canonici noſtri.*

VIII. *Kal. obiit* Gerardus Albus *major, Decanus presbyter, de* V. *jugeribus in Linſcoten.*

VI. Kal. *memoria* Guidonis *epiſcopi.*

Memoria Iohannis *de* Bronchorſt *Præpoſiti noſtri.*

Anno CIↃ. CCC. LVII. *obiit* Foeyſa *uxor* Gyſelberti *Grauwert. Dantur. Canonicis* XIV. *ſol. Campanario* XVIII. *denarii, Choralibus* II. *ſol.*

Memoria Gerardi *de* Amerongen *Præpoſiti S. Severini Colonienſis, Canonici noſtri.*

V. Kal. *obiit* Wilhelmus *epiſcopus, qui legavit ſex conventualibus eccleſiis manſum in* Heemſtede *apud* Iudifaes.

Memoria Gerardi Foec *quondam Decani.*

IV. Kal. *obiit* Erembertus *laicus pater* Mathei *Decani noſtri.*

Memoria Arnoldi Pot *Canonici noſtri: & hoc de bonis in* Linſcoten.

III. Kal. *obiit* Rothardus *de* Woerden *miles*, *qui dedit nobis aream juxta novam foſſam prope Regulares*, *pro quo datur hic quicquid de ipſa area derivatur.*

Anno CIↃ. CCC. XL. *obiit* Iohannes *dictus* Romaet *Decanus S. Petri.*

II. Kal. *obiit* Henricus ex inſula, *pater* Arnoldi *de* Hollandia. *Hic dantur* X. *ſol. præſentibus, ut ſupra, Kal. Januarii de* IV. *jugeribus juxta Yſelam prope locum, qui dicitur Maerne.*

Memoria Iohannis *de* Tornoet *Decani S. Petri.*

KAL. MAJI. Philippi & Iacobi. *Memoria* Werneri *Scolaſtici. Hic dantur* V. *ſol. præſentibus, ut ſupra Kal. Januar.*

Obiit Giſelbertus *de* Zulen *presbyter, Concanonicus noſter anno* CIↃ. CCC. XL. *de* XIII. *jugeribus cum dimidio prope* Dael *in juriſdictione domini de Zuylen.*

VI. Non. *memoria* Egidii *Decani noſtri.*

V. *Non.* Inventio S. Crucis. *Obiit* Anſridus *epiſcopus, qui contulit eccleſiæ beati Martini & nobis bona apud* Weſemael & Tongerlo *in* Weſtle, & Velue, *cum eorum appendiciis, pro quo dantur hic* XX. *ſol. de* Reynaersſcoop, *& fiet compulſatio.*

IV. Non. *obiit* Theodericus Vrenck *Canonicus noſter. Levita. Dantur* V. *libræ Canonicis,* X. *ſol. ſociis, & viſitabitur ſepulchrum ejus.*

Memoria Iohannis Vrenck *Canonici noſtri ſacerdotis, pro quo dantur hic Canonicis* X. *ſol. &* V. *ſol. Choriſociis, dividendi, ut infra* IV. *Nonas Julii eſt expreſſum, & viſitabitur ejus ſepulchrum, & dabuntur Campanario* X. *denar. pro compulſationibus faciendis.*

III. Non. *memoria domini* Iohannis *de* Treslong *Canonici & Theſaurarii noſtri.*

II. Nonas. *memoria* Iohannis Visker, *Decani, Levitæ.*

Memoria Alberni *de* Iutfaes.

Memoria domini Ottonis *de* Doornick *Canonici noſtri.*

VIII. Idus. *Octava Philippi & Iacobi duplex feſtum. Dantur Canonicis* XX. *ſol. & ſociis* X. *ſol. præſentibus in primis veſperis & ſecundis & in miſſa. Et hoc de* XIII. *jugeribus & dimidio in* Cattenbroec. *Inſtituit* Th. Vrencke.

Obiit Godeldis *mater domini* Egberti. *Pro qua dantur* X. *ſol. de dimidio manſo apud* Blochoven.

VI. Idus. *obiit* Baldewinus *epiſcopus Trajectenſis.*

Obiit Th. Walekyn *laicus, pater* Petri *de* Vico-ſalis *Canonici noſtri.*

Memoria Eremberti Pellencuſſen *noſtri Canonici.*

Me-

Memoria Huberti Wael *Canonici noſtri &c.*

v. *Idus.* octava Aſcenſionis *memoria* Iacobi *de* Compoſtelle *noſtri Canonici.*

Memoria Iohannis *de* Bromo *noſtri Concanonici.*

IV. Idus. *memoria* Mathei *Decani. de* XV. *jugeribus & dimidia in Goye.*

III. *Idus.* Servatii epiſcopi & Confeſſoris. *Memoria* Henrici Poſc, *Decani, presbyteri.*

II. Idus. *memoria* Iacobi *de* Outhuſen.

Memoria Iohannis Pot, *ſubdiaconi, Canonici noſtri.*

Memoria Gerardi Bierwiſch *Canonici noſtri,*

Anno CIↃ. CCC. XCIX. *obiit dominus* Rudolphus Vridach *Canonicus noſter.*

Idus, *obiit* Hermannus Grawaerr, *laicus. Dantur Canonicis* XII. *ſol.*

Memoria Wilhelmi *de* Hexe *Concanonici noſtri.*

XVII. Kal. *obiit* Burchardus *epiſcopus, qui contulit nobis eccleſiam de* Boecholt, *eccleſiam de* Haſenede, *eccleſiam in* Axele, *& Capellam in* Hulſt.

Obiit Rutger Utenweerde *presbyter, Decanus noſter, anno* CIↃ. CCC. XXXIX.

XV. Kal. *memoria* Petri *de* Dordraco *Levitæ.*

Memoria Frederici Zuermont *Canonici noſtri.*

XIV. Kal. *memoria* Th. *de* Zuerſenberch *Levitæ.*

Anno CIↃ. CCCC. X. *obiit* Tidemannus Blanckert *Canonicus noſter.*

XII. Kal. *obiit Mechtildis mater magiſtri* Petri *de* Vico ſalis. *dantur* X. *ſol. præſentibus.*

Memoria magiſtri Iohannis *de* Borſalia *noſtri Concanonici.*

XI. Kal. *memoria* Th. Friſonis *Canonici noſtri.*

Memoria Guidonis *de* Bloys *Canonici noſtri.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex. Libere & perfectè regnare eſt illum, per quem Reges regnant, Chriſtum in Sanctis ſuis honorare, inter quos cœli Ianitorem, integræ fidei Confeſſorem, regni vel Imperii defenſorem, Apoſtolorum Principem beatum Petrum Apoſtolum in reparanda Trajectenſi eccleſia ſua placando honorare neceſſarium duximus, quam incendio conſumptam noſtris peccatis imputando ingemuimus. Unde in reparationem ejuſdem eccleſiæ prædium quoddam nomine Broeck, *nunc* Broeckenhoven, *cum univerſis, hoc eſt, utriuſque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, viis & inviis, ſylvis & venationibus, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, & piſcationibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, ac cum omni utilitate, quæ vel excogitari, vel nominari, vel ſcribi poterit, S. Petro in præfata eccleſia combuſta tradidimus, tradendo firmavimus, ſubmonentibus & rogantibus* Berta, *& regni & thori ſocia,* Sigifredo *Moguntino,* Hiltolfo *Colonienſi Archiepiſcopis,* Ruberto *Babenbergenſi,* Ebbone *Niwenburgenſi epiſcopis, Trajectenſi vero* Conrado *eo obnixius, quo ceteris rectius, ſuccurrente. Cujus prædii ſitus eſt in pago* Velue *in comitatu* Thiederici. *Dedimus autem ea lege, ut eadem eccleſia beati Petri perenniter abſque omni contradictione obtineat, & interdicimus, ne alicujus violentia inde auferat, vel alio transponat. Cujus firmæ traditionis teſtem cartam præſentem ſcribi juſſimus, quam propria manu firmatam & ſigilli noſtri impreſſione inſignitam relinquimus. Signum Dni* Henrici *quarti Regis invictiſſimi:* Adelbero *Cancellarius vice* Sigefridi *Archicapellani recognovi. Anno Dominicæ incarnationis* CIↃ. LXXVI. *indictione* XV. *x. Kal. Junii data, anno vero ord. Dn.* Henrici *quarti Regis* XIX. *Regni* XXI. *Actum* Wormatiæ *feliciter in nomine Dni Ieſu Chriſti Amen.*

III. Extant etiam apud Hedam in Conrado epiſcopo. Sed lectio nonnihil variat. Porro aræ in S. Petri plures olim quam viginti. Nomina earum hæc:

1. *Altare* S. Crucis. *Eſt duorum presbyterorum animarum. Item Bona Cuſtodis.*

2. *Altare* SS. Simonis & Iudæ, *cujus poſſeſſor fuit* D. Cornelius Wetering *nunc* M. Lambertus Foeyt.

3. *Altare* SS. Iacobi & Chriſtophori.

4. *Altare* D. Chriſtophori.

5. *Altare* S. Ioannis *Baptiſtæ. Poſſeſſor* Petrus Crom.

6. *Al-*

6. *Altare D.* Ioannis *Evangeliſta in crypta.*

7. *Altare D.* Thomæ. *Poſſeſſor* Iacobus Dierhout.

8. *Altare D.* Nicolai. *Poſſeſſor M.* Herm. Strickius.

9. *Altare D.* Stephani *&* Laurentii. *Olim poſſeſſor* Ioannes Vermey.

10. *Altare SS.* Philippi *&* Blaſii *eſt ſcholaſtria quoad collationem. Olim poſſeſſor D.* Ioannes Lichtenberch.

11. *Altare S.* Blaſii. *Poſſeſſor M.* Herm. Strick.

12. *Altare B.* Mariæ *ante chorum. Poſſeſſor* Cornelius Matthiæ.

13. *Altare S.* Victoris.

14. *Altare B.* Mariæ Magdalenæ, *Collator eſt Præpoſitus.*

15. *Altare D.* Bartholomæi. *Poſſeſſor olim Dns* Iacobus *ten* Hove, *nunc M.* Franciſcus Verhaer.

16. *Altare B.* Antonii *& B.* Mariæ *virginis & duorum Apoſtolorum Petri & Andreæ ſub organis. Ius patronatus pertinet ad heredes* Cleuting.

17. *Altare B.* Andreæ *Apoſtoli. Poſſeſſor M.* Franc. Verhaer.

18. *Altare D.* Catharinæ. *Olim poſſeſſor D.* Ioa. Splinter.

19. *Altare. D.* Urſulæ.

20. *Item Vicaria altaris undecim millium virginum fundata per M.* Everardum *de* Haill.

Sic in veteri quadam ſcheda cui ita ſuperſcriptum: *Vicaria eccleſiæ collegiatæ S. Petri.* Unde & confirmatur, quod & alibi jam dixi, quod non differant inter ſe, ſed ſit unum idemque id, *Vicaria* & *altare*, *Vicarius* & *ſacerdos.* Charta Ann. 1360. *quod executores dicti teſtamenti ſeu ultimæ voluntatis ſuæ erigere, conſervare, & dotare deberent unum altare ſeu Vicariam in eccleſia beatæ Mariæ &c. & quod præſentatio ſeu collatio dicti altaris ſeu Vicariæ &c.* Sed ſi unum idemque, quid illud ergo quod in fine: *Item Vicaria altaris undecim millium virginum:* Haud dubie id accipiendum eodem modo quo illud, quod Imper. in *l.* 1. *C. de cond. ind. actione condictionis;* niſi dicas quod *Vicaria* ſacerdotium hic ſignificet, quod altari affixum, & ad idem id deſerviendum. Altarium ſylloge eſt ex libello Florentii ab Heermale Officialis Archiepiſcopi, qui inquiſivit in hæc juſſu ejus Ann. 1568. ex quo mecum quædam communicavit vir & doctrina & nobilitate conſpicuus Theod. Ioann. Albertus Baro de Ridder van Groeneſteyn toparcha de Keſſenich, de Andelſt, de Reyneſteyn &c. Omiſſum tamen altare & Capella S. Petronellæ, quæ in eadem eccleſia, cujus mentio fit in charta Ann. 1524. quam & propter alia, & propter munificentiam Antonii van Winſen, quotannis ibi exhibitam, adjiciam, ut reperi:

Allen

Allen den ghenen die deſen brieff ſellen ſien of hooren leſen, doen wy verſtaen gemeen Vicaryen ende choorgeſellen der kercken ſinte Peters t'Utrecht, alſe Iohannes van Grootvelt, Petrus Calſlagher, Iacobus van Hoern, Arnoldus Anſelmi, Adrianus Bure, Tymannus Ricoldi, Erneſtus van Schayck, Wilhelmus Buer, Iohannes van Geverdinck, Iohannes van Breuwen, Nicolaus Iohannis, Iohannes van Malſen, Godeſcalcus Iohannis, Iohannes van Dutben, Gerardus Hoefſlach, Iohannes Uytgeeſt, Iudocus Nicolai, Wolterus de Boecholdia, dat wy voor ons ende voor onſen nacomelingen, mit vollen conſent ende believen van onſen Weerdigen Heeren Deecken ende Capittel van onſer kercken van ſinte Peters voerſz aengenomen ende ontfangen hebben van den Eerſamen ende Eerbaren Heeren Executoren ſaliger Heeren Anthonis *van* Winſen, *Canonick was onſer kercken van S. Peters voorſz, alſe Heeren* Iacop *van* Winſen *ſinte Peters, Heer* Aelbert *van* Leuwenberch *ten Domme t'Utrecht Canonicken, Meyſter* Dirc *van* Malſen *Prebendatus ten Domme, Heer* Iohan *van* Grootvelt *onſe medebroeder ende ſielprieſter, ende* Claes Bevel *out Borger t'Utrecht, alle alſulcke* † *teſtamenten, als ſalige Heer* Anthonis *voorſz na inbout ſyns teſtaments gegeven ende bevolen heeft, ende by den voorſz Executoren verbetert ende augmenteert is, als hier na beſchreven. In den eerſten vyf goede Cheurfurſten Rynſche gulden van volre gewichte te miniſtreren den Vicaryen then euwigen daghen tot* * *mettengelt, beginnende alrebeyligen dach af alle daech enen ſtuyver, alſo lange t'hent die vyf gouden gulden geminiſtreert ſyn, ende dat geven die van beginnen tot den eynde toe in der metten ſyn, ende anders niemant. Item een pont in onſer kercken te miniſtreren alle Manendagen voor den celebranten, die ſalige Heer* Anthonis *ende ſyns Suſters graffſtede begaen mitten wywater, ende enen* Miſerere, *ende* de profundis *muten* collect *le ſen. Item alle Manendagen een miſſe te leſen in onſer kercken in ſinte* Peternellen *capel, die wy Vicarien by beurten doen ſellen, behoudelic dat Heer* Godſchalck *Iansſoen onſe medebroeder ſyn leven lanck deſe miſſe doen ſal, ende voor elcke miſſe ſalmen betalen een Hollantſchen braspenninck. Item noch een halven gouden Vrancryckſche ſchilt voor een lampe die bernen ſal in ſinte* Peternellen *capel van October tot April toe. Item noch ſullen wy houden onder ons drie feeſtdagen ofte ſtatien, alſe op ſinte* Peternellen *dach, kersmiſſe dach, ende op ſinte Agnieten dach, een ſingende miſſe mit dienaers, ende choralen, ende Succentoren, ende te ſpelen opte orgelen, ende mitter groote clocke te luyden totter miſſe, ende die miſſe ſal te acht uren uyt weſen, ende van elcke ſtatie ſalmen geven thien ſtuvers. Item noch ſullen wy miniſtreren op ſinte* Marien

† *Teſtamentum & legatum* unum idemque hic. Sic in charta Ann. 1519. *vrylicken te hebben ende erflyck te behouden &c. vry ſonder enige ſcout, teſtament, ende uytvaers van te gelden.*

* *Mette* cantus Metenſis eſt. Ab urbe ita dictus, unde ejuſdem origo. Cantantis mercedes eſt *Mettengelt* &c.

rien Magdalenen *avont den Heeren ende Vicarien, die in den Domme overgaen naer inhout des Preſentieboecx een halven gouden Cheurfurſter Rynſche gulden. Item noch ſullen wy miniſtreren op onſer liever Vrouwen dach aſſumptionis in der* † Nonen *te twaelf uren naer inhout des Preſentieboecks den Heeren ende Vicarien een gouden Cheurfurſter Rynſche gulden. Item noch ſullen wy miniſtreren ende deylen ten euwighen daghen op ſinte Andries dach na inhout des Teſtaments twe ende vyftich paer ſchoen in ſinte* Peternellen *capel, ende dair voor ſullen wy ontfangen jaerlicx negen Hollantſche gulden uyt Heeren* Georgius *van* Solms *huys, ſtaende by onſe ſchoel. Item noch alle Manendaghen ten euwige daghen te deylen ſeven armen ſeven weggen, elck twaelf loot wegende, na de wicht der Heeren weggen van den Dom, ende beloopt jaerlicx een mudt ende drie ſpynde. Voor welcke aenneminge ende executie des voorſz. teſtaments ten euwigen dagen alſo te volbrengen, bekennen wy Vicarien ende Choorgeſellen voorgenoemt van den voernoemden executoren wel vernuecht, voldaen, ende betaelt te weſen den leſten penninck mitten eerſten, ende voor elcken penningh ontfangen te hebben* XXXII. *der ſelver penningen, ende geloven daaromme voor ons ende voor onſen nacomelingen die executie ende laſt van ſalige Heer Anthonis van Winſen teſtament, als voorſz. is, onverbreeckelyck te houden, ende na te gaen. Ende indien dat Godt verhoeden moet enich gebreck ofte verſuym by ons ende onſe nacomelingen gebeurde, of by enich ſingulier perſoon, dat verſuym ſal ſtaen op een dubbelden peen van t'geen datmen verdienen ſoude tot behoef der gemeen Vicarien, welcke penemen niemant verdragen en ſal. Ende indien enich gebreecke viel in der miniſtratien van den weggen ſmanendags den armen te deylen, ofte gebreecke viel in der lampe, dat die niet en brande, alſt behoort, oft oock gebreecke viel in der miniſtratien voor den twee ende vyftich paer ſchoen den armen te deylen na nytwyſinge des teſtaments, dat ſal ſtaen tot correctie van onſen Heeren Deken ende Capitel voorſz. Behoudelick dat die voernoemde Heeren executie ſullen laten doen om betalinge der renten van den twee ende vyftich paer ſchoen geordineert na ſegel ende brieven, daer door wy beweſen ſyn. Ende deſer brieven ſyn twee alleens ſprekende. Alle dinck ſonder argeliſt. In kenniſſe der waerheyt ſo hebben wy Vicarien ende Choorgeſellen voergenoemt gebeden den Weerdigen ende Eerſamen onſen Heeren Deken ende Capittel van St. Peters t'Utrecht voorſz. deſen brief over ons mit haer Capittels ſegel te willen beſegelen, want wy*

† Hora hæc ex iis, quibus preces à clero quotidie ad Deum fuſæ, in duodecimam incidens. Vid. *lib. 1. de Nobilit. cap. ult.*

wy geen ſegel en hebben. T'welck wy Deken ende Capittel voergenoemt ter bede ende begeerten onſer Vicarien ende Choorgeſellen belieft ende geern gedaen hebben. Gegheven int jaer ons Heeren CIↃ. IↃ. *ende* XXIV. *opten ſeſten dach in Novemb. Ende was onderteyckent, By my*, Ioris *van* Solms, *Deken.*

IV. Eccleſia autem S. Petri, ut quæ principi Apoſtolorum ſacra, opibus præpotens, & nulli alii ſecunda. Unde & non parvum interdum urbi ſubſidium. Flagrante bello inter Urbem & Davidem epiſcopum, cum quinque eccleſiæ, quantum poſſent, conferrent in uſum belli, collatum etiam à S. Petri. Quid & quantum oſtendit, quod ſcribenti in manus incidit, inſtrumentum hujuſmodi.

De clenodiis per Capitulum S. Petri civitati Trajectenſi ſub cartis, ſolitis, & conſuetis, & per alias quatuor eccleſias factis proteſtationibus gratioſe mutuatis, juxta formam cedulæ ſubſequentis. In den jare ons Heeren M. CCCC. LXXXII. *opten eerſten dach van Auguſtus hebben die Eerſame Heeren Deken ende Capittel St. Peters t'Utrecht vruntelyck geleent der Stadt Utrecht voorneemt, aen handen der eerſame goede mannen* Adriaen *van* Ryn *Borgemeeſter*, Beernt *van* Groenevelt, *ende* Tyman Isbrantſen *overſte Oudermans der Stadt Utrecht voergenoemt, alſulcke clenodien als hier na beſchreven ſtaen ende benoemt. Item* VII. *groote Brutſſen wegende te ſamen* XXXI. *marck ſilvers. Item* VII. *Brutſſen geamilgeert ende drie ſteenen wegende t'ſamen* XVIII. *marck en vyftalf loot ſulvers. Item* 2. *ſilvere ſchotelen, een wieroockvat, een wieroocks ſchip, een ſilveren paes, twee ſilvere pullen, een deel ſilvere bellen, wegende te ſamen* XV. *marck,* XIII. *loot ſulvers. Item die* VIII. *groote Brutſſen voorſz. elck marck voor gout ende maecken gerekent* IV. *Rynſche gulden current. Facit gout ende maken te ſamen* C. *ende* XXVI. *Rynſche gulden. Item van den anderen* V. *Brutſen van gout, ende maken elck marck* III. *Rynſche gulden. Item ſumma totius van maken ende vergulden voorſz* CLXXXII. *Rynſche gulden current. Acta ſunt hæc in choro dictæ eccleſiæ S. Petri Trajectenſis, anno, menſe, & die, quibus ſupra. Præſentibus ibidem Venerabilibus Dnis H. de Reno Decano, Iudoco de Winſen, Iohanne Leye Canonicis, Ioanne Maes, Guntero de Adendomp & Gisberto Theodori perpetuis Vicariis eccleſiæ antedictæ, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.*

V. Nequid autem præterea, quod huc pertinet, omittatur, addam etiam excerptum ex Anniverſario S. Petri, quo & nomina continentur ejuſdem aliquot collegarum, eorundem parentum, quo anno fato quis-

que functus, & quantum pro memoria & ſacris annuis eccleſiæ ab unoquoque relictum. Eſt autem hujuſmodi.

Ann. 1547. *Obiit venerabilis Vir Dominus* Iacobus *de* Wynſen, *ſenior quinque eccleſiarum Canonicus. Ad cujus memoriam dantur Dominis duo loot argenti ſecundum conſuetudinem eccleſiæ.*

Anno 1523. *Obiit venerabilis Vir* Anthonius *de* Wynſen, *hujus eccleſiæ Canonicus, ad cujus memoriam dantur Dns ſecundum conſuetudinem duo loot argenti.*

Anno 1585. 27. *Aprilis, obiit venerabilis Vir, Dns* Iohannes Proejes, *Canonicus hujus eccleſiæ, & ſolverunt executores pro ipſius memoria* 50. *florenos Carolinos.*

Anno 1578. 20. *Octobris. Obiit venerabilis Vir, Dns* Cornelius Utenenghe, *Canonicus & ſcolaſticus hujus eccleſiæ, pro cujus memoria dantur* 96. lb. *hoc modo diſtribuendæ; pro memoria dantur* 64. *pro* .... 24. *lib. & pro celebrantibus* 8. lb. *Hic fuit ſenior Canonicus eccleſiarum Trajectenſ. & legavit ſua bona, tam patrimonialia, quam alia.*

Memoria Dni Ottonis *de* Snellenberch *Vicarii hujus eccleſiæ.*

Obiit Dna Hadewigis *mater dominorum* Gerardi Cockart, & Nicholai Friſonis.

Anno 1296. *Obiit* Gerardus *dictus* Cockart Theſaurarius *eccleſiæ noſtræ.*

Anno 1566. *Obiit venerabilis atque egregius Dns* Iohannes *de* Coninc *ſenior quinque eccleſiarum Trajectenſium Canonicus, ad cujus memoriam dantur Dominis* 8. *libr. & Choriſociis* 6. lb. *cujus animæ propitietur Deus.*

Obiit Henricus Vrencke *Canonicus noſter & Theſaurarius, ad cujus memoriam dantur* xx. *ſolidi, choralibus quinque ſolidi, & cuſtodi tres ſolidi; de quibus ipſe cuſtos dabit candelas in anniverſario ſuo, & cum hoc compulſabit. Item idem cuſtos habebit* xii. *denarios de compulſatione in anniverſario Domini* Gerardi Vrencke. *Item tantum in anniverſario Domini Theodorici fratris ſui pro compulſatione. Et hanc pecuniam presbyter deſeruiens altari beatæ Mariæ ante chorum à latere dextero, quod inſtituit Dominus* Giſelbertus Torrekin *bonæ memoriæ. Præpoſitus ſanctæ Mariæ dabit de fertella ſita in Bertengen, quam nunc colit* Tydemannus *filius* Tydemanni de Anſoer.

Anno 1549. *Obiit venerabilis Dominus* Chriſtophorus *ab* Amſtel & *Mynden Canonicus hujus eccleſiæ.*

Obiit Agnes *Dna de* Vianen *uxor domini* Huberti.

Anno 1593. *Obiit venerabilis & egregius Dominus* Theodoricus *de* Zu-

Zulen *Canonicus eccleſiæ noſtræ, qui legavit pauperibus Chriſti,* 28. *ædes retro ſanctum Iacobum, cum annuis redditibus, & pro memoria ipſius ſoluti ſunt quinquaginta floreni Carolini.*

Anno 1338. *Obiit* Walterus *de* Blommeſtein, *noſter Concanonicus.*

Anno 1439. *Obiit magiſter* Gerardus *de* Hynderſteyn, *Canonicus hujus eccleſiæ.*

Anno 1417. *Obiit* Fredericus *de* Mera.

Obiit Hubertus *de* Boſinchem *miles, pater* Iohannis *de* Culenborch. *Ad memoriam ejus dantur* xv. *ſolidi præſentibus in choro.*

Anno 1304. *Obiit* Iacobus *de* Lichtenberch, Gerardus Vrencke, *&* Wernerus Frederici, *cives. Ad memoriam eorum dantur* xv. *ſolidi præſentibus. Et de anniverſario Dni* Gerardi Vrencke *habebit cuſtos* 12. *denarios, quos dabit presbyter deſerviens altari beatæ Mariæ ante chorum à latere dextero.*

Obiit Gerardus *dictus* Friſo *olim hujus eccleſiæ Canonicus.*

Obiit Albertus *dictus* Cockaert; xv. *ſolidi de manſo ſito in* Hoyncoop *in juriſdictione Dni* Gerardi *à* Vliete. *Item eodem die ad memoriam* Mechteldis Cockart.

Anno 1545. *Obiit honorabilis Vir, Dominus, & Magiſter* Iohannes Ruyſch *majoris, & hujus eccleſiarum Trajectenſium Canonicus.*

Obiit Pelegrinus *de* Reno *hujus eccleſiæ præpoſitus.*

Obiit Johannes Cockart *Canonicus noſter.*

Obiit Wilhelmus *dictus* Cockart, *civis Trajectenſis & frater Teutonicorum.*

Anno domini 1537. *menſis Aprilis die ſecundo obiit honorabilis vir, Dominus* Iohannes Utenham. *Ad cujus memoriam dantur duo loot argenti ſecundum conſuetudinem eccleſiæ.*

Anno 1593. 8. *Aprilis obiit venerabilis Vir, ac Magiſter* Iohannes *vander* Haer, *Canonicus hujus eccleſiæ, & ſolvit per executores ſuos pro memoria ſua quinquaginta florenos Caroli. Inſuper legavit pauperibus Chriſti in eccleſia noſtra hebdomadatim multos redditus diſtribuendos annuos.*

Anno 1541. *Obiit honeſta matrona* Margareta, uxor Gerardi Verhaer, *& mater Dni & Magiſtri* Jacobi *vander* Haer *confratris noſtri.*

Obiit Gerardus Albus *decanus majoris eccleſiæ Trajectenſis.*

Obiit Dominus Gerardus Cockart *anno* 1321.

Anno Dni 1569. *die* 14. *Obiit honorabilis Vir atque honorandus dominus* Jacobus Utenenge, *utriuſque juris Licenciatus, Decanus, &*

Canonicus hujus eccleſiæ. Ad cujus memoriam dantur dominis x. *libræ, & Choriſociis quinque libræ, cujus animæ propitietur Deus.*

Anno 1573. 23. *Maji obiit venerabilis dominus* Arnoldus *à* Bucchel *Canonicus hujus eccleſiæ, & legavit pro memoria ſua parentum, & benefactorum ſuorum, ſeptem florenos,* xx. *ſtuferos pro floreno &c.*

Memoria Dni Arnoldi Gruyter *quondam Canonici hujus eccleſiæ.*

Obiit Wonna *uxor Dni* Wilhelmi *dicti* Cockart *ſenioris. Reliquit ſeptem ſolidos, & ſex denarios, de bonis in Bodengrave.*

Anno 1346. *Obiit* Johannes *de* Bronchorſt, *olim præpoſitus eccleſiæ ſancti Salvatoris Trajectenſis.*

Anno 1608. *die beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſacro obiit venerabilis Vir Dns* Petrus *de* Voocht *à* Rynevelt, *Canonicus hujus eccleſiæ. Dantur quinquaginta florini.*

Anno 1586. *die* xx. *menſis Julii, obiit venerabilis & egregius Dns Magiſter* Jacobus Verhaer, *conſanguineus Pontificis maximi Adriani ſexti piæ memoriæ, hujus eccleſiæ Canonicus ſenior, & aliarum quatuor eccleſiarum Trajectenſium, qui legavit Capitulo noſtro meliorationem domus ſuæ clauſtralis ad præſentias matutinorum &c.*

Duplex feſtum, quod inſtituit Dns Iohannes Cockart *noſter Concanonicus.*

Obiit Iacobus *de* Draeckenborch, *Canonicus hujus eccleſiæ.*

Obiit Gilelbertus *de* Rueel *olim Canonicus hujus eccleſiæ.*

Anno 1374. *prima die menſis Auguſti obiit Dns* Petrus *de* Compoſtelle, *hujus eccleſiæ Canonicus.*

Anno 1541. *menſis Auguſti die ſeptima obiit venerabilis, & egregius Vir, dominus* Georgius Zolms, *Decanus & Canonicus hujus eccleſiæ, pro cujus memoria duo loot argenti diſtribuuntur.*

Anno 1559. 12. *Septembris. Obiit honorabilis dominus* Folpardus *de* Waell. *Canonicus hujus eccleſiæ. Dantur duo loot argenti ſecundum conſuetudinem.*

Anno 1676. 13. *Septembris obiit venerabilis Dns* Bernardus *vander* Boechorſt, *Canonicus eccleſiæ noſtræ, & ſolvit pro memoria ſua, quinquaginta florenos Caroli.*

Anno 1379. *in Septembri obiit dominus* Gilelbertus *dominus de* Abcoude, *& de* Duerſteden.

Anno 1360. *Obiit dominus* Zuederus Uterloo, *præpoſitus noſter.*

Anno 1455. *Obiit honorabilis Vir dominus* Gerardus *de* Damaſcho, *Canonicus hujus eccleſiæ.*

Obiit

Obiit Wilhelmus Zuermont *de* Hinderſteyn, *pater magiſtri Petri, quondam Decani hujus eccleſiæ.*

Item ad memoriam dominæ Wonnæ *uxoris domini* Wilhelmi Cockart.

Anno 1578. 28. *Octob. Obiit venerabilis Vir, Dns* Cornelius Utenenghe, *ſcolaſticus & Canonicus hujus eccleſiæ, qui fuit* † *ſenior quinque eccleſiarum, & legavit Capitulo noſtro omnia ſua bona tam patrimonialia quam alia.*

Rampo *de* Wale, *miles. Ad memoriam ejus dantur præſentibus in vigilia, & miſſa* XVI. *ſolidi de bonis quondam Regbenbogbes, ſitis apud Broecklede, in juriſdictione ſancti Petri.*

Anno 1597. *menſis Nov. die ſexta. Obiit venerabilis dominus* Alphardus *de* Conack *noſtræ eccleſiæ Canonicus & ſcolaſticus, & ſolvit pro memoria ſua quinquaginta florenos.*

Obiit Machtildis *filia* Wilhelmi Cockart, *de dimidio manſo ſito in Hoincop, in juriſdictione domini* Gerardi *de* Vliete. *Item ad feſtum beati Euſtachii, quod inſtituit dominus* Gerardus Cockart *Concanonicus noſter.*

Anno 1376. XI. *die menſis Novembris, obiit dominus* Rodolphus *vander* Coornmarckt *Canonicus hujus eccleſiæ.*

Anno 1454. *Obiit honeſta domicella* Mechtildis *filia* Theodorici Keyſer, *mater domini* Nicholai *de* Spaerwoude *Canonici noſtri.*

Anno 1467. *Obiit venerabilis vir dominus* Petrus Zuermont *de* Hynderſteyn *quondam Decanus hujus eccleſiæ.*

Obiit Petrus *dictus* Zoudenbalch *pater domini* Tygeri *noſtri Concanonici. Ad memoriam ejus dantur* X. *ſolidi de bonis quæ empta ſunt erga* Jacobum *de* Rodenborgh. *Obiit* Gerburgis *mater domini* Tygeri, *noſtri Concanonici. Ad ejus memoriam dantur ut ſupra ex eiſdem bonis &c.*

Henricus quartus Rex liliger interit ictu,
In curru ſpatians geminato verbere cultri.
Mors † *ardentis agri tua erit* * *cava terra ruina.*

† Mors Barneveltii. * Hollant.

† Duplex erat album. Cujuſque eccleſiæ ſpeciale, in quo nomina tantum fratrum ejuſdem eccleſiæ, & aliud quinque eccleſiarum, quod erat generale, in quo nomina omnium, quotquot Ultrajecti, habita ratione temporis, quo aſſumptus quiſque in Canonicum. Eccleſiæ ratio tum nulla. Temporis tantum, ſecundum quod quisque aut junior aut ſenior. Et prout junior aut ſenior dicebat votum unuſquiſque, aut prior, aut poſterior, cum Capitulum generale.

FUN-

FUNDATIO IV.

Eccleſiæ S. JOANNIS *Trajectenſis*

SECULO XI.

I. Eccleſiam S. Ioannis quis extruxerit, jam dixi. Quod Ioanni ſacra Baptiſtæ, oſtendit inter cetera ſigillum etiam eccleſiæ, quod & exprimit ἔνδυμα, ſeu *trichinam* ejus veſtem, quam ei tribuit Cyprianus, ſeu alius quiſquis auctor eſt libri de *Cœna domini*. *Racanas* vocant alii. Alii *veſtem Cilicinam*. Avitus *libr.* 4. *carm.*

Mollibus abjectis Cilicum dant tegmina ſetæ.

Racanæ vox barbara, ſed quæ Græcæ eſt originis. Græcis τρίχινον ῥάκος, *pannus vilis, & humilis.* Ennod. 8. *epiſt.* 17. *Lænam & racanas, cujus vos volueritis coloris, rubei, aut fuſci, mihi ſub celeritate dirigite.* Formam veſtis videre eſt *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 12. & 49. Speciatim eccleſia hæc recepta à Papa in protectionem, ut diploma eſt argumento.

Innocentius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Decano & Canonicis ſancti Iohannis Trajectenſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii juſtis precibus inclinati Eccleſiam & perſonas veſtras cum omnibus quæ impræſenti rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem quartam partem decimarum in Scalden & de* Fronacker, *de* Wail, *de* Dubble, *de* Hire, *& de* Edhe *eccleſias & decimas, & de Boſinchem & de Balgoie eccleſias, decimas, & curtes, eccleſiam de Scorle cum Capellis & decimis, & in Geishorne, in Nodeke, Alſinchove, Lintvelde, Oholre in Tuenta, Oholre in Velua, & Everickesdorpe curtes, jus quoque ac reditus, quæ habetis in Nardinclant, ſilvam Vuirs, & villam videlicet Midregh cum eccleſia, terra, decima, & jure alio, quod habetis ibidem, ac omnium pertinentiis prædictorum, ſicut ea omnia juſte ac pacifice obtinetis, vobis & per nos eidem eccleſiæ noſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beato-*

beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani Nonis Februar. Pontificatus noſtri anno octavo decimo.

II. Quod eccleſiæ hujus fines admodum olim ampli, abunde ex eo conſtat, quod ex una parte pertigerint uſque ad clauſtrum *albarum virginum*, quod ad portam ejuſdem nominis, ex altera uſque ad fines majoris baſilicæ. Charta Ann. 1364. *op ſinte Iohans Oudwyc tuſſchen Hofſtede der Heeren van ſinte Peters* &c. Charta Ann. 1298. *aream quandam &c. prout ſita eſt & extenſa in longum & in latum à muro clauſtri Albarum dominarum in Trajecto verſus plateam ſitam ſuper Aldvicam S. Iohannis &c.* Cœmeterium ampliſſimum, area ultra macellum, porrecta ad ædem devotarum, quæ vocantur *Beggina*. Charta Ann. 1419. *dat weſteynde van ſynre Hofſtede gelegen op ſinte Iohans Oudwyc, ende ſtrecket aen de Beghynen muyr after Aven huſinge, die ſy ſtaende heeft aen ſinte Ians velt.* Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1546. 17. Febr. *Alſo een nieuwe Aefdocht gemaeckt is by t'Bagynhof aen ſint Ians velt tot cieraedge van deſe Stadt, ende omme die quade lucht die after t'vleyſchuys, ende daer omtrent te weſen plach, te vermyden &c.* Eccleſiæ multum detrimenti non minus quam cæteris flammarum vis attulit. Bis incendio conſumpta. Semel ſub Heriberto Ann. 1148. Heda *in Heribert.* Et rurſum diu poſt ſub Iohanne Naſſovio Ann. 1279. Heda in *ejus vita:* Ferendis autem impenſis ad reſtituendum neceſſariis quum collegium eſſet impar, per univerſam diœceſin, qua paret in ſpiritualibus epiſcopo Trajectenſi propoſitis indulgentiis fideles invitati ad collationem pecuniæ. Nec à dandis elemoſynis continuit manus adjutrices diœceſis vicina, ut teſtantur libelli quaquaverſum per eam miſſi.

Everhardus *Dei gratia Monaſterienſis epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus Salutem in omnium Salvatore. Inter cetera caritatis opera elemoſina eſt, quæ operit multitudinem peccatorum, culpam imminuit, pœnam eluit, & auget gratiam in futuro. Cum itaque dilecti in Chriſto Decanus & Capitulum ſancti Iohannis Trajectenſis eccleſiæ ſuam eccleſiam per incendium miſerabiliter deſtructam de novo readificare inceperint opere ſumptuoſo, nec ad hujuſmodi conſummationem operis perpetuæ ſibi ſuppetant facultates, niſi fidelium elemoſynis adjuventur, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & cohortamur in domino, vobiſque in remiſſionem injungimus peccatorum, quatenus de bonis à Deo vobis collatis pias ad hoc elemoſinas & grata karitatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram dictum opus*

valeat conſummari, voſque per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, poſſitis ad æternæ felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia & beati Pauli patroni noſtri auctoritate confiſi omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad hoc manum porrexerint adjutricem, diœceſis Epiſcopi accedente conſenſu, quadraginta dies & karenam de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus, Præſentibus poſt conſummationem operis minime valituris. Datum Monaſterii feria quarta ante feſtum beati Michaelis Ann. Dni M. CC. LXXX.

III. *et karenam.* Karena eſt jejunium quadraginta dierum, quibus non ſumebant niſi panem & aquam. Charta apud Buchel. ad Hed. p. 220. XL. *dies & unam karenam de injunctis ſibi peccatorum pœnitentiis miſericorditer relaxamus.* Unde vox ſit formata pridem jam dixi ad *Annal. Egmundan. cap.* 37.

Cæterum pecunia in unoquoque territorio per Decanos collecta, & Ultrajectum transmiſſa eſt, ut patet ex literis epiſcopi Trajectenſis.

Johannes Dei gratia Trajectenſis electus. Univerſis Decanis, Proviſoribus, Sacerdotibus inveſtitis, ac Capellanis cujuſcunque conditionis per diœceſim Trajectenſem Salutem in Domino. Cum eccleſia beati Johannis Baptiſtæ per incendium ſic contigerit deſtitui, ſicut cunctis exſtat notum, ut non ſine fidelium elemoſynis valeat ſublevari, vobis ſingulis & univerſis per pœnam ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiæ jam latæ ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus negotio dictæ eccleſiæ coram veſtris ſubditis fideliter propoſito ſecundum cartulas, quas nobis Nuncii dictæ ſtructuræ ſeu eccleſiæ duxerint offerendas, conveniatis in unum ad diem & horam, quam vobis Nuntius ſeu Nuntii dictæ eccleſiæ duxerint præfigendum, & elemoſinam quam fideles ad dictam fabricam fuerint largiti, ad certum terminum reportetis, quem nobis dictus nuntius duxerit ordinandum. Ita videlicet, quod pendente negotio dictæ fabricæ nullius negotium ſive beati Rumoldi, *ſeu cujuſcunque alterius, excepto beati Martini recipiatis. Inhibemus vobis, ne aliquis de procuratoribus eccleſiarum portionem aliquam de petitis recipere vel exigere præſumat. Volumus ut cum procuratoribus eccleſiarum veſtrarum computatione facta à prædictis nuntiis petita pecunia integraliter reportetur. Damus autem præſentibus plenam poteſtatem Nuntiis ſeu Nuntio antedicto, ut ipſi reſiſtentes ipſis citare valeant coram nobis ad obicienda reſpondendum, ut inobedientiæ recipiant talionem. Datum Ann. Dni* M. CC. LXXX. *quinto, Sabbato ante Simonis & Judæ Apoſtolorum.*

Sive

Sive beati Rumoldi. Quis hic S. Rumoldus? Tribus tantum verbis & obiter Mabillonius *ſecul.* 3. *SS. ord. S. Bened. part.* 2. RUMOLDUS *Epiſcopus & martyr. Lege ejus Acta apud Surium die* 1. *Julii, & notas Menardi in Martyrologium.* Neuter cum ad manum eſſet, nec uſpiam aliud occurreret, per literas adii, ne alioquin jejunus lector diſcederet, rerum harum peritiſſimum, ſtudiis humanitatis, & editis Sanctorum Actis longe celeberrimum, Danielem Papebrochium, qui literis mox datis VIII. Martii ſuperioris anni reſpondit, ut ſequitur: *Sanctum Rumoldum ſive Rumbodum, de quo interrogas per datas* 16. *Februar. nullum novi, nec ut puto novit Belgium, diverſum à civitatis Mechlinienſis patrono, qui creditur peregre illuc adveniſſe ſtudio ſolitariæ vitæ, & adjutus favore dynaſtæ, aliorumque piorum, eccleſiam primam ibi conſtruere cœpiſſe, qua occaſione duo ex operariis, vel offenſi liberiore ejus reprehenſione, vel ſpe pecuniæ apud eum reperiendæ dulti ipſum occiderint. Putatur coævus & familiaris fuiſſe S. Gummaro vicini oppidi Lirenſis patrono. Vita quatuor ſeculis antiquior non eſt, ex traditionibus vulgi male conſuta, uti & S. Gummari aliorumque plurium ſeculo decimo quarto, aut ſerius, eum ipſi ad ſeptimum aut octavum pertinere videantur. In prima diſplicet, quod cum nomen perfecte Teutonicum ſit, dicatur ex Hibernia veniſſe, & fuiſſe Dublini Archiepiſcopus, ſcilicet multo prius quam vel Dublinum in Hibernia eſſet, vel titulus Archiepiſcopalis tota inſula cœptus uſurpari. Fortaſſis natione Saxo ex Britannia huc advenit, eccleſiæ ibi alicujus deſignatus Præſul, aut etiam conſecratus, quam ille quiete contemplationis dimiſerit. Colitur die* 1. *Junii, deque eo invenies breve elogium apud Molanum in Faſtis Sanctorum Belgii.* Et hactenus Papebrochius. Addi poſſunt, quæ habet Martyrol. Roman. ad 1. *Kal. Jul.* & quæ ibi Baronius.

IV. Reliquiis plena olim urbs. Nullum altare, ut non dicam de templis, deſtitutum reliquiis. Nec in S. Ioannis pauciores quam alibi. Sua ei & olim & hodie ornamenta. Bibliotheca inprimis publica, quæ undique inſtructiſſima librorum varia ſupellectile, Carthuſianorum aliorumque collatis in eam libris, chorum occupat univerſum. In templo viſitur epitaphium Buchonis à Montzima, amplum admodum & honorificum, quod exſcriptum à me addam hic.

Reverendo in Chriſto patri ac domino Dn. BUCHONI *à* MONTZIMA, *artium ac S. Theologiæ Doctori eximio, præcipuarum linguarum egregie perito, ex quibus Hebræam in Lovanienſi Academia publice profeſſus eſt, cujus Doctoratus celebritas magnificentiſſima fuit, nec talis*

lis à condita Univerſitate ſimilis viſa. Nam decorarunt illam ſua præſentia Epiſcopi quatuor, Principes duo, Aurangiæ & Chymaji, Comites & Barones multi, inter quos doctiſſimus Comes Meurſiæ, Equites, & nobiles, & ſtudioſi omnium facultatum quam plurimi, miſſi ab eccleſia Trajectenſi, Præpoſitus & Decanus majoris & S. Salvatoris. Reneſſe & vander Burchius ex S. Ioanne. Aderat & Legatus Gubernatricis Parmenſis Ducis cum toto privato Concilio, viris prudentibus, & varia eruditione præclaris. Fuit & hujus S. Ioannis Baptiſtæ Præpoſitus & Archidiaconus, metropolitanus, & S. Salvatoris, & S. Ioannis Canonicus, Liber dominus in Midrecht, Wilnis, Cudelſteert, Zevenhoven, Thamen, Dominus in Achtienhoven, Blocklant, Uythoorn, quam Præpoſituram obtinuerat ex reſignatione illuſtris Baronis Favernay Clariſſimi Icti, Dni Viglii Zuichemi in Friſia ex ſorore nepos. Ioannes à Reneſſe S. Ioannis Decanus, quinque eccleſiarum Trajectenſium ſenior Canonicus, dicti Dni Præpoſiti in eccleſiaſticis & temporalibus Vicarius & Officialis, atque ejus munificentia Præpoſitura Goedelandiæ donatus, & ultimæ voluntatis executor Dn. ac Patrono ſuo B. M. poſ. & gratitudinis ergo ad memor. & ornat. P P. C. Inter prandendum vir piiſſimus apoplexia tactus ſubito ſpiritum Deo reddidit, maximo amicorum, collegarum, egenorum, omniumque bonorum luctu & deſiderio VI. *Februar.* 1594. *Traj. Vixit annos* LVIII. *menſes* XI. *dies.* . . . . .

Plura ibi epitaphia, in primis duo hæc, quæ ſequuntur: *Dna Anna de Abcoude à Meerten ab Eſſeſteyn, quæ cum plurimis annis adverſus mortem continuo fere morbo ex animi mœrore collectam patientiſſima eſſet, precibus inſtanter ad Deum emiſſis, ut ex hoc ergaſtulo liberaretur, exandita tandem ſpiritum creatori remiſit, cum exulaſſet annos octuaginta ſeptem, dies* XXI. *Obiit* XVI. *Decembr. anno Salutis* XCVII. *poſt* CIↃ. IↃ. *Ioannes à Reneſſe hujus S. ædis S. Ioannis ſenior Canonicus, & el. Dec. Perſona perſon. Goedel, atque Anna Adami Weerdenburgii conjux matri pientiſſ. Ioannes & Fredericus Monier fratres Canonici, & Helmia Splytloſii Reipubl. Zuollan. quondam Conſil. proles avia &c. Have Lector, mori diſce, & in rem tuam vade.*

Siſte ſi lubet viator gradum pauliſper, & quid ſibi velit, ac cujus ſit hæc pendens tabula reſpice. Docebit. Eſt Ioannes Reneſſe, qui hujus ædis S. Ioannis Baptiſtæ ætatis ſuæ XXII. *Ann.* CIↃ. IↃ. LII. *creatus eſt divina benignitate Canonicus, mox inde Lovanium miſſus in pædagogio porci* VII. *Aprilis artium liberalium non infimo ordine vix*

dum

dum decimum quartum ætatis annum attingens magiſterio decoratus fuit. Porro ad juris utriuſque ſtudium ex parentum ſententia ſe contulit, quod conſueto annorum communi curſu ex parte abſolvit. Domum reverſus vitam totam evolvendis bonis authoribus contrivit, & nihilominus interea omnibus eccleſiæ officiis probe perfunctus inter cetera Vicarius & Officialis Archidiaconi S. Ioannis a RR. DD. Favenna & Montzima . . . . . in Archidiaconatu ſuccedentibus nominatus, ac Perſonatus Goedel. dignitate à poſtremo donatus fuit. Quin etiam poſt obitum illuſtris Baronis Frederici de Tautenburch Archiepiſcopi Trajectenſis Officialis & Vicarius Sede vacante deſignatus, tandem ætatis anno LIX. *Decanus electus, vita decurſum Dei Opt. Max. clementia protraxit, donec etiam quinque eccleſiarum Trajectenſium ſenior Canonicus D. G. dudum evaſerit, natus Anno* CIↃ. IↃ. XL. *Maji* II. *Sed poſt omnes has ſtatus ſui dimenſiones denatus* CIↃ. DC. XIX. *ſexto Kal. Aug. ætatis* LXXIX. *Requieſcat in pace Amen.*

Ioannes à Reneſſe, cujus primum epitaphium, filius fuit Adriani à Reneſſe, olim Decani & Scholaſtici Trajectenſis, hominis tam enormis libidinis, ut centum virgines, ut fertur, & ultra compreſſerit, relictis, de quibus conſtat, Maria conjuge Petri Ruyſch ex Mabilia filia Adami van Diemen, ex Anna van Abcoude van Meerten van Eſſeſteyn, quæ filia erat Ioannis domini de Eſſeſteyn, & Mathildis filiæ naturalis domini de Montfoort, Ioanne quem dixi, Decano S. Ioannis, Maria, Heſtra, & Anna, quarum Heſtra erat nupta Simoni Monier, Anna Adamo van Weerdenburch Præfecto Wachtendonci. Obiit Adrianus Ann. 1559.

V. In S. Ioannis præbendæ erant viginti, in S. Petri triginta. Et quod ad Præpoſitum, quod in ceteris collegiis ſuus cuique Præpoſitus id & S. Ioannis præſtabat ſuo quotannis, præſtito etiam eo nomine juramento hujuſmodi: *Nos N. Præpoſitus eccleſiæ S. Ioannis Trajectenſis promiſimus & promittimus bona fide dominis, Capitulo, eccleſiæ S. Ioannis prædictæ, quod nos deinceps in antea ratione noſtræ Præpoſituræ S. Ioannis miniſtrabimus, trademus, & ſolvemus annuatim dictis dominis, Capitulo, ſeu eorum piſtori ipſorum nomine recipienti centum & octuaginta modios tritici, ducentos & viginti modios ſiliginis, ſeptingentos & viginti modios havenæ clauſtralis, & majoris menſuræ Trajectenſis, & quod trademus & ſolvemus annuatim dictis dominis, Capitulo* XCVIII. *libras*, XI. *ſolidos*, & VIII. *denarios fortis & antiquæ monetæ &c.* Sed jam deſiit juramentum id, pro his ſolitis

ſolitis quotannis ſolvi ducentis florenis annuis. Quo ipſo omnis quæſtio, quæ de potu, de pane, de annona olim frequens, prorſus deinceps præciſa eſt. Parſum ſic expenſis, quæ graves ſæpe & diuturnæ, ut in cauſa inter Præpoſitum & Capitulum S. Petri, quam ſuſcepto in ſe arbitrio epiſcopus tandem aditus decidit, ut ſequitur.

Florentius *de* Wevelichoven *Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus Trajectenſis ad univerſorum notitiam deducimus per præſentes, quod dudum exorta materia quæſtionis inter Venerabilem virum Dnm Rodolphum de Yſendoren Præpoſitum eccleſiæ noſtræ S. Petri Trajectenſis conſanguineum noſtrum parte ex una, & Venerabiles ac diſcretos viros Dnos Decanum & Capitulum dictæ noſtræ eccleſiæ parte ex altera, de & ſuper adminiſtratione denariorum menſurnalium, ac ſervitio panis & cereviſiæ per dictum Præpoſitum præfatis Dominis Decano & Capitulo aliiſque perſonis dictæ eccleſiæ faciendis in nos tanquam in arbitrum juris per partes antedictas extitit compromiſſum, prout in inſtrumento publico deſuper confecto plenius continetur. Sane conſtitutis coram nobis Dno* Rudolpho *Præpoſito pro ſe ipſo & ſuis ſucceſſoribus parte ex una, nec non* Wilhelmo *de* Riebeec *Canonico dictæ noſtræ eccleſiæ ſancti Petri Trajectenſis, ac Procuratore & procuratorio nomine Dnorum Decani & Capituli eccleſiæ noſtræ ſupradictæ parte ex altera, dictæ partes noſtrum arbitrium ſive noſtram ſententiam ſuper his ferri cum inſtantia poſtularunt. Nos igitur* Florentius *Epiſcopus, qui ex cura Paſtorali aſtringimur, ut noſtris ſubditis quietem præparemus, eoſque ad pacem, quantum nobis eſt poſſibile, reducamus, communicato nobis jurisperitorum conſilio & diligenter inſpectis per partes hinc & inde productis, allegatis, & probatis, per hoc noſtrum arbitrium, ſive per hanc noſtram ſententiam, pronunciamus & diffinimus in hunc modum. Quod dictus Dns* Rodolphus *Præpoſitus tempore ſuo & quilibet ſucceſſor ſuus Præpoſitus pro tempore obligatus eſt & tenetur dare, tradere, & perſolvere dictis Dnis Decano & Capitulo loco denariorum menſurnalium præfatorum in quolibet anno per decem menſes, & in principio cujuslibet menſis pro qualibet præbenda, ſeu portione præbendali triginta præbendarum, octo groſſos Turonenſes antiquos regios vel valorem eorundem in moneta communiter uſuali pro tempore in civitate Trajectenſi currente. Item quod dictus Dns* Rodolphus *Præpoſitus pro tempore ſuo & quilibet ſucceſſor ſuus Præpoſitus dictæ eccleſiæ ſancti Petri pro tempore obligatus eſt & tenetur dare, deliberare, & miniſtrare, cuilibet de triginta præbendis ſeu portionibus præbendalibus præfatis, aut perſonis ipſarum præbendarum aut*

aut portionum prebendalium, fructus & redditus ſecundum conſuetudinem dicte eccleſie percipientibus decem maldra tritici clauſtralis in panibus, undecim maldra ſiliginis clauſtralis in panibus, & viginti modios avene clauſtralis in cerviſia juxta obſervantias & conſuetudines ejuſdem eccleſie inter Decanum & Canonicos prenominata eccleſie dividendos. Item dictus Dns Prepoſitus pro tempore dabit & miniſtrabit nuncio Capituli & campanario dicte eccleſie panem & cerviſiam & denarios menſurnos, pauperibuſque † mandata per quadrageſimam, ac in Cena Dni mandata Dominis ſecundum conſuetudinem eccleſie ſupradicte, Salvo tamen Prepoſito moderno & ſucceſſoribus ſuis Prepoſitis dicte eccleſie de premiſſis ſervitio panis & cerviſie & denariarum ſuorum menſurnalium portionis ſue prebendalis, qua eſt triceſima prebenda, & ipſi Prepoſiture incorporata ſeu annexa. Item quod dictus Dns Rodolphus *Prepoſitus modernus tempore ſuo & quilibet ſucceſſor ſuus Prepoſitus dicte eccleſie noſtre pro tempore recipere teneatur Canonicum actu Capitularem dicte eccleſie in ſuum ſocium, qui ei aſſiſtere debet juxta obſervantias & conſuetudines eccleſie antedicte. Acta ſunt hec in Eembrugge in Camera noſtra cubiculari, preſentibus Venerabilibus & diſcretis viris Duis, magiſtro Arnoldo de Triebt Prepoſito ſancti Iohannis, Iohanne de Campoſtelle, Huberto Hyſe, & Alphardo de Lichtenberch Canonicis ſancti Petri eccleſiarum noſtrarum Trajectenſium, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum in Eembrugge anno Dni milleſimo trecenteſimo octuageſimo nono menſis Octobris die vicеſima tertia.*

† Mandata hic eleemoſynæ, largitiones, aut annonæ, aut panis, aut pecuniarum. Edmund. de Hadenham *Angl. ſacr. to.* 1. ad Ann. 1148. *conſecratur in epiſcopum &c. qui dedit terram, quæ pertinet ad mandatum paupe-rum in Borſtalle.* Vid. quæ dixi ad Alciat. *epiſt. p.* 515.

VI. Quod ad S. Ioannis etiam prorſus ſingulare id, quod in terris Præpoſituræ omnis ei jurisdictio, & hæc ampla admodum, & inſignis, excurrens uſque ad urbis portas. Nam hinc de glacie cædenda & amovenda ex arcis Vredenburch foſſis inter arcis Præfectum & Præfectum Præpoſiti exorta olim quæſtio, incolas Præpoſituræ negante obſtrictos ad id onus Præfecto Præpoſiti, ut ex ſecundo Curiæ Provincialis, quæ Ultrajecti, Memoriali: *Alſo differente voor ſekere Commiſſaris van den Hove van Utrecht verreſen zs, tuſſchen den Provooſt op den huyſe van Vredenburch ter eenre, ende den Bailliu van den Prooſt van ſint Jans t'Utrecht intervenierende voor d'onderſaten ſyner Prooſtye ter andere ſyde, beroerende het hyten van de graften van Vredenburch, de voornoemde Baillin ſuſtinerende d'onderſaten van den Prooſt ongehouden te ſyn ſulcks te doen mitten anderen gerechten, buyten de vier poorten deſer Stadt Utrecht gelegen, die de bytinge voorſz.*

voorſz. vān outs gedaen hadden, ende gehouden waren te doen, volgende d'ordonnantie daer op gemaeckt, &c. Omnis dixi *jurisdictio.* Alta alioquin olim nulli, nulli ſcilicet ex Toparchis, niſi ipſi duntaxat Et hæc adeo ei propria, ut nec à Curia Provinciali quiſquam in terris ejus capi poſſit aut prehendi, quamdiu officium ſuum facit, nec neglecti poteſt argui, quem ibi habet Præfectum. Ex primo Memoriali: *Op de requeſte den Hove van Utrecht overgelevert van wegen den Prooſt van* St. Iohan *binnen Utrecht, inhoudende hoe tot de Prooſtye behoort de hooge, middele, ende lage jurisdictie van Myert ende ſeeckere dorpen, daer omtrent gelegen in den lande van Utrecht, aldaer onlancks den Provooſt van wegen Keyſerl. Maj. geapprehendeert hadde ſekere rabauwen, ende die op Vredenburch gebracht tot laſte van des Suppliants jurisdictie, verſoeckende dat den Provooſt bevolen ſonde worden, deſelve gevangens in handen van des Suppliants Baillu te leveren om juſtitie gedaen te worden, ofte den ſuppliant te verlenen acte van non prejudicie, ten eynde dat het niet en quame tot quade conſequentie in prejudicie van ſyn Prooſtdye &c. 't Hof verclaert, in geen meyninge te ſyn by deſe oft andere apprehenſien ofte vangeniſſen te prejudiceren den voornoemden Prooſt van St. Iohan in ſyn hooge Heerlicheden, die hy in den voornoemden dorpe hebben ſonde moogen, dan dat 't geene dat daer van geſchiet was, is gebeurt om de landen van Utrecht te purgeren van de misdadigen ende rabauwen den onderſaten van de landen ſeer belaſtende door negligentie van de vaſallen ende laege officiers, daer toe het voorſz. Hof by de Keyſerl. Maj. als Souverain ende overſten Erfheer der Stadt, Steden, ende landen van Utrecht laſt ende bevel gegeven is, daer van het voornoemde Hof den Prooſt van ſinte Iohan oft ſynen gemachtichde geconſenteert heeft, ende conſenteert mits deſen acte, ende dat die vangheniſſe niet en is gedaen omme den voorſz. Prooſt van ſinte Iohan in de jurisdictie, die hy in de voornoemde dorpen hebben mach, eenichſins te prejudiceren. Aldus gedaen t'Utrecht op den 3. dach van Septemb. Ann. 1530.*

VII. Imo habet Præpoſitus, quod paſſim omnes non habent, qui habent jus gladii, jus crimen indulgendi, dandi literas ſecuritatis, condendi ſtatuta, & ut Principes vulgo faciunt pro læto introitu æs aliquod exigendi, quod *precariam* vulgo vocant. Ex libello Ann. 1640. quo jura ipſius continentur: *In den eerſten behoort tot deſelve Prooſtdye de hooge, middele, ende lege jurisdictie over Mydrecht, Wilniſſe, Achtienhoven, Uythoorn, Thamen, ende de gehuchten daer*

daer onder gelegen, uytgeſondert de Roode brugge behoorende aen Achtienhoven, alwaer de Heeren Regenten der Stadt Utrecht de hooge, ende de Heere Prooſt in der tyt, de lage ende middele jurisdictie exerceren. Dien volgende geeft den Heere Prooſt remiſſie ende pardon van alle delicten, die in de reſpective Heerlicheden geperpetreert worden, uytgeſondert die in rechten atroce genoemt worden, ofte crimen læſæ majeſtatis. *Van gelycken geeft den Heere Prooſt geley voor ſes weken, met continuatie van gelycken tyt, ende langer niet &c.* Et ſtatuta adhuc extant, quæ Thamæ & Mydrechti promulgata Ann. 1598. quorum hoc eſt initium.

In den eerſten, dat in elcken Dorpe ende Gerechte by myn Heere die Prooſt geſtelt ſal worden een eerlyk man tot een Schout, ende een tot een Secretaris, die hoeren eedt doen ſullen aen den Ed. Heere Prooſt, ofte ſynen Bailliuw, omme uyt ſynen naem recht ende juſtitie te adminiſtreren.

Item dat die Schout met die Schepenen in der tyt geſamender hant nomineren ſullen thien gequalificeerde perſonen, die den anderen in maechſchap niet en beſtaen, uyt alle welcke by myn E. Heere die Prooſt vyf ſullen mogen worden gecoſen, die jegens het aenſtaende jaer als Schepenen ſullen dienen.

Item ſullen de voorſz. Schouten ende Gerechten gehouden weſen enen ygelycken, die aen den ſelven Gerechte te doen ſal hebben, recht ende juſtitie te laten wedervaren, in manieren hier naer volgende &c.

Finis autem hujuſmodi, Art. 82. *Sullen voorts die Schouten ende Gerechten, Secretariſſen, Gerechtsboden, ende alle ingeſetene van de Prooſtdye, t'gene daer over by deſen niet wort gediſponeert, over al naergaen, ende achtervolgen generalicken alle voorgaende placcaten, ſtatuyten, ende ordonnantien by ons in de voorſz. Prooſtdye gedaen publiceren.*

Art. 83. *Ende wes verſtaen ſoude mogen werden in deſen ende by de voorſz. placcaten ende ordonnantien geomitteert te ſyn, daer inne ſullen die voorſz. Schouten ende heure Gerechten, mitsgaders den Secretaris ende Gerechtsboden, ende andere in de Prooſtdye te doen hebbende, by proviſie obſerveren ende naercomen de beſchreven ordonnantien ende rechten der Stadt Utrecht.*

Art. LXXXIV. *Ordonnerende ende wel expreſſelyck bevelende onſen Bailliu, Schouten, Schepenen, Secretariſen, Gerechtsboden, ende anderen Officiers, mitsgaders ingeſetenen, ende onderdanen van deſe Heerlicheyt ende jurisdictie, deſe ordonnantie als een euwich edict ende Statuyt, ende alle de voorſz. pointten ende articulen, ende elck van dien van nu voortsaen onverbreeckelick ende van pointte tot pointte t'onderhouden, en-*

de te doen onderhouden, procederende ende doende procederen tegens den overtreders van dien by executie van de pœne daer inne verhaelt, niet tegenſtaende eenige coſtuymen, uſantien, ofte andere ſtylen contrarie deſen tot noch toe gebruyckt, die by deſe ordonnantie worden gederogeert, Reſerverende niettemin aen ons de interpretatie ende verclaringe van allen duyſterheden, die uyt de voorſz Ordonnantie ſouden mogen ſpruyten, mitsgaders de ampliatie, correctie, ende alteratie van dien. Ende ten ſine niemant ignorantie hier van ſoude hebben te pretenderen, ontbieden wy onſen Bailluw, Schouten, ende Gerechtsluyden, dat ſy deſe alomme in de voorſz Prooſtdye, daer men gewoonlycken is publicatie te doen, laten vercondigen ende publiceren, want wy ſulck voor de voorſz onſe Heerlicheyt ende den ingeſetenen van dien bevinden oorbaerlyck te ſyn. Gedaen tot Utrecht den 23. *Jun.* 1598. *Was onderteeckent: Iohan van Reneſſe.*

VIII. Quia autem jus gladii ei, rubra cera etiam ſignat. Nec alia uſus vel ipſe, vel collegium cui præeſt, cum reliquis collegiis ſit vel alba, vel viridis. Sed & illud notandum, quod jus alendi olores ei, jus piſcandi in Vecta à rubro ponte uſque ad *Claphout* locum in ſuburbanis, quamvis quod ad piſcationem jus id forſan non tanti. Alia ſunt & plura, quæ jam olim conceſſa ei, & quæ dictus libellus continet, ſed qui nimis prolixus, quam ut inſeri hic poſſit. Etiam jus patronatus ei. Sed heteroclitum illud jus. Extra controverſiam eſt, quod patroni eſt præſentare, epiſcopo ſcilicet, aut ſuperiori, qui confirmandi habet jus. Sed explosis ſacris Pontificiis jam jus id mutatum. Iam Synedrium præſentat, & præſentat patrono. Et patronus, ſi ei viſum, præſentatum confirmat. Etiam libera eſt collatio, cum citra præſentationem, qui jus habet conferendi, eccleſiam confert, cui vult. Et patronus tamen qui confert, & id jus etiam patronatus. Habebat jus præſentandi ſynedrium in Mydrecht, ſed ante annos aliquot accidit, ut cum obtruderet minus gratum Comitiſſæ de Solms, nec induci poſſet, ut mutaret, & nominaret gratiorem, poſt multas altercationes, re ad Ordines deducta, Ordines monuerunt, & monuerunt identidem, ut ſatisfieret Comitiſſæ, quæ Præpoſituræ fructuaria erat jure mariti uſa. Verum fruſtra cum egiſſent, ſynedrio in contumacia contra quam claſſis, quæ etiam ſe rei miſcuit, & ipſius eccleſiæ poſcebat utilitas, audacter admodum perſiſtente, non ferendam Ordines rem rati plenum jus conferendi, ſynedrio amplius non audito, dederunt Comitiſſæ. Non abs re erit, puto, ſi quæ huc faciunt, addam hic: *Extract uyt de Reſolutien van d'Ed. Mog. Heeren Staten s'Lants van Utrecht, Mercurii den* VIII. *Mey* 1695. *Op*

Op de requeſte van die van de Claſſis van Utrecht, int brede daer by vertonende, hoe dat de kercke van Mydrecht, vermits het overlyden van den Predicant Abraham Heycoop, voorgevallen in Octob. 1692. tot nu toe vaceerde, ende narrerende, hoe 't ſich by vervolch int diſpicieren van een ander leeraer, ende deſelve te preſenteren aen haer Excellentie de Vrouwe Gravinne van Solms *&c. hadde toegedragen, verſoeckende om daer by geallegeerde redenen, alſo ſy Supplianten alles hadden bygebracht, t'gene ſy conden bedencken tot ruſt ende genoegen van haer Excellentie, ende die van den kerckenraedt aldaer, dat haer Ed. Mog. naer der ſelver hooge wysheyt ende authoriteyt gelieſden te beſorgen, dat de kercke van Mydrecht voerſz naer kercken ordre, ende nadere interpretatie van dien, ende wel byſonderlyck na het Concordaet den 2. Mart. 1686. tuſſchen haer Excellentie ende de* Claſſis *over het ſtuck der beroepingen in de Prooſtdye gemaeckt, ende ſtatelyck gelyck geteeckent, om voorts onveranderlyck geobſerveert te worden, en by haer Ed. Mog. reſolutie van den 4. Maert 1686. op wederſyts verſoeck geapprobeert, met een bequaem Predikant op het alderſpoedichſte mochte worden voorſien, is geappointeert.*

De Staten van den Lande van Utrecht verſoecken ende committeren de Heeren Ruyſch, *van* Vuylcoop, *ende* Benthem, *om deſen te examineren, ende daer van te rapporteren.*

Iovis den 11. Jul. 1695. *Is gehoort het rapport van de Heeren* Ruyſch *ende andere haer Ed. Mog. Gecommitteerden over de kerckelycke differenten tot* Mydrecht, *die volgens appoinctement ſtaende op de requeſte van de* Claſſis *van Utrecht den 8. Mey laetſtleden geapoſtilleert over den inhout van deſelve requeſte meermaels hadden gebeſoigneert, waer op gedelibereert ſynde hebben haer Ed. Mog. de opgemelte Heeren Gecommitteerden voor der ſelver genomen moeyte bedanckt, ende verſocht als noch ende voor de laetſte mael die van de Kerckenraedt van* Mydrecht *voor haer te ontbieden, wel ernſtelyck aen te manen, om haer Ed. Mog. bevelen binnen den tyt van twee maenden te obtempereren, ende aen de Vrouwe Gravinne van* Solms *genoegen te geven, of dat haer Ed. Mog. ſodanich daer jegens ſullen voorſien, als deſelve ſullen vermeynen te behooren; Dat de gemelte Heeren Gecommitteerden oock voor haer willen ontbieden de Gedeputeerden van de* Claſſis *van Utrecht, deſelve voor haer aengewende devoiren bedancken, ende aenmanen om ten voorſz eynde te continueren in haer ernſtige perſuaſien omtrent de voorſz kerckenraedt, ende bequame middelen ende expedienten uyt te vinden, waer door haer Ed. Mog. oogmerck na behoren mag worden bereyckt, ende aen de Vrouwe Gravinne van* Solms *genoegen gegeven. Want dat haer Ed. Mog. anders ſodanige*

ordres ſouden moeten ſtellen, die na deſen ſouden konnen ſtrecken tot voorcominghe van diergelycke verwerringhen, en van der ſelver verrichtinge albier rapport te doen.

Martis 17. Decemb. 1695. *Is geboort het omſtandich rapport van de Heeren* Ruyſch *ende andere haer Ed. Mog. Gecommitteerden, die volgens Reſolutie Commiſſoriael van den* XI. *Jul.* 1695. *rakende de vacante kercke tot* Mydrecht *alles hebben aengewent ten eynde de intentie van haer Ed. Mog. by de voorſz. Reſolutie vervat wercksſtelligh gemaekt mochte worden, waer op gedelibereert ſynde, hebben haer Ed. Mog. opgemelte Heeren Gecommitteerden voor der ſelver genomen moeyten ende goede devoiren bedanckt, ende verſocht daer in te willen continueren, ende van der ſelver verder verrichtinge ter eerſtvolgende vergaderinge rapport te doen, om als dan dien aengaende nader gedisponeert te worden, ſo als haer Ed. Mog. ſullen goetvinden te behoren.*

Martis 28. Febr. 1696. *Is geboort het nader rapport van de Heeren Gecommitteerden tot de ſake van de vacante kercke tot* Mydrecht, *ende daer op ter vergaderinge mede geleſen ſynde, de reſpective reſolutien van haer Ed. Mog. van den* XI. *Jul. ende van den* 17. *Decemb.* 1695. *hebben haer Ed. Mog. na deliberatie goetgevonden ende verſtaen aen de Vrouwe Gravinne Douagiere van* Solms *&c. in qualiteyt als posſiderende de Prooſtdye van St. Jan te geven ende te confereren het recht ende de macht van Patronaetſchap in de kercke van* Mydrecht, *om uyt kracht van dien aldaer een bequaem Predicant onopſprakelyck in leere ende leven van nu af aen te mogen aenſtellen, gelyck de hooggemelte Vrouwe Gravinne Douagiere van* Solms *by deſen geconfereert ende gegeven wort het voorſz. recht ende de macht van Patronaetſchap in de gemelte kercke van* Mydrecht *ten voorſz. eynde, ende ſal aen de hoochgemelte Vrouwe Gravinne Douagiere van* Solms *extract hier van werden ter hant geſtelt om te ſtrecken tot der ſelver narichtinge.*

Decanus eccleſiæ eſt idem, qui, quod rarum, annos fuit jam quadraginta, vir illuſtris, & de patria, ac diœceſi univerſa, præclare admodum meritus Joannes van Someren. Qui juvantibus eum meritis, rerum ſumma peritia, & profunda admodum doctrina, quam doctiſſimis Commentariis *de jure novercarum*, & *jure Repræſentationis* teſtatam orbi reliquit, gradatim ad honores, & incorruptis ſuffragiis ad dignitates aſcendit. Adeptus lauream Doctoralem agendis cauſis cum dediſſet ſe, eluxit ſtatim vis ingenii, & incredibilis induſtriæ, quæ plaudentibus multum bonis brevi cum evexit ad ſummum tribunal judicum, quod præeſt toti provinciæ. Mox in Ordinum Trajectenſium primum Sta-

tum

tum adſcitus, Ordinum dein nomine ad conſeſſum Ordinum Generalium Hagam Comitis delegatus, nunc Curiæ Provincialis, quæ ſuprema eſt Ultrajecti, Præſes perpetuus, Chomarcha molium ad Leccam &c. è patris mei diſcipulis, vir robuſta adhuc valetudine, cæteris jam extinctis, etiamnum ſupereſt præcipuus, etiamnum vivit floretque. Et certe ex his præter eum, & qui eſt Amſtelodami, Ampliſſimum, & Conſultiſſimum, PETRUM van DAM, de Societate Indica, cujus eſt magnus Syndicus, quam optime, & jam & olim, & præclariſſime meritum, habentemque jam filium Societati Præfectum, & paternis veſtigiis non infeliciter inſiſtentem, Gulielmum van Dam, vix unum aut alterum, ſi bene memini, jam novi.

FUNDATIO V.

Eccleſiæ S. MARIÆ *Trajectenſis*

SECULO XI.

I. Conſtruxit hanc à fundamentis Conradus epiſcopus, quem *graviſſimum & potentiſſimum* hominem vocat Auctor Chronici Abbatiæ S. Trudonis *lib. 4. apud d'Achery to. 7. Spicil.* Archiepiſcopi Moguntini primum Camerarius, ut Lambertus Schafnaburgenſis ait ad Ann. 1074. Henrici IV. nutricius, ut ſcribunt Beka & Heda. Verum perperam, ni fallor, Henrici V. non *quarti* fuit. Ipſe enim Henricus V. eum vocat *nutricium* ſuum in charta Anni incerti de Comitatu in Freſia: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* Henricus *divina favente clementia Romanorum imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, qualiter ego Henricus quintus Romanorum imperator Auguſtus donum, quod pater meus tum pro remedio animæ ſuæ tum pro amore & ſervitio felicis memoriæ Conradi epiſcopi Trajectenſis nutricii mei dederat beato Martino in Trajecto de Comitatu Freſiæ &c.* Sed qui V. ab his, quibus primus tantum Rex, non autem Imperator, quod is Romam non adiit, paſſim IV. dicitur, non V. ut & alias jam dixi. Conradus tamen Henrici IV. olim comes aſſiduus, nactus epiſcopatum Ann. 1076. Ædem Mediolani, quæ ſacra erat Divæ virgini, cum miles flammis abſumpſiſſet, Cæſar, qui ut coërceret Mediolanenſium contumaciam, non ut bellum faceret eccleſiis, Italiam ingreſſus, indigniſſimam rem ratus, novam Virgini vovit ædem, quam

ut conderet Ultrajecti ad ſimilitudinem ejus, quæ perierat, impetravit Conradus. Condidit quam primum potuit eadem forma ſtructuraque, & nec ſitu diſſimili. Iuxta muros Mediolani. Iuxta muros etiam Ultrajecti. Hiſtoriam habent verſiculi, qui ad chorum eccleſiæ columnæ adhuc inciſi:

Tempora cum cauſis templi venerabilis hujus
Quiſquis noſſe cupis metra te ſubſcripta docebunt.
Henrico quarto Romani ſceptra tenente
Imperii, quam jam totam victricibus armis
Subderet Italiam, ſoli præcludere ſola
Urbs Mediolanenſis portas eſt auſa rebelles,
Quam tandem captam ſpoliis prius auctus opimis
Evertit victor, nec templo flamma Mariæ
Virginis abſtinuit candenti marmore ſtructo.
Unde dolens mentemque pio ſuccenſus amore
Inſtaurare novam venerandi nominis ædem
Propoſuit quocunque ſolo ſoliſve ſub axe.
Tunc Trajectenſis Præſul nutricius olim
Principis, & duris ſemper comes acer in armis
Nomine Conradus tulit hoc à Cæſare munus,
Ut templum ſublime loco fundaret in iſto,
Turribus excelſis conſtructuraque perenni,
Adjutus donis & multo Principis auro,
Quale vides fixis ſubnixum ſtare columnis,
Fornice perpetuo faſtigia ſumma tegente.
Hoc fanum Præſul venerabilis ipſe dicavit
Primus, & inſtituit præbendas Canonicoſque,
Canturos laudes tibi virgo Maria perennes.
Poſt ubi ſacrati ter ſex ab origine templi
Fluxiſſent anni, fatalis venerat hora
Pontificis ſacri miſeranda cæde perempti.
Cauſa necis fuit hæc, nam dum fundamina muro
Ipſius eccleſiæ latomi perquirere tentant,
Invenere locum fluidum fixo ſine fundo.
Hoc vitium tardabat opus, nemo ſapientum
Huic morbo valuit quantalibet arte mederi.
Ars mendicat opem, miratur neſcius artis
Artificum cœtus non artem poſſe juvare.
Dum ſic ergo rei ſpes eſſet nulla ſuperſtes,

En rudis Friſo ſolidare ſpopondit abyſſum,
Pro quo dum pretium ſibi poſceret immoderatum,
En cæptum ceſſavit opus denuo, atque quievit.
Huic dilectus erat adoleſcens filius, illum
Accerſit Præſul, promittit munera, patrem
Filius auxilio genitricis inebriat, artem
Elicit, elicitam Paſtori clam patre pandit.
Continuo ſurgebat opus jam tempore longo
Poſtpoſitum, gaudent omnes ſuper arte reperta.
Ille ſed irarum ſtimulis agitatus acerbis
Deceptumque dolo, tantus dolor urget, ut ipſum
Jam deſcendentem gradibus miſſa celebrata
Pontificem ferro trux Friſo necaret acuto.
Ejus in Aprili mortem dant feſta Tiburti
Anno milleno nonageſimo quoque nono.

II. Vetus carminis hujus Auctor. Nec de fide eſt, quod quisquam dubitet. Quod Mediolanum rebellem ait, Imperatori clauſiſſe portas, etſi nemo, quod ſciam meminit, ut nec abſumpti flammis templi, conſtat tamen Henricum in Italiam ingreſſum non pauca in Langobardia redegiſſe in poteſtatem adverſantium ſibi caſtra. Quidni autem inter hæc & Mediolanum tum temporis? Sigebert. ad Ann. 1111. *Propter hanc præcipue cauſam Rex Romam tendebat, & ſiqui Langobardorum quoquo modo ei reſiſtere volebant, potenter eos proterebat.* De templo Heda in Conrado: *Tandem*, inquit, *à fundamentis conſtruxit baſilicam divæ Virginis Mariæ in civitate Trajectenſi ſecundum mœnia, ad ſimilitudinem alterius eccleſiæ juxta muros urbis Mediolanenſis, in ejus honore dicatæ, per ipſum Conradum, cum intereſſet expeditioni per Imperatorem factæ, in Italia dimtæ, quam abunde ditavit.* De Friſio architecto, ejuſque filio, quod narratur, vix id puto ejuſmodi, ut fidem ullam mereatur. Vulgi fabula eſt, ſcio, & fabula ſatis vetus. Sed quis veterum quæſo meminit? Beka meminit. Non nego. Sed à vulgo forſan hauſit. Reliqui cæſum tantum ajunt, & cæſum à ſuis. Idem Sigebertus ad Ann. 1098. *Conradus Vultrajectenſis epiſcopus, feria* IV. *Paſchæ poſt miſſam à ſe celebratam à* † *quodam ſuorum in domo ſua percutitur.* Albertus Stadenſis ad Ann. 1098. *Hoc anno Conradus Trajectenſis epiſcopus à ſuis occiſus eſt.* A mercatore Friſico Chronographua Saxo apud Leibnitium ad Ann. 1100. *Conradus*, inquit, *Trajectenſis epiſcopus quarta feria Paſchæ à negotiatore Freſico crudeliter occiditur, cui Burchardus ſucceſſit.* Atque ita

† Pro *à quodam ſuorum* Albericus habet in Chronic. *à quodam ſervorum.*

ita & Dodechinus ad Ann. 1099. Illud extra controverſiam, quod dotem contulit uterque, & Cæſar & Antiſtes, fidelium elemoſynis ſenſim auctam in tantum, ut ampliſſimæ ei poſſeſſiones, non in Gelria tantum & alibi, verum etiam in ipſa urbe. In urbe & territorium & juriſdictio ei data. & idem prorſus jus, quod & cæteris collegiis, ut docet charta Antiſtitis Ann. 1330. *Wy* Iohan *by der genaden Gods Biſſchop t'Utrecht, maken kondt allen den ghenen, die deſen brief ſellen ſien of hooren leſen, dat wy bekent hebben ende bekennen den Deken ende Capittel van ſunte Marien t'Utrecht, hoir dagelicx gerechte in onſer Stat van Utrecht te voeren, alſo vry ende in alſulcken manieren, alſe Ridders ende Knapen voeren in onſen lande, die daghelicx gerechte hebben ſonder alrehande archeyt. Voert verbieden wy onſen Scoute ende onſen Rechter van Utrecht, dat hy niet aen en taſte des Dekens en des Capittels gerechte van ſint Marien voorſeyt. In oerconde des briefs beſegelt mit onſen ſegel. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *ende dertich op Palmdach.*

II. Fines autem quam inſignes docet alia ejuſdem charta, & ejuſdem etiam Anni: Iohannes *Dei gratia epiſcopus Trajectenſis univerſis præſentia viſuris & audituris volumus eſſe notum, quod in loco Capitulari eccleſiæ noſtræ Trajectenſis, in præſentia Prælatorum & Capitulorum univerſalis eccleſiæ, ac vaſallorum, feudatorum, fidelium, & miniſterialium noſtrorum plenius informati, habita deliberatione cum ipſis ſufficienti, jurisdictionem temporalem cotidianam, vulgariter dictam* daghelix gerechte, *ſitam in civitate noſtra Trajectenſi, incipientem à media craticula cimiterii eccleſiæ beatæ Mariæ, & ſe protendentem verſus orientem per viam, quæ vulgariter* Zadelſtraet *nuncupatur, uſque ad transgreſſum cimiterii civilis eccleſiæ, per quem venitur de vico* Lynmerck *vulgariter nuncupato ex uno latere, & incipientem ex alio latere à domo, quæ vulgariter* Karhuis *appellatur, protendentem ſe per vicum, qui dicitur* nye Steenwech, *verſus Orientem uſque ad cimiterium civilis eccleſiæ prædictæ, cum omnibus areis & domibus intra prædictos limites conſtitutis recognoſcimus & confeſſi ſumus ſponte & ſcienter pleno jure pertinere ad eccleſiam beatæ Mariæ prædictam, per quam quidem juriſdictionem cotidianam &c. intelligimus omnem juriſdictionem & cohertionem citra membri mutilationem & mortem homini inferendam &c. Datum anno Domini* CIↃ. CCC. XXX. *poſt feſtum annuntiationis beatæ Mariæ virginis.*

IV. Forſan operæ pretium, ut rei illuſtrandæ nonnulla adhuc addam: in-

incipientem, inquit, *à media craticula cimiterii &c.* Ad craticulam olim foſſa, ad quam gradibus deſcendendum. Jam operta & deleta. Docet inter urbem & Collegium tranſactio Ann. 1397. *Wy Deecken ende Capittel der kercken van ſinte Marien t'Utrecht, Borgemeeſters, Scepene, Raet, ende gemeene Ondermans van den ouden Rade ende van den nyuwen der Stadt van Utrecht doen condt ende kenlycken allen luden, dat wy om gemeen oirbaer der kercken van ſint Marien ende der Stadt voorſz malc mit anderen over een ſyn gedragen, als dat wy Deken ende Capittel voerſeyt een nyuwe muer ſellen doen leggen allangs aen de Ooſtſyde van ſinte Marien ſloote, tuſſchen den tween uterſten rooſteren drie voeten hooge boven der ſtraten, ende de ſloot ſal weſen wyt beneden in den bodem vyftien voet ende een quartier van enen voete mit tween beſloten trappen, ende mit tween ſlotelen, des de Deken ende Capittel voorſeit hebben ſell n den enen ſlotel, ende Raet van der Stadt den anderen ſlotel. Ende die twee mueren van beyden ſiden van den ſloet mitten tween trappen, ende mitten tween doeren, dair die trappen voorſz. mede beſloten ſullen ſyn, ſullen wi Deecken ende Capittel voorſz altoos ſtaende ende den ſloot ſcoen houden, op onſen coſt ſonder archeyt entelicken. Ende wi Borgemeeſteren, Scepene, ende Raet der Stadt Utrecht voorſz, ſullen die ſtraete doen breeden totter nyuwer muyre toe, aen die Oeſtſide van der ſlooste, ende die Strate ſcoen houden opter gheenre coſt, die dair mit rechte ſculdich ſyn toe te gelden, Behoudelycken den Heeren van ſinte Marien voorſz al hoer vryheden van hoere montaden, ende der Stadt voorſz al hoer rechts. Ende die ſtrate allanghes by der nyuwer muyr voorſz, ende ſinte Marien plaetſe altoos ruym, ſchoen, ende ledich ſullen blyven leggen tot eenre marcktен alſo ruym, ende in al der ſelver maten, alſt daer nu gelegen is. Voert ſo ſullen wi Borgemeyſters, Scepene, Raet, ende Ondermans der Stadt van Utrecht voorſz. doen verbieden ende verwaren, ende koeren dair op ſetten, ende die uyt doen panden, dat dair niemant geen onreynicheyt en giete noch en werpe in den voorſz ſloote, noch die mueren van den voorſz ſloote en breecke, ende ſullen die ſtrate voorſz altoos ſcoen doen houden buten coſt ende ſcade des Dekens ende Capittels voergenoemt, alle argeliſt uytgeſet. Behoudelick alle voorbrieve die wi van malcanderen hebben, ende voor deſe tyt gegeven ende gemaeckt ſyn, van anders allen punctten, dan hier voor beſcreven ſyn, in hore macht te bliven. Ende op dat dit euwelicken vaſte, ende ſtade, ende onverbroocken blive van ons ende van onſen nacomelingen, ſo hebben wi Deken ende Capittel* a. 1397

voorſz. onſer kercken ſegel, ende wi Borgemeeſters, Scepene, Raet, ende gemeene Ondermans van den onden Rade ende van den nywen der Stadt van Utrecht voorſz., onſer Stadts ſegel aen deſen brief gedaen. Gegeven int jaer ons Heeren M. CCC. *ſeven en t'negentich des Donredaegs na ſinte Margrieten dach.*

V. Ait porro *per viam, quæ vulgariter Zadelſtraet nuncupatur. Suburbana* hæc olim dicta, non quod fuerit in ſuburbio, ſed quod ultra vicinum pontem, qui paſſim *pons urbanus*, & in chartis vulgo *de Borchbrugge. Borchbrugge*, id eſt, *Stadtsbrugge*. Urbes olim & *burgi* & *caſtra* etiam dicta. Charta apud Miræum *donat. Belg. cap.* 40. *& piar. don. cap.* 81. *eccleſiæ, quæ ſita eſt in burgo, qui dicitur Antwerp.* Charta apud le Roy *notit. Marchion. imp. p.* 87. *in Andwerpo caſtello.* Chronic. Andrenſe apud d'Achery *to.* 6. *Spicil. ad Ann.* 1227. *Caſtrum in Flandria, quod Brugis dicitur, gravi incendio &c.* Unde & illud Evangelii, *Ire in civitatem*, Otfridus interpretatur, *Faret in thia Burg.* Pons autem, etſi medius inter duo territoria, ſcilicet S. Martini & S. Mariæ, diu tamen de eo quæſtio. Suum ajebat urbs. Suum major eccleſia. Sed poſtquam diu diſceptatum eccleſiæ eum addixit Henricus epiſcopus Ann. 1259. ſed ſic ut urbi redituum (nam ſtationes mercatorum ibi) cederet pars tertia, in charta apud *Buchelium* ad Hedam *hiſt. Ultraj. p.* 276. Ultra pontem platea, qua ad S. Mariæ itur, quæ, ut dixi, *ſuburbana* in charta Ann. 1164. *domus cum curtili in platea ſuburbana, quæ eſt media inter domum epiſcopalem & eccleſiam B. Mariæ in Trajecto &c.* quod pauca ultra pontem, recta via ad Occidentem olim eſſent ædificia. Nam & hortus ibi epiſcopi, ubi jam eſt platea hæc, quæ olim quidem ſuburbana, poſt dicta *de Zadelſtraet.*

VI. *à domo quæ vulgariter Karhuis appellatur.* Ædibus Ultrajecti, ut in *Dedicatione* dixi, non minus ſua olim nomina, quam prædiis quæ ruri. Hæc in via lapidea ad Auſtrum ad viæ fines, quæ dicitur *S. Mariæ. Scherpenborch* etiam dicta, & dari ſolita in emphyteuſin ab eccleſia S. Mariæ uſque ad Ann. 1582. quo redemptus canon annuus, & ſic liberæ dein ædes. Charta Ann. 1331. *Alle den ghenen die deſen brief ſullen ſien of hooren leſen, doen wy verſtaen* Engelbrecht *van* Alfen *Canonick ende Cameraer der kercken van ſinte Marien t'Utrecht*, Willem Heyne *Scoute*, Iohan Braem, Niclaes *van* Dorne, Tydeman *die* Langhe, Hubrecht Paye, Iohan *van* Broechagen, *ende* Iohan Hollander *Scepene in der Heren gerechte van ſinte Mariën t'Utrecht, dat voor ons quamen int gerechte* Delyane, *die* Everards *wyf was van*

Bey-

Beyarden, Goſwyn Wycher, Heynric *ende* Katherine *hoere kynderen, ende betogeden ons mit opene brieven, de wi gans ende gave ſagen, ende wel beſegelt mit waeraſtigen ſegelen des Capittels van ſinte Marien voorſz, alſe dat ſy in erfpachte hebben van den Deken ende van den Capittele voorſz een Hofſtede, die gelegen is aen den nywen* Steenwech, *de geheten is ten* Karrehuſe, *ſtreckende van voor van der ſtraten langs den Steenwech after aen de Hofſtede, daer* Philips *de* Botterman *op woont, tuſſchen der Hofſteden, daer* Hughe *van* Scoude *op woont aen de overſyde, ende tuſſchen den nywen* Steenwech *aen de nederſyde, egghen ende eynden, alſe geleghen is, alſe om vyfthien ſcellinge Trechtſcher penninge jaerlicks &c.* Bis dicitur hic *den nywen Steenwech*, & ſic ſimiliter etiam dicitur in charta Antiſtitis. Ratio eſt non alia, quam quod non diu adhuc ex quo via hæc erat ſtrata. Olim incommoda, lutoſa, & inculta. Strata Ann. 1290. Et hinc via lapidea. Ad cujus confectionem cum neceſſarii eſſent ſumptus, dum ſternunt fabri, & non diutius, exactum quid à ſingulis, qui aliunde ad mercatum vel de mercatu cum mercibus vel vehiculis tranſibant hic, prout charta hac definitum: *Iohannes Dei gratia Trajectenſis Electus univerſis præſentia viſuris vel audituris in Domino ſalutem. Univerſitati veſtræ notum eſſe cupimus, quod nos dilectis noſtris civibus de Trajecto conceſſimus & concedimus in his ſcriptis, ut quamdiu ad parandam viam lapideam ad communem tranſitum fuerint occupati, ab hoſpitibus dictam viam tranſeuntibus, & fora quærentibus, ſive de foris venientibus, recipiant uſum infra ſcriptum; de equo denarium unum, de bove unum, de quatuor ovibus unum, de ſex porcis unum, de curru vacuo unum, de onerato duos, de carruca unius equi unum, de carruca duorum equorum duos denarios recipere poterunt moneta uſualis in Trajecto. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum ſigillo noſtro eſt roboratum. Datum anno Domini* CIↃ. CC. XC. *feria tertia ante nativitatem beati Iohannis Baptiſtæ.* Extat Belgice etiam charta hæc, quæ verba hæc *uſum infra ſcriptum, den ſys* interpretatur, *die hier na beſchreven ſtaet*, ſic ut *uſus* vectigal ſit. Uſus idem quod *Coſtuyme*. *Coſtuyme* à conſuetudo. *Conſuetudo* vectigal. Unde & ubi id exigitur vulgo *t'Coſtuymhuys*. Nam & multa ex conſuetudine exiguntur, præſtantur. Charta in Chronico Trenorchienſi Ludovici Francorum regis Ann. 1171. *inter Abbatem fidelem noſtrum Letbaudum, & monachorum conventum, & homines ſuos burgenſes invenimus diſcordiam ſuper conſuetudinibus, quæ mortua manus & tallia dicuntur, & pluribus aliis &c. Uſaticum* etiam alibi. Char-

ta Ann. 1164. *Biblioth. Sebuſian. part. 2. cap. 50. in octo Sextariis de ſede quos in Salinis accipere ſolent, ſive in omnibus conſuetudinibus, quas de ratibus, quæ per aquam veniunt, accipere ſolent.* & mox: *& ita ſane villa ipſa &c. ab omni vi mea & meorum & uſatico deinceps libera permanebit.*

VII. Cæterum, quæ huic proxima, plateam S. Mariæ ſternendi onus eccleſiæ, nam eccleſiæ hæc erat tota, etſi ultro interdum aliquid ad refectionem urbs contulit. Charta Ann. 1352. *Borgemeeſters, Schepenen, ende gemeene Raet der Stadt Utrecht, ſyn in een gedragen met den Deken ende Capittel van ſinte Marien t'Utrecht, alſo datmen die ſtrate vermaken ende verbogen ſal, van* Godevaerts Bordens *huyſe tot den rooſter toe van haren kerchove tot deſer tyt ende van gratien, want die ſelve ſtrate binnen heuren montade gelegen is, ende van dien coſt ſullen ſy gelden die twee deel, ende wy dat derden deel. Voort ſo ſelmen die plaetſe ende dat erve, dat dien Heeren ende onſe Stadt gemeen is, als die brieven houden, die daer af ſyn, caſſeryen, ende daer op ſetten enen putte op des Capittels, der Stadt, ende der gemeene buren coſt, die daer billyck ſyn ſchuldich toe te gelden, ende wat wale daer af comen mach, die ſel gemeen weſen des Capittels ende der Stadt voorgenoemt &c. Gegheven int jaer ons Heren 1352. des Saterdachs na St. Mathys dach.* Nondum tum Ultrajecti ea ædium multitudo. Quotquot tamen erant inter viam lapideam, & vicum de *Potterſtrate*, cenſum debebant annuum, niſi ſiqua eum redemiſſet, eccleſiæ S. Mariæ. Civilis etiam eccleſiæ, ſeu popularis, cimiterium, in quo frequens rerum venalium olim forum hebdomadale (*ſcrutarium* Hottenſio eſt 2. *hiſt.* 7.) ſpatioſius quam hodie. Ab eo autem circuitus circum vicum de *Zadelſtraet* & plateam *de Potterſtraet*, uſque ad S. Mariæ, vulgo olim *den Ommeloop*. Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1391. *op ten dertien avont: De Raet van der Stat out ende nywe is overdragen, datmen van deſe tyt voort des Saterdages ghene merckt noch veylinge houden en ſel op Buerkerckhof bi ene koer van een pont, alſo dicke alſt ymant verbrake. Ende die merckte alſo als men op Buerkerckhof tot haer toe gehouden heeft, zelmen voort aen houden op ſint Marien plaetſe. Ende daer zel een ygelick vri ſtaen, ende niemant geen gelt of geven.* Charta Ann. CIↃ. CCC. VIII. *des Vrydaghes na ons Heeren Hemelvaert: Wy Deken ende dat meene Capittel van ſinte Marien, ende wy Scepenen ende meene Raet der Stadt van Utrecht, doen kond ende verſtaen allen den ghenen, die deſen brief ſien ſullen of hooren leſen, dat wy over een gedraghen ſyn gemeen-*

meenlike, ende mit ganſſen rade, omme tu iſt, die lange tyt geweeſt heeft, ende noch vallen mochte, alſe van onſen vryen eygen, dat wy tot enen erfſinſe gegheven hebben, dat die Ommeloop *heet, die geleghen is tuſſchen die Potterſtrate en ten Steenwech, ende dat erve, dat daer voort opte graft geleghen is, dat ons toebehoert, mit ſulcken voorwaerden, of die man ſturve, dat den erfſins comen ſoude, ende dat daer op getimmert is, ende men hier na daer op timmeren ſal, aert vaſt ende nagelvaſt op ſynen ouiſten ſone, ende hadde hy ghenen ſone, ſo ſoud comen op ſyn ouiſte dochter &c.*

VIII. Ea autem hic antiquitus Capituli juriſdictio, ut niſi coram Capitulo ceſſio ædium non facta. Coram urbis magiſtratu aut Scabinis facta erat nulla. Nec ullus teſtis hic locupletior, quam ipſe eſt magiſtratus, qui cum caſus incidiſſet ipſe irritam pronuntiavit Ann. 1504. verbis uſus hujuſmodi: *Alſo Aryaen van Abcoe int leſt van ſyn leven voor d n Schout ende Schepenen t'Utrecht overgegeven ende gemaeckt heeft Henrick Ianſſen ſynen neve ende Geertruyt Gerritſen vander Maet elck die helft van der huſinge ende Hofſtede aen malcanderen gelegen, ſtaende aen ſunte Marien plaets in der Heeren Omloop van ſunte Marien t'Utrecht, mit eenre pene in der ſelver maeck benoemt, ende die Raet out ende nye bevonden heeft, ſulcke maick onâenchdelyck ende onſciftich te weſen, ſo die huſinge onder den Omloop gelegen heerlyck ende vorderlyck tinsgoet is, daer of die gifte voor den tynsheer behoort te geſchieden, ſo ſleten die Raid ont ende nywe, dat ſy die Heeren van ſinte Marien voorſz in hoeren rechten ende Heerlicheyt van den Omloop willen laten bliven, ende dat daeromme die maick boven geroert, ſo die voir den Heeren voirſz niet gemaeckt en is, noch die peen daer in benoemt van ghenen weerden weſen en zel, ende dat ſulcke huſinghe Aryaens voorſz rechte erfgenamen aengecomen ende aenbeſtorven ſyn, ſonder Aryaens voorſz wednwe eenige lyftocht daer aen te hebben, ten ware dat hoer die by Aryaen voorſz gerechtelick gemaeckt was.*

IX. Adhuc perſtat eccleſia, ſed ſatis ſordide obſervatur, choro dato ſcriniariis, qui ſua ibi proponunt venum, navi Anglis conceſſa, qui ſuas ibi conciones habent. Olim cum ageretur de ea funditus diruenda, ut Lamberti vander Burch epiſtola docet à me edita inter Alciati & Variorum epiſtolas Ann. 1695. denudata interim omni plumbo, quo operta, jubente id magiſtratu, XV. Maji Ann. 1582. clade etiam mox accepta ex militum contubernio domini de Nienhoirn, qui octo ibi dies aut circiter hoſpitati. Lamberto autem debetur totum id, & ejuſ-

dem induſtriæ, quod incolumis adhuc ædes. Nec impenſis pepercit, nec ſtudio, nec operæ, ut ſervaret ruinæ proximam, & niſi ipſe ſubveniſſet, alioquin perituram. Navatam ab eo operam ſummis laudibus evehit Ioannes de Witte Stephani equitis filius ejuſdem ædis Canonicus, datis ad eum literis Ann. 1612. *Tu*, inquit, *ſi non fuiſſes, Auguſtæ Marianæ noſtræ Baſilicæ, matri Virgini ſacræ ædis quid eſſet? Ruinæ, Rudera. Dicebat olim de ſe Cicero: O fortunatam natam me Conſule Romam. Nos jure ſimiliter & tuo merito prædicamus: O fortunatum natum te Præſule templum. Niſi enim in illa nocte temporum prudentiæ tuæ face caliginoſas & obſcuras quorundam mentes ſerenaſſes, ſedaſſes, exequias jam dudum Auguſto huic operi cantare licuiſſet, & iſtud, En campos, ubi Troja fuit. Pariſ. Idib. Novemb.* Nec parcus ipſe in prædicando. Conferatur modo quod ait ipſe cum decretis Senatus. Sic in Actis de eo reperi, *Ann.* 1582. *den* 15. *Maji: Alſo op giſteren by den Rade gereſolveert is, ter fortificatie behouff deſer Stadt an te taſten enige kercken, daer men 't meeſte gelt of meent te crigen, ſo is op huden naerder gereſolveert, dat men an taſten ſal de kerck van ſinte Marien, ſo daer vele materialen an ſyn van loot, yſer, ende duycſteen, daer men terſtont gelt af ſal connen crigen. Ende omme t'ſelve t'effectuerrn ende toe te ſien, datter niet geſtolen noch ontdragen en worde, ſyn gecommitteert Ian van Berck anderden Cameraer, Cornelis Wynter, Ioachim van Schadenbroick, Iacob de Ryck, Henrick van Veen, Ellert van Helſdingen, Iacob de Pottere, Maillart Cup, ende Cornelis van Malſen Raden. De Raet heeft oock Ian van Berck anderde Cameraer gecommitteert, ende committeert by deſen, omme van den Coſter t'ſinte Marien af te verderen die ſleutelen der ſelver kercke, ten eynde hy deſelve voor een corten tyt ſal mogen gebruycken in ſaken hem belaſt.* Den XVI. Maji ejuſdem Ann. *Geordonneert publicatie te doen van dat hem niemant en vervordere enige materialen van ſinte Marien kerck an te taſten, verdragen, of vernielen buiten den Commiſſaris op pene van de kaeck. Den* XXVI. *Maji: Op huden den Raet geladen ſynde, ende horen leſen hebbende de miſſive van ſyn Excellentie van date den* XXII. *deſer maent angaende d'afbrekinge van ſinte Marien kerck, heeft gereſolveert, datmen deſelve miſſive metten eerſten beantwoorden ſal, parerende ondertuſſchen die bevelen daer inne verhaelt.* Den XVIII. Junii: *Geleſen in den Rade de brieven van ſine Excellentie an de Staten geſchreven nopende t'caſſeren van den eerſten Staet, ende het demolieren van ſinte Marien kerck.* Den XXV. dito.

De

De Burgemeeſter Peter Foeyt, Floris van Wede Scepen, Iacob de Pottere Raet, ende Mr. Herman van de Pol Schepen Secretaris, ſyn gecommitteert om te reyſen an ſine Excellentie, ende te defenderen de caſſatie van den eerſten Staet, ende die demolitie van ſinte Marien kerck. Den VIII. Auguſti: *Den Cameraer Berck is abſolute macht gegeven om 't loot van ſinte Marien kercke gecomen te vercopen, ſo na hy kan, ten eynde de fortificatie haren voortgangh hebben mach.*

Poſtquam autem denudata, cum vim tempeſtatis ſentiret & pluviæ, & multum indies detrimenti à procellis acciperet, multa tandem inſtantia & apud magiſtratum & apud Principem Auriacum cum impetraſſent Canonici, ne ut pridem jam decretum ſolo diruta æquaretur, mox etiam impetrarunt, ut liceret rurſum operire eam adverſus cœli injuriam. Id quod cum cœpiſſet non ſine magnis impenſis menſe lunio incipiente, impletum & abſolutum eſt ſequenti anno in fine Paſchæ, ſingulari induſtria adhibente in id multum operæ eodem vander Burch ejuſdem ædis Decano. Et hactenus quidem Lamberto res ex voto ſucceſſit. Sed male id ipſum dein habuit, male id omnes Pontificios, quod templum ipſius opera ſervatum ſic & reſtitutum purior mox religio occupatum detinuit, Reformatis ad conciones & alia pia exercitia à magiſtratu conceſſum. Prima concio ibi habita Veneris XXX. Julii Ann. 1585. Quod ſi præſciſſet aut futurum aliquando id divinaſſet Lambertus, nec labores nec ſumptus, quos in templum id inſumpſit inſumpſiſſet fortaſſis, homo omni conatu religionem Pontificiam, quantum poſſet, propugnans. Certe & illud conſtat, quod cultus odio purioris vix & admodum difficulter induci potuit, ut ſubſcriberet *Unioni* initæ Ultrajecti Ann. 1579. ut ex literis Folcardi Montzima ad ipſum & ipſius ad Folcardum evidenter perſpicitur. Sic ad ipſum Folcardus: *Reverende Domine Decane, Cupio à veſtr. Dominat. ut hiſce reſcribat reſolutionem Capituli noſtri de ſubſignatione Unionis, quam plerique ex Ordinibus à nobis minis extorquere nituntur. Nos reſoluti ſumus, poſteaquam nullis excuſationibus ſubterfugere poſſumus, ut prævia proteſtatione clandeſtina aliquis noſtrum ſubſignet. Hiſce valeat veſtra Dominatio. Frater ac fratria vos omnes ſalutant, 25. Januar. 1579. Dominat. Veſtr. Addictiſſimus Folcardus Montzima.* Sic ipſe ad Folcandum (quæ ad rem non faciunt omitto) *Tot mynder verſchoninge tegens de nader Unie &c. Alſo op den 23. Januar. 1579. die Gedeputeerden van de Staten van Utrecht in den grooten Capittelhuyſe ten Dom mitte andere Gedeputeerden van de Provintien aldaer erſchenen geprocedeert hadden tot ſluytinge van ſekere nader*

Unie

Unie tuſſchen deſelve Provincien aen te gaen, ende den Edelen Heere Mr. Lambert van der Burch Deken t'ſinte Marien t'Utrecht, voor ſyn ſelven ende van wegen ſyns Capittels verclaerde, dat hy wel te vreden was in deſelve Unie mede te treden, opt behagen van ſyn Alteſſe, Excellentie, ende Generale Staten, behoudelyck dat eenige punctten betreffende de Roomſche Catholycke religie, ſo die tegens hun conſcientie ende religie waren, ende hem lieten duncken te contrarieren de Pacificatie van Gent, generale Unie, ende ſatisfactie die van Utrecht verleent, uytte voorſz. Acte gelaten, ofte ten minſten verandert, ende op enen anderen voet geſtelt ſoude worden, ofte anders by refuys van dien, dat de voorſz. Heeren een Acte daer van verleent ſoude worden, dat hy dien aengaende by die van de Ridderſchap, Stadt ende Steden t'Lants van Utrecht overſtemt ſynde &c. ſo heb ick onderſchreven d'voorgenoemde Heeren deſe Acte daer van verleent. Actum den 23. Januar. 1579. Lamſweerde. Idem alias dein literis, quam difficulter ſubſcripſerit, & non prius quam proteſtatus, ad eundem ſignificat: *Naer uytwyſinge ſeker acte, proteſtatie, ende beveel by het Capittel daer op gevolcht, hebbe ick* Lambert *van der* Burch *als Deken der kercke van St. Marien binnen Utrecht naer alle mogentlycke uytſtel ende dilay ten leſten de Unie in deſe ſtucken geroert op den* XXVI. *dach Januar.* 1579. *moeten onderteeckenen, om te ontgaen de periculen in deſelve ſtucken verhaelt, die welcke ick my niet en ſonde ontſien hebben alle te mael ja viermael meerder aen te gaen, hadde ick door weygeringe van teyckenen het minſte goet, ende Godt, ende den Coninck dienſt konnen doen, daer ter contrarie de ſaecken van onſe Catholycke Roomſche religie, alroos ſeer pericliterende, overmits ſulcke meyninge in veel meerder verloop, ja tot haer uyterſte ruyne, ſouden ongetwyffelt gecomen hebben, als alle Catholycke perſonen in deſe Stadt woonende genoech kennelyck is. Ende om te meer te vertoonen, wat een pyne my is geweeſt tot deſelfde teykeninge te procederen, hebbe my met myn Biechtvader Heer* Henrick *van* Coesvelt *alvorens beraden, ende ſyn conſent hier toe verworven, na veel verſcheyden diſputatien. Hebbe oock my op den voorſz.* XXVI. *dach Januari, naer middachs ten drie uren van het gewelt ende ongelyck, dat my ende meer anderen hier in, ende in veel meer andere gelycke ſaken dagelycks voorvallende geſchieden, beclaecht tegens myn Heer den Graef van* Rennenberch, *weſende doe ter tyt gelogeert in de huyſinge van myn Heer de Prooſt* Wittenhorſt, *d- welcke my ſeyde, dat ick my wel te recht beclaechde, ende dat ick*

oock

ook met goede redenen verclaert hadde in de vergaderinge der Gedeputeerden deſer aenleggende Landen, de ſaken van de religie niet gemeens te hebben met de ſaken des oorlochs, welcke men met deſe Unie pretendeerde te vorderen, ende t'avanceren. Dat ook myn opinie ſeer goet was, was in de voorgemelte vergaderinge geſuſtineert, van niet te willen intreden in deſe Unie, ſonder alvorens daer op verſtaen te hebben den wille, ende meeninge van ſyn Hoocheyts Excellentie, en der Staten Generael, alſo het ſelfde anders uytter maten qualyck boven verſtaen ſoude worden. Aldus by my aengeteeckent op den 27. Ianuar. 1579. ende onderteeckent met myn eygen hant tot meerder veſteniſſe. Lambert *van der* Burch.

X. Cæterum habuit hæc eccleſia multa olim ſpectatu digna. Viſus olim lapis hic cum hac inſcriptione:

Gloria mortalis probat exitus ut ſit inanis
En Irmedrudis Comitiſſa ſit pia pulvis,
Quæ fuerat vultu tam pulchra politaque cultu.
Gratia divina tibi culpæ ſit medicina

Irmedrudi illuſtri Comitiſſæ, divino ritui deditiſſimæ, de hac eccleſia bene meritæ pia poſteritas poſuit. Viſa Henrici Sancti ſeu Secundi effigies cum hac inſcriptione:

Henrici effigiem Lector venerare ſecundi,
In cœlum meritis qui ſibi fecit iter,
Cui divina dedit pietas expellere morbos,
Atque fovere hominum vota piaſque preces.
Omni labe carens, obſervantiſſimus æqui,
Romano hic quondam præfuit imperio.
Rettulit in numerum Divorum Papa ſecundus
Eugenius ſacris inſtituitque coli.

Viſum templi fundatoris Conradi epiſcopi monumentum. Chorus templi cum anguſtior fatiſceret vetuſtate, renovatus Ann. 1421. & in eum tranſlatum è loco, in quo hactenus, ſolenni quadam pompa, ejuſdem corpus Antiſtitis. De quo qui Bekam continuavit *to.* 5. *Analect.* ad d. Ann. ita: *Item in den ſelven jaer op den* XXIII. *dach in Meerte wert die eerbaer Biſſcop Coenraet, die dat Collegium van onſer Vrouwen t'Utrecht geſticht hevet, ende die ſelve kerck dede maken in der eren van onſer liever Vrouwen opgegraven, uyt den grave, daer hy eerſt in gegraven was, daer hy langer dan* ccc. *jaren in gegraven hadde geweeſt. Ende doe men dat graf op dede lach dat doode lichaem noch al by een, dat veel van den Heeren, die t'ſagen, ende vele luden mede ſeer verwonderde, dattet lichaem, dat alſo lange onder die aerde hadde geweeſt, noch*

alſo heel ende alſo geſien was, ende opten ſelven dach wert dat lichaem, ende dat gebeent van den ſelven Biſſchop mit groter weerdicheit uten greve genomen van Biſſcop Mathys Biſſcop van Biduaen, dair veel van den Heeren van den ſelven Godshuys by waren, ende wairlicke luden een groot deel, ende wert weder op dat nye Choor gebracht, ende aldaer weder begraven in een nye graff, dat hem aldair gemaeckt was tot ſyner groter ere, dat ic hoop dat hy wel verdient hadde. Ende op den ſelven dach wert dat nye Choor gemaeckt gewyet van Biſſcop Mathys by der eeren Gods ende onſer liever Vrouwen, ende meer van ſynen lieven Heyligen in den ewigen leven.

XI. Quod ante chorum oxale hic, ut in ceteris eccleſiis, magnificum plane. Refecerat Ioannes Oem civis Ultrajectinus, ſed juxta formam, quam præſcripſerat Ioannes Schorel Canonicus Ann. 1345. ſolutis fabro pro impenſis trecentis Philippicis, quorum ſinguli faciebant obolos xxv. Viſum etiam ſedile ligneum, in quo Canonici refractarii ſentiebant ob contumaciam duarum trabium tormenta, quibus vel femora vel ſuræ pedum concluſæ. Formam exhibet Millæus in praxi ſua criminali, quæ Pariſiis excuſa Ann. 1551. Conſpiciuntur adhuc, quæ cum admiratione conſpecta ab aliquot jam ſeculis, monocerotis tria cornua, de quibus vetus hæc cantilena:

Iam templum Mariæ Cæſareum decus,
Hoc primum decorat cœtus boneſtior,
Terna & cornua dein monocerotis.

Superiore bello, cum Ultrajectum eſſet juris Gallici, quæſita à Gallis fruſtra. Fruſtra etiam ab aliis, qui prædæ huic inhiarunt. Civili bello cum epiſcopo, quod geſtum ſeculo ſexcenteſimo, grande æs alienum conflaverat Ultrajectum. Gelrorum opem imploraverat. Auxilia à Duce miſſa. Stipendia his perſolvenda. Cum ad manum non eſſent nummi, ſumpti mutuo, & eo nomine cleri prædia obligata, quæ habebat in Gelria. Sepulto tandem bello, tranſcripta in Cæſarem diœceſi, cum de prædiis luendis etiam Cæſare id urgente ageretur cum Gelro, legatis ultro citroque miſſis haud obſcuris patuit indiciis, quod Gelrus ambiret cornua, præſertim poſtquam Ultrajectum miſiſſet cornu fragmentum, ut compararetur cum iis, quæ habebat Capitulum. Sed comparatio erat nulla. Nam Ducis non excedebat unius pedis menſuram. Et ea tamen verſutia ejus, ut extorſerit Decano unum. Quod Decanus cum feciſſet collegis inſciis & invitis, Regina & Præſide inconſultis, Præſes autem tum temporis Comes de Hoochſtraten, luit mox carcere in arcem Vredenburch ob id miſſus, nec in integrum reſtitutus, niſi poſt-

quam

quam caviſſet de cornu reſtituendo intra ſpatium bimeſtre. Ex Actis judicialibus, cum dimitti peteret Decanus, & rurſum carcere liberari: *Wort voorgegeven by onſen Deken, ende Henrick van Montfoort, hoe dat die Prior van Munnichuyſen albier t'Utrecht was met een ſtuck hoorns, begeerende t'ſelve te mogen ſien by onſe drie eenhoornen, om alſo te mogen weten of ſyn ſtuck onſe eenhoornen oock gelyckten. Het ſtuck hoorns was lanck ontrent een voet. Hier uyt wert geconjecturreert, dat die Heere van Gelre wel affectie hebben ſoude in een ſtuck hoorns, of in een geheel van onſen eenhoornen te hebben. Dit hoorende die tuyghe die ſpreeckt, beducht weſende men de eenhoornen int lant van Gelre brengen mochte, met alſulcken perſuaſie heeft hy van ſtonden aen geſeyt: Heer Deken ende myn Heeren; Al mocht ons onſen eenhoorn int lant van Gelre tot recuperatie van onſen goederen &c. noch ſo veel ſtrecken, ſo en duncke my niet geraden nu ter tyt, dat men ſulck doet buyten conſent ons Stadthouders des Graven van Hoochſtraten, oft anders mochten wy alle in grooten laſt ende verdriet comen van 't Hoff, dat wy alſulcke Keyſerlicke giſte alſo by ons ſelven alieneerden buyten conſent, allegerende t'exempel van de Heeren van Oudemunſter, wat hemluden wedervaren was, doe die Keurfurſt van Saſſen een tyt verleden, begeerden een ſtuck van de reliquien van St. Frederick, wilneer Biſſchop t'Utrecht was &c.* Tulit autem rem ægerrime Belgii Gubernatrix, ſoror Cæſaris Maria, ut patet ex literis, quibus ad libellum ſupplicem collegiorum reſpondit: *Die Coninginne Douagiere van Hungaryen ende Bohemen &c. Regente ende Gouvernante van den landen van herwaerts over, geſien hebbende in den ſecreten Rade der Keyſerl. Maj. de requeſte gepreſenteert by de Gedeputeerden van den Prelaten ende Capittelen van der kercken van Utrecht, tenderende ten eynde dat Heer Herman de Gouda Doctor in Theologien, ende Deken van ſinte Marien kercke binnen der voorſz Stadt aldair op Vredenburch gevangen, ontſlagen worde op ſuffiſante cautie ende borchtocht, ſo heeft haer Conincl. Maj. obtemperende beurlieder voorſz begeerte geconſenteert, ende conſenteert by deſen, dat die voorſz ontſlaginge geſchien ſal, behoudeliken dat de voornoemde Deken hem verbinden ſal op pene van alle ſyne beneficien te verlieſen, dat by ſyn uyterſte devoir doen ſal binnen twee naeſtcomende maenden te recouvreren, ende der voorſz kercke van ſint Marien te reſtitueren den eenhoorn, ende die 11. duſent Philips gulden by hem in Gelrelant getranſporteert, dair of queſtie is, ende daerenboven dat ſo verre by deſelve reſtitutie binnen den voorſz tyt van twee maenden niet en doet volbrengen, dat voor ſyne voorſz ontſlaginge de voorſz Prelaten ende Capittelen achtervolgende hare preſentatie geloven*

ſullen, opte verbeurteniſſe van alle hare temporele goederen den voorſz. Deken in rechten te preſenteren &c. omme te antwoorden op t'gene des die Procureur Generael hem ſal willen eyſchen, ſo uyt ſaecke van de voorſz. reſtitutie van de voornoemde partyen, als oock opt misbruyck ende delicten geimponeert, dat ſy luyden i'gewyſde voldoen ſullen. Aldus geordonneert by hare Coninckl. Maj. in der Stadt van Bruſſele den 6. Septemb. 1535. *Onderteeckent* Marie. *My tegenwoordich Penſart*

XII. Fuerunt deinceps & alii, à quibus fruſtra expetita hæc. Bello orto cum Hiſpanis, quum magiſtratus Trajectenſis ruinam ædis Marianæ, quam diu animo agitarat, ſperaſſet fruſtra & nequicquam, & corradendi tamen nummi ad ſuſtinendum belli onus, & neceſſarias munitiones adverſus vim ſubitam, non incommodum ei viſum redigere hæc in poteſtatem, ex quibus præſens ſperari poſſet pecuniarum ſubſidium. Injunctum ergo Collegio, ut mox traderet magiſtratui, propoſita etiam pœna, ſi non eſſet dicto audiens. Sed id minas non attendens cum moveri non poſſet, Decanus, cujus memini, Lambertus vander Burch, cum aliquot collegis ſuis in publicum hoſpitium poſtridie juſſus ire, & cum iviſſet, non dimiſſus, niſi ægre, & difficulter, cornibus quæſitis fruſtra, quæ clam & paucis conſciis jam alio ab eo miſſa. Quo tempore etiam parum abfuit, quin veniſſent, ut accepi, in Hiſpanorum poteſtatem. Odio enim religionis Lambertus, qui Pontificiam ſummo ſtudio ſectabatur, quidvis potius feciſſet, quam hoc in gratiam magiſtratus. Cornua dicebat donum Henrici IV. Imperatoris. Collegio ab eo data ad Dei honorem, divini cultus augmentum, & juxta uſum religionis Romano-Catholicæ ut animæ ipſius ſuorumque propitius eſſet Deus, extingui donationem ceſſante finali cauſa, ob quam donatio olim facta, nec obſtare tum quicquam, quo minus vel donator vel ejuſdem ſucceſſor à donatario eam revocet, relicta ad pias cauſas, ceſſante cauſa ob quam data, fieri mox caduca, & ad heredes reverti. Treutl. 2. *diſp.* 13. *lit. d.* Et ita quidem ille parum memor *l.* 5. *C. de pagan. l.* 16. *ff. de uſufr. leg. l.* 4. *ff. de adm. rer. ad civ. pert.* præterquam quod de cauſa fruſtra ab eo diſputatum. Nam ſi recte rem attendas, unde conſtat de cauſa? Non extat inſtrumentum, quo donatio olim facta, nec in rerum natura eſt. Et quî quæſo id veriſimile, quod data hæc ad Dei cultum? Quid his cum Dei cultu? An ulla hic cultus veſtigia? An eum augent, an promovent? Quod cultum ſapiat, plane nihil hic. Cæterum quicquid ſit ſalva interim adhuc cornua uſque in diem hodiernum. Et ſunt certe hæc antiquitatis monumentum inſigne. Ejus enim longitudinis & craſſitiei vix uſpiam. Carolus Audax cum duceret

ceret ſororem regis Angliæ Eduardi Margaretam, fuerunt Brugis, ubi nuptiæ, inter cetera ſpectatu digna ſeptem etiam unicornua, & quidem genuina, ut ſcribit Reiner. Snoyus *lib.* 11. *hiſt.* Nam hæc ibi ejus verba: *Poſt quæ uxorem Carolus ducere Margaretam Eduardi regis Angliæ ſororem, regio quo decuit apparatu ac pompa. Nuptialis domus tota miri artificii aulæis ex auro gemmiſque pretioſis coruſcare. Viſa ibi ſeptem cornua genuina Unicornuum, capitique ſponſæ, dicata aurea corona, quatuordecim margaritis perquam charis, præter adamantem in ea libræ pondo.* Recta autem, quæ Ultrajecti, non curva, aut adunca, aut ramis plena, ut cervorum. Cervi alioquin fuit cornu Weſtmonaſterii apud Anglos præclarum prorſus & inſigne, de manubiis olim Gallicis diu illic obſervatum, habens ramos viginti octo, quod apud Sylvanectum venatione inſtituta ademtum cervo à ſe capto à rege Galliæ Dagoberto. Ita tum fama. Venerat ſpectatum id cum Principe Palatino Hubert. Thomas Leodius, verum Rex Angliæ de tholo detrahi tum juſſerat, nequis monachus auferret veritus, ut ſcribit idem Hubertus *lib.* 11. *de vit. Frider. elect. Palat.*

XIII. Habuit etiam eccleſia, de qua ſermo eſt, Capellam in boreali ejus parte extructam ab Anſelmo ejuſdem ædis Canonico, & Florentii III. Hollandiæ Comitis Capellano, in patris autem memoriam & ſuam plenius dotatam à Theodorico VII. Fundatio eſt hujuſmodi: *In nomine ſanctæ & individuæ Trittitatis. Ego* Theodoricus *Hollandiæ Comes hoc ſcriptum dedi, ſicut manifeſtis liquet inditiis. Anſelmus ſanctæ Mariæ in Trajecto Canonicus, & patris mei piæ memoriæ Florentii comitis Hollandiæ, noſterque Capellanus, capellam quandam in ſeptentrionali parte eccleſiæ beatæ Mariæ in memoriam prædicti patris mei ſuamque ſuis de rebus conſtruxit, quam in honore matris Domini, & ſancti Iohannis Evangeliſtæ, & beati Georgii martyris Syfridus Raceburgenſis epiſcopus* XII. *Kalend. Decembr. conſecravit. Ego igitur* Theodericus *Comitis* Florentii & Adæ *Comitiſſæ filius prædicti Capellani bonam voluntatem & pium affectum conſiderans terram quandam meæ proprietatis aquæ, quæ* Poel *dicitur, hinc inde adjacentem juxta* Naeltwyck, *& ex morte cujuſdam hominis mei nomine* Iohannis *cognomine* Naghel, *qui eam à me in feudo tenuit, mihi vacantem, tam pro mea parentumque meorum viventium ſalute quam defunctorum requie prædictæ Capellæ una cum uxore mea* Aleyde *Comitiſſa in dotem & ab omni ſervitio exemptam contuli. De cujus proventu ſacerdos Deo, & ſanctis ibidem, in propria perſona ſerviens tam pro me quam pro meis hoſtiam vivis ac defunctis ſalutarem offerens, dum vitæ præſentis percipit fructum, æternæ nobis imploret conſortium.*

a. 1198

mina, ſi vera ſunt, quæ de ea narrantur, apud Alexandriam iiſdem temporibus acta, conſtat ſupra aliarum virginum agones merito eſſe extollenda, nihil omnino ſcripſit, maxime cum eundem Euſebium iiſdem temporibus in ipſis partibus ultramarinis conſtat extitiſſe, & intentionis ſuæ in libro prædicto dicit eſſe, martyria ſuis temporibus recepta ab eccleſia declarare: quomodo potuiſſet facta ipſius ignoraſſe? circa quam inter cetera tam excellens miraculum foret factum, quod corpus mortuum angelico ductu per aera ad locum remotum tranſlatum ſepeliretur. Nec ſolum miror Euſebium, verum etiam Ieronymum & Bedam, quorum uterque in partibus ultramarinis degens magnam fecit diligentiam de paſſionibus ſanctorum perquirendis, & neuter eorum, Ieronymus in Kalendario, Beda in martyrologio, mentionem fecit de S. Catharina: imo libri antiqui apud nos nomen beatæ Catharinæ in Kalendario, nec officium miſſæ in Sacramentario continent. Et quod me maxime vertit in dubium eſt illud, quod ubicunque de ejus paſſione quicquam legi vel audivi, legi & audivi Maxentium eam Alexandriæ occidiſſe, quem nullam poteſtatem ibidem ex libris authenticis & hiſtoriis famoſis tum conſtat habuiſſe: ſed Romæ totum tempus, quo tenuit imperium, ſeu tyrannidem, reſediſſe &c. Hactenus Gobelinus. Ejuſdem Acta tamen extant, ſed quæ fabulis ſcatent, ut nihil ſupra. Miraculis plena omnia, ſed quæ humanam excedunt fidem. Corpus, poſtquam obiit, Alexandria fingitur ab angelis in montem Sinai deportatum, & additur tum in Actis, quod inter crebra ibi miracula *unum eſt præcipuum, & vere multa memoria dignum. Nam in feſto hujus venerabilis martyris innumerabilis avium multitudo venit, quarum qualibet unam vel plures olivas, in roſtro ſuo portans in clauſtro deponit monaſterii, & ſic ibidem in tanta copia olivæ coadunantur, ut oleum factum ex eis per totum annum abundanter ſufficiat monachis pro neceſſitatibus ſuis & ad uſum lampadum.* Sed hæc ne nauci quidem facit vir acerrimi judicii Hadrianus Valeſius, dum in poſthumis, quæ à filio ipſius edita, pronunciat intrepide, quod *Vita S. Catharinæ virginis & martyris tota fabuloſa eſt, ab initio uſque ad finem. Creditur tamen*, inquit, *fuiſſe aliqua martyr iſtius nominis: ſed certum eſt etiam neſciri, quo tempore vixerit, & cujas fuerit.* Nec alia eſt ſententia viri doctiſſimi, & qui ætatem in veſtigandis, colligendis, deſcribendis Sanctorum Actis contrivit, Danielis Papebrochii *lib. 1. Reſponſ. ad art. 11. §. 14.* ubi nec diſſimulat audaciam Baronii, qui ut quantum poſſit fieri ſua & integra illis Actis adhuc conſtet auctoritas, pro *Maxentio*, ſub quo martyr

hæc

hæc contra fidem hiſtoriarum paſſa dicitur Alexandriæ, ſubſtituit *Maximinum*. Nec enim Maxentius, qui Italiam invaſit, prælio cæſus ad Tiberim, Alexandriæ unquam viſus. Et habent tamen illa Acta, quæ Baronius olim habuit, & in membranis etiam Papebrochius, *Maxentium* diſerte, non autem *Maximinum*, *d.* §. *n.* 83. Sed ſunt ex Pontificiis, qui credunt quicquid volunt, qui rationes, quamvis prægnantes, quæ opponuntur, contemnunt, & cœco quodam ardoris impetu Divas, Divaſque, qui nuſquam ſunt, tamen fingunt, cujuſmodi etiam Carmelita, contra quem eo nomine etiam ſcribit Papebrochius, Sabaſtianus à S. Paulo. Divorum certe Divarumque Pontificiis affatim eſt. Qui nuſquam ſunt aut fuerunt, non neceſſe eſt, ut adoptent. Nec id inſolens tamen. Ex uno faciunt interdum duos, pro veris falſos ſubjiciunt. Vid. Papebroch. 2. *Reſponſ. art.* 18. §. 2. *n.* 51. Unus forſan ſi excidat, habent plures ejuſdem nominis. Præter hanc, quam jam dixi, Catharinam etiam Senenſem, quæ & virgo audit *ſanctiſſima* & innumerabilium *virtutum mulier præclariſſima*, miraculis inſignis, ut & ſpiritu prophetiæ, ut de ea ita dicit Iac. Philipp. Bergomas ad Ann. 1379. ad quam & obitum ejus refert. Huic autem an alteri, cum fundatio perierit, ædes ſacra neſcitur. Certe aut hujus aut illius & Ultrajecti reliquiæ. Prioris Leydam delatæ, & hinc, ut creditur, avectæ ad diverſa opida ſub Baldrico epiſcopo Trajectenſi. Quidni & Ultrajectum? Henr. Thaborita *lib.* VII. *cap.* V. *In opido Leidenſi circa hac tempora reliquiæ, ut creditur, beatæ Catharinæ virginis in hoſpitali quodam recondita ſunt. Has nuncii hoſpitalis ad diverſas eccleſias conferebant.* Porta quæ prope templum, quod arci Vredenburch fecit locum, ex firmiſſimis, quæ Ultrajecti, arcis inſtar munita erat. *Quæ porta*, inquit Snoyus, *in arcis ſpeciem communita, haud ſine tyrannide, Trajectinis aliquot annis dominabatur.*

II. Subterraneæ ei ſpecus, quæ & carceris habebant uſum, ut dixi *to.* I. *Analect.* ad Henricam ab Erp. *p.* 164. Haud dubie ex iis paradiſus, cujus mentio etiam in Actis, ut in Ann. 1477. *des Woensdachs na Oculi: Dat Thonis by deſen daghe by ſonneſchyn op ſinte Kathrinen poorte ende int Paradys gaen ſel, ende daerinne blyven leggen tot beloken Paſchen toe &c.* in Ann. 1478. *3e Woenſdaechs na converſionis Pauli: Scepene, Rade, ende Ondermans geſteten, dat Meus ſes weken langh op ſinte Katherinen poorte int Paradys leggen ſal &c.* in Ann. 1455. *des Manendachs na beloken Paſchen: Zo ſel by hoir den meyſterloon of doen buten hoiren cuſte &c. ende zal ene twee maenden lang leggen int Paradys op ſinte Katharinen poorte, ende*

de eten water ende broot. Prope eccleſiam olim porta. Plerumque autem paradiſus eccleſiæ olim pars, contigua ei aut adjuncta. Media pars atrii ſubjecti gradibus baſilicæ, & circumdata quadriporticu, ut deſcribit Valeſius *ad Anonym. Panegyric.* Chronogr. Saxo apud Leibnit. *in Acceſſ. hiſt. ad Ann.* 983. *Publico elatus funere in paradyſo juxta baſilicam Dei genitricis Mariæ.* Porta autem, quam dixi, & alium habebat uſum. Ad majorem ſecuritatem in ea chartæ, diplomata, & ſpectantia ad diœceſin, vetera pleraque monumenta. Ex Actis Ann. 1477. *op onſer Vrouwen avont te Lichtmiſſe: Item zal onſe Cameraer . . . . . vyftich pont aen gelde voor ſynen dienſt, dien hy der Stadt &c. oick van dat hy vele brieven onſer Stat rechten aengaende, die gevonden ſyn op ſinte Katharinen poorte, geviſiteert, geregiſtreert, ende die copye daer van geteyckent heeft als Notaris, om die andere, die noch niet geregiſtreert en ſyn, noch regiſtreren en teyckenen zel.* De equeſtri ordine Melitenſi, ne ſim nimis prolixus hic, alias nonnihil dicam.

FUNDATIO XI.

ECCLESIÆ

Seu

Monaſterii S. PAULI *Ultrajecti.*

I. Cœpit S. Pauli ex montis ſancti ruinis. Mons Sanctus monaſterium, quod non longe ab Amisfurro in monte Hohorſt extructum, & extructum ab Ansfrido epiſcopo Trajectenſi. Tabulæ fundationis adhuc extant hujuſmodi.

a. 1006

In nomine S. & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus ſub Chriſtiana religionis norma degentibus, qualiter ego Ansfridus *licet indignus Trajectenſis epiſcopus in loco, qui vocatur* Hohorſta, *edificare præcepi cellulam, inprimis in honorem Dei noſtri Jeſu Chriſti, nec non glorioſiſſimæ genitricis ejus Mariæ, ſed & BB. Apoſtolorum Petri & Pauli, meique patroni ſpecialis S. Martini, ea ratione ut inibi fratribus monachis ſub S. Benedicti regula feliciter vivere cupientibus dies ducere liceat huic vitæ conceſſos. Ut autem locus prædictus in Dei ſervitio firmius poſſit eſſe ſtabilitus, jam dictis fratribus*

tra-

tradidi, quicquid visus sui habere in villa Thile *in pago Testerbantensi cum omni familia cunctoque servitio & districtione, ita ut omni tempore tenui atque possedi absque ullius contradictione nobis concessum. Et in* Twente *dimidium census thelonarii & monetæ & foreste in* Rumelo, *& quartam partem silvæ in* Fuchthoute. *Præter hac tradidi inter villas* Hele *&* Soys XIV. *mansos cum prædio Hohorst prædicto cum mancipiis & omnibus appenditiis, id est, silvis, pratis, pascuis, molendinis, aquis, aquarumque decursibus, acquisitis & acquirendis, quod dedit quidam Gerardus miles S. Martino, & novale quoddam in monte* Hohorst *usque in* Bachevon; *Addidi etiam has ecclesias* Ermelo *cum placito universo,* Groninga, Dokkinga, *Masemunster, Livemunster, Leyre, Swindrecht, Hemerte, Loysden. Actum est hoc publice coram idoneis testibus in Basilica S. Mariæ, sanctique Martini in Hohorst ipso die dedicationis ejus, id est, decimo quarto Kal. Decembr. Anno ab incarnatione Dni* CIↃ. VI. *indictione quarta, regnante Henrico secundo imperii sui anno* V.

II. *In villa Thile in pago Testerbantensi.* Pagus idem quod provincia; ut exempla sunt infinita. Auctor vitæ S. Wilibaldi: *in pago, qui vocatur Thuringia.* Aimoin. 3. *hist.* 90. *Brunichildi stupri causa familiarissimus, & ob id in pago Ultrajurano ab ea dux constitutus.* A pago *pagenses.* Iidem qui provinciales. Annal. Bertinian. ad Ann. 864. *Normanni, qui cum plurimo navigio in Flandris appulerant, resistentibus sibi pagensibus per Rhenum ascendunt.* Teisterbantia Comitatus, qui in Regni divisione inter Carolum & Ludovicum, Ludovici Pii filios, cessit Ludovico, complexus Gelriæ magnam partem, Veluam, Bomelam, Tielam, Culenburgum, Vianam, Buram, Aspetam &c. Vid. Annal. Bertinian. ad Ann. DCCCLXX. modo ibi pro *Commentestebant*, quæ vox non est nauci, *Comitatum Testrebant* legas, ut est apud Goldastum *to.* 3. *const. imper. p.* 218. Meminit Otto Tertius in charta Ann. DCCCC. XCVIII. qua ecclesiæ Trajectensi donat *omnem districtum super villam Bommele, & quicquid in jam dicta villa ad publicum bannum sive districtum pertinere visum est in Comitatu Unrochi Comitis, in pago,* inquit, *Teisterbantiæ dicto situm.* Frethoboldus etiam miles in charta Ann. 993. quæ donationem continet eorum, quæ habebat in *Comitatu Teisterbant &c.* Add. Io. à Leydis *lib.* 4. *hist. cap.* 12.

III. *regali scilicet nunc traditione & stipulatione nobis concessum.* Stipulatio quid sit notum ex *l.* 5. §. 1. *ff. de verb. obl.* Sed hic aliter vox accipitur. Hic solennis traditio est, cum certo symbolo transfertur

res, feſtuca data vel ſtipula. A *feſtuca* eſt *effeſtucatio*. A *ſtipula* ſtipulatio. *Adſtipulatio* eſt aſſenſus & auctoritas teſtium, Chronic. Reicherſperg. ad Ann. 1081. *tradidit ad eundem locum Reicherſperg S. Michaeli prædia ſua &c. ſub adſtipulatione multorum teſtium, & duas vineas apud Aſcha.*

IV. *in monte Hohorſt.* Extructo monaſterio *ſacer*, qui olim Hohorſt. Vitæ S. Anfridi ſcriptor apud Papebrochium *to.* 1. *SS. Maji : Eſt collis Heiligenberg tribus millibus à Trajecto diſtans, undique circumcluſus, una ex parte flumen limoſum, reliquum ſpatium perpetua palus eademque latiſſima ambiendo omnem aditum excludit.*

V. *duas eccleſias Ermelo cum placito univerſo.* Placitum pactum, conventio eſt, *l.* 1. *ff. de pact.* Comitia alibi, conventus publicus, conventus judicum. Unde & *placitare* idem quod litigare. Sed ſic vox hic non ſumitur. Hic exactio eſt, penſio, præſtatio. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu apud du Cange. *Salvo placito meo ſcilicet 7. ſolidos ſolvendo in nativitate Domini de geria tantummodo.*

VI. Et hæc eſt fundatio, quam quo majus haberet robur, ad inſtantiam Bernulphi epiſcopi Traject. reſcripto confirmavit Imperator Conradus Ann. 1028. Ex Chartulario Abbatiæ.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Conradus *divina favente clementia Romanorum Imp. Auguſtus. Ad præſentem proſperitatem & ad æternam ſpem ſibi profectum parat, quisquis eccleſias Dni vel à fundamentis locat, vel à perverſis dirutas redintegrandas locupletat. Quæ copia cum maxime Regibus & Imperatoribus præſto fuiſſet, ex quo Chriſtianæ religioni colla ſubdiderunt, pium & rationabile nobis videtur nihil ab his deviare, quibus credimus Anteceſſores noſtros ſibi æternam requiem promeruiſſe, Unde Dei noſtrorumque fidelium univerſitati tam præſentibus quam poſteris notum eſſe volumus, qualiter dilectus noſter* Bernoldus *Trajectenſis epiſcopus cum Abbate ſuo* Werinhero *de cœnobio S. Crucis & S. Dei genitricis & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli æternam celſitudinem noſtram adierunt humiliter obſecrantes, & bona eidem cœnobio ad uſum monachorum inibi Deo ſervientium à prioribus epiſcopis* Ansfrido & Adelboldo *collata per noſtrum imperiale præceptum eorum uſui confirmaremus. Quorum petitioni pium ſicuti juſtum erat aſſenſum præbentes ob interventum & petitionem dilectæ conjugis noſtræ* Giſelæ *Imperatricis Auguſtæ &* Henrici *unici filii noſtri Pannoniorum ducis ea infra ſcripta bona eorum uſui per hoc imperiale præceptum firmiſſime confirmamus. Præcipientes, ut nullus dehinc epiſcopus ejuſdem ſedis ullam habeat poteſtatem quolibet modo abalienare vel inde*

mi-

milites ſuos benefacere. Hæc ſunt ea bona quæ ſub Ansfrido *eidem cœnobio ſunt collata. Atrium* Thrile *cum omni ejus familia & cum omni diſtrictu, qui ad illud pertinet, & dimidium teloneum cenſus in* FUGTHE, *& quinque eccleſias ſitas in loco* Hermelo, Rheten, Santwick, Hemerthe, Luſdin, *inter villas* Heſe *&* Soys XIV. *manſos cum omnibus familiis. Hæc autem donatio* Adelboldi *ad ſupradictum monaſterium, videlicet omnia prædia, quæ ſibi* Azala *Comitiſſa dedit, atrium* Lienna, Windeshem, Hamerthe, *& juxta* Merweda *jacet unus locus, qui vocatur* Swindreht-weert *habens in longitudine & latitudine decem miliaria & dimidium, in* Mandron *& in* Seys *ſex manſos & dimidium, in* Twente, *atrium* ULFT, *tres manſos, quos Comes* Theodericus *ſibi reddidit ad ſatisfactionem, unam eccleſiam* Rotta, *decimationes de* Daventre, *de ſuo atrio de* Gezze, *de* Oeſterbeke, *de* Eleſte, *de* Vollepe, *de* Seiſte, *de* Amersforde, *& tres manſos, unam in* Daventre, *ſecundum in* Eleſte, *tertium in* Vallepe. *Hæc bona data vel in poſterum danda præfato cœnobio denuo confirmamus. Et ut hæc noſtræ confirmationis authoritas ſtabilis & inconvulſa omni tempore perſeveret hanc chartam inde conſcriptam ſubſcriptione manus noſtræ roboratam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum* D. Conradi *invictiſſimi Romanorum imperatoris Auguſti.* Deodricus *Cancellarius ad vicem* Aribonis *Archicapellani recognovit. Data* III. *Non. Februar. indictione* X. *anno Dominicæ incarnationis* M. XXVIII. *anno autem* D. Conradi II. *regnantis* IV. *Imperii* VI. *Actum Trajecti feliciter Amen.*

Leg. beneficiare. *Idem id quod in feudum dare.*

VII. *Conradus divina favente clementia.* Chron. Reicherſperg. ad Ann. CIↃ. XXVII. *Hic ex parte patris à Chuonrado Wormatienſium Duce, qui in prælio cum Ungaris ſub Ottone magno habito occubuit, ducens proſapiam, ex parte matris ex probatiſſimorum Galliæ Principum, qui ex antiqua Francorum ſtirpe deſcenderant, originem trahens, uxorem Giſelam nomine ex antiquo & glorioſo ſanguine Karolorum oriundam habuit.*

VIII. *In Twenre atrium Ulft. Atrium* idem hic quod prædium. Patet ex præcedentibus: *videlicet omnia prædia quæ ſibi Azala Comitiſſa dedit, atrium Lienna, Wincheshart, Hamerthe.* Quod certa agri menſura ſequentia etiam ſatis docent: *de ſuo atrio de Gezze, de Oeſterbeke, de Eleſte &c.* Alibi pars eccleſiæ eſt, area ante ædem cincta porticu columniſque. Alibi cœmeterium, quod fidelium ſepulturæ etiam paſſim in atriis. Vid. du Cange.

IX. Cæterum tranſtulit monaſterium fratribus non invitis, quod ab hoſte eſſet minus tutum, Ultrajectum Bernulphus. Beka in Bernulpho: *Abbatiam autem Reverendi patris Anfridi de monte Sancto prope Amers-*

ſordiam Trajectum tranſtulit, ubi conventualem eccleſiam in honorem S. Pauli condidit. Idem Heda habet in Bernulph. Idem Chron. magn. Belgic. *p.* 104. Magni nominis olim Abbas, qui & Ordinum Comitiis inter primos interfuit. Imperium ei, & jurisdictio. Territorium etiam in ipſa urbe, ut & Prætor, qui ei præerat. Ann. 1358. Prætor Goſwyn van Beyarden, Ann. 1362. Eggart filius Erneſti. Charta ejus Anni: *dat voor den Schoute, ende tinsgenoten, ende bueren in des Abts gerechte van St. Pauls gecomen is Meyſter Adriaen van der Putte, Canonic ten Doem t'Utrecht &c.* Charta Ann. 1362. *Eggart Eerſts ſoon Schout, Gerrit Pol, Niclaes Creyt, Iohan vander Haer, ende Willem Kocvoet, tinsgenoten ende bueren in des Abs gerechte van St. Pauwels t'Utrecht doen te weten, dat voor ons quam in den gerechte Wolff van Raven ende Gerrit van Oudenzeel, Procuratoers in deſer tyt van ſint Aechten gaſthuys wegen, en gaven Dirc die Zautloper t'euen ewelicken erſpacht de huyſinge ende hofſtede, alſo elſe gelegen ſyn in de Oudelle, ende ſint Aechten toebehoorende, tuſſchen der huyſinge ende hofſtede, daer ſchoone Yde nu op woont aen de overſyde, ende Huge Mouwers huſinge an die nederſyde &c.* Vaſalli, miniſteriales, judices, Pares Curiæ, & inſtar Principis comitatus. Nec mirum quod juriſdictio. Etiam aliis ea paſſim. Charta Ann. 1430. *Wy Iohan van Wulven by der genaden Gods Abt van Oeſtbroeck, maken kenlic allen luden, dat voor ons ende voor Willem Iansſoen onſen Scout, Geryt Zoudenbalch, Pontiaen Iansſoen, Melys Gherytsſoen, ende Peter Iansſoen, thynsgenoten, Lantgenoten, ende bueren gecomen is in ons gerechte opte Bilt &c.* De Abbate Senonenſi Richerius *lib.* 2. *Chron. Senonienſ. cap.* 5. *apud d'Achery to.* 3. *Spicil. Abbas vero homines ad placitum vocabit, judicabit, & per Scabinum emendas judicatas ſine Advocato levabit: & ſiqua culpa aliis temporibus in banno emerſerit, Abbas vel ejus Villicus &c. illas tractabit, & ſine debito terminabit.* De ipſius jam dixi *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 37. Eam autem exercebat & per ſe & per alium. Nam & licuit mandare. Ex Chartulario Abbatiæ: *Heer Wouter van Amersfoort Ridder, ontfangt van Gerardus Knoop die juriſdictie ende thienden van Emmeclaer &c. Ann.* 1282. Ex Rationum Codice Ducatus Gelriæ *lib.* 2. *Ann.* 1327. *op St. Marcus dach ontfangt Graef Reynolt van Gelre van den Abt van Sint Pauwels tot Utrecht het gerecht van Lienden, voor den tyt van vier en veertich jaer, oft anders geduyrende het leven van den ſelven Abt, voor twee beeren jaerlicx op St. Marcus dach te betalen. Item:* Ann. 1367. *ontfangt Hertoch Eduwart van Gelre van den Abt van St. Pauls dat gerecht van Lienden ende Driel, voor drie beeren jaerlicks te betalen, geduyrende 't leven van den*

hoogh-

boogbemelten Hertoch. Loquor de civili. Criminalis non fuit. Nam hæc nulli in diœceſi, niſi cui expreſſe & nominatim conceſſa, ut dixi *d. cap. 37.* Aliis etiam criminalis. Etiam Abbatiſſis, ut dixi de Rynsburgenſi 1. *Manud. ad jus Canon. tit. 6.* De cœnobio Portenſi, quod fratribus in villa Flemingen jus ſanguinis datum ab Alberto Landgravio Thuringiæ, teſtatur Pertuchius Chron. Portenſ. *p. 56.* & ex eo Paulinus de *Advocat. monaſtic.* §. 27. Abbas S. Pauli, etſi in diœceſi ei nunquam illud jus, jus habuit tamen alibi, nam & alibi ei bona, jus & puniendi & perſequendi maleficos, & quod adhuc plus eſt, bello eos urgendi. Unde & ei vaſalli, qui non fidem tantum & hominium, ſed præter fidem debebant etiam ſervitium militare, ut docent Abbatis literæ Henrici de Reno ad Giſelbertum de Yſſelt. Ex Chartulario Abbatiæ *fol.* XXVII. *Lieve Broeder wile weten, dat ons een knecht ontſegget heeft, ons, onſe onderſaten, onſe luden, ende allen onſen magen ende vrienden, die hy mit recht op ons haten ende veten mach, welcke knecht gebeten is Iacop Neefken, en nu ter tyt als wy verſtaen hebben, hem onthoudet &c. Waeromme wy u broederlick ende vrientlicken bidden, dat ghy ons daer inne te hulpe comt, als ghy ock ſchuldich ſyt te doen, ende wy u geerne doen willen, dat ons die knecht dair te recht come, want hy onſen roſmolen ten Heyligen berghe gebrant heeft, ende grooten laſt gedaen, ende doet, gelyck u Lambert onſen neve metten monde wel ſeggen ſal. Godt beware u alyt.* Ejuſdem de eodem ad Henricum de Boeckholt: *Geminde geſel, wy bidden u als den Hertoge van Gelre met ſynen Raet comet tot Bommel, daer wilt gaen met uwe vrienden voor den Raedt, ende vermanen ende begeeren, dat Heer Wouter van Yſendoorn aenbrenge ende op doe alſulcke waerheyt, als hy tuſſchen ons ende Elias Baynhem heeft beſeten. Ende wilt ock mede den Raedt toonen, dat Steven van Lienden ons niet voldaen heeft, ende voort van Iacop Neefken, dat hy hem daer onthoudet oft beſet hebbe &c.* Idem etiam in civilibus, ſi eſſet quæſtio de feudis non aliud jus agnoſcebat, quam receptum in Abbatia, nec judicabat ſecundum aliud, quam ſecundum conſuetudines feudales ipſius proprias. Modus etiam ſingularis, quo in læto introitu à vaſallis receptus. Sic in libro feudali: *Als een Abt geintroduceert wort, ſo comen ſes ſynre Leenmannen offeren by den altaer. Die eerſte twee comen ſyde aen ſyde, ende hebben elc eenen waſſen keerſe. Dat ander paer een wittebroot met een ſchonen dwael om haren hals, daer ſy dat broot mede dragen. Ende dat derde paer mannen hebben elc een vles wyn. Ende deſe ſes gaen paer en paer, ende volgen malcanderen als voorſz.* Quantum ad conſuetudines, quia hactenus

nondum viſæ, non abs re erit, ſi addam hic. Ita autem ſe habent. Ponam, ut reperi. Ex Chartulario feudali S. Pauli Trajectenſis.

X. *Item een leen dat verſterft, daer van die navolgers ſyn twee neven, die jongſte neve is van een ouder broeder, ende die outſte is van een jonger, ſo ſal die jongſte dat leen hebben.* Ita etiam judicatum *by den Hove van Utrecht* teſtatur *Raetsheer* Oom *in de informatie van Leuwenberch gaſthuys, licet contra in Hollant.*

Van aengetoſte Leengoederen uytten gemeen boedels penningen, ſal verſtoringe gedaen worden voor d'eene helfte, daer deſelve voor gecocht ſyn.

Item een leen dat verſterft daer van die naeſte is een neve ende nichte, hoewel die nichte is van een ouder broeder, ſo ſal die neeff dat leen hebben, want dat mans hooft in gelycke grade voor gaet.

Item Leengoederen diemen ſplit van ander Leengoederen, ſullen geven heel heergewaye, ten waer den Leenheer geliefde op minder heergeway te ſetten, dan alſt weder op een man comt, 't welck by verſterffeniſſe geſchiet, ſo iſt weder een heergeway.

Dan alſt weder by enen comt, die 't vercopen ſoude, ſo mach den Heer des weygeren, indien hy wilde ſeggen, dat hy daer een man aen verlieſen ſoude, of datmen altyt een ſonderling man dair of beloven ende ſetten ſoude tot behoeff des principael mans, ſo blyven de twee lenen.

Die Leenheer ſal 't leen verlyen in tegenwoordicheyt van twee oft drie mannen, als hy mannen heeft, anders mach hy 't verlyen in tegenwoordicheyt van twee andere bequame getuygen.

Item alle Leenen moeten verſocht worden binnen s'jaers, te weten van den tyt af dat die navolger geweten heeft, dat het Leen verſtorven was, welcke tyt om t'Leen te verſoecken, den naervolger oock niet gereeckent en wort, voor en al eer hy t'leen aentaſt. Si tamen intra annum inveſtituram non petierit, non cadit à feudo. Præſes loco à feudo ad emphyteuſin *n.* 41. Idem ſervatur in emphyteuſi *ibid.* Contrariam dicit ab emphyteuſi ad feudum *n.* 3. *in petenda renovatione.*

Item die Leenvolger behoort dat Leen te verſoecken binnen ſyn jaren, te weten out ſynde 14. *jaren opt verbeuren van ſyn leen.* Curtius *de feud. part.* 4. *n.* 37. *ſpecie* 4. *amittendi feudi fol.* 361.

Item in alle Leenen, 't ſy in de rechte linie ofte collateraal gaet van man te man, ſo lange daer mannen ſyn, ende als daer geen man en is, ſo gaet 't Leen totte vrouwe dair naeſt in deſelve linie, ſo lang daer man of vrou is in deſelve linie, anders in de collaterale. Hic oſtenditur diſſimilis natura feudi Abbatiæ & dominii Trajectenſis.

Item daeromme gaet een neeff voor een Moeye in alle Linie, dat

is

is te weten, een man laet achter een dochter, ofte een dochters ſoon, ofte een ſoons ſoon, die dochters ſoon ofte ſoons ſoon gaet voor de moeye als des Leenmans dochter.

Item insgelyex een man laet achter een Suſter ende een Suſters ſoon, oft een broeders ſoon, die leſte ſoon gaet voor de moeye als voor de mans Suſter.

Item in de linie ter ſyde gaet met recht nederwaerts, ende met cleyn recht opwaerts, daerom gaet die neeff van de Oom al is die neeff in graed vorder, dan die Oom, voor die nichte, want het een mans hooft is, ende ſo houtmen int Sticht van Utrecht.

Item als daer geen bloet nederwaerts en is in de rechte linie, ſo volcht de vader int leen mit des mans broeder, ende indien die broeder geen ſoon en ware, ſo volcht die vader alleen, ende ſo gaet 't leen opwaerts, ende niet ter ſyde waert.

Item ſo ſal die broeder eerſt volgen den dooden broeder int leen, al leeft die vader.

Item een nieu leen ſal gaen nederwaerts, ende ter ſyden alſt bevoorwaert is, ende dan mach het gaen tot de ſevende graed.

Item een nieu leen heeft een ander natuyr dan een out leen.

Item die ſyn leen overgeeft een ander, dat leen mach weder op hem comen, ten ware dat by 't alſo afſtonde, dat by dat nimmermeer hebben en woude.

Item als een broeder geeft een leen op, dat een ander broeder ontfangt, ende indien de beleende broeder dan ſtorve ſonder geboorte, ſo mach die eerſte broeder dan weder in dat leen volgen.

Item geen leen machmen by teſtament maken.

Item een leen en machmen niet geven voor een mans ſiel.

Item een man en mach dat leen niet geven in erfpacht voor een cleyne penſie, want men ſulx præſumeert tot achterdeel van den Leenheer, ende daeromme misdoet de man, die een ſtuck leens geeft in erfpacht jaerlyex om een cleyne penningh als om een ſwartjen, ende vercoopt met ſulcken bedroch dat leen ende ſteeckt in ſyn budel.

Item die een leengoet in pantſchappe geeft, ſo mach die geen die dat in pantſchappe heeft, ſyn ſchade niet ſoecken op den Leenman off ſyn erfgenamen, indien hy te voren wiſte dattet Leengoet was, dan en wiſte hy dat niet, ſo mach hy dat verhalen op den Leenman, ofte ſyn erven, waer hy doot.

Item die Leengoet verandert buyten den Leenheer verbeurt t'Leen, ende t'gelt datter voor gegeven is, ende die Notaris, die daer inſtrumenten of ſchryft is infaem, ende verbeurt ſyn hant.

Item

Item als een man ſyn leen vervreemt, die eerſte Heer ſalt wederroepen, ende niet d'ander, want de eerſte Heer heeft den rechten eygendom.

Item een beleent man mach een ander daer voorts mede belenen, ſonder conſent van den Heere, dan den anderen man ſal gelyck weſen den eerſten man, ende hy ſal dat recht leen ontfangen in ſulcken recht als den eerſten man.

Item die op dat leengoet timmert, ende dat leen verbeurt, en verbeurt die timmeringe niet. Fachin. *lib. 7. controv. cap. 65.*

Item geen preſcriptie heeft plaets ende loops in de leenen. Vid. Inſt. Clar. quæſt. 43. §. feudum.

Item al worden een Leenmans goederen aengeſlagen ofte geconfiſqueert om ſyn misdaet, dat leen blyft nochtans vry daer aff.

Als den man van den Heere gerechtelyck ten dienſte geroepen is, ende niet en comt, noch d'halve rentheu niet en ſendt, verbeurt dat leen, of die man mach een bequaem man in ſyn ſtede ſetten, of deſelve rente daer voor. Vid. Inſt. Clar. quæſt. 22. §. feudum.

Leen van d'Abdye van St. Paulus t'Utrecht.

Het Heergewaed is anderhalve Vranckryckſche ſchilt, ende wort betaelt voor de Leges als volcht.

Stadthouder	3	6	0
Greffier	2	2	0
Leenmannen	1	6	0
Heergewaed	3	3	0
Cleyn ſegel	0	8	0
Facit	10	15	0

XI. Ordo etiam judicii & modus coram Abbate & Paribus procedendi diverſus nonnihil aliis. Non abs re erit, puto, ſi reverentia antiquitatis etiam hunc hic ſubjungam:

Item die enen anderen in den Leenrecht mit recht ruminge eyſcht, ende bidt ſal in dingtale dinghen. Ende dattet recht den Verweerre condemneren ſal in de koſten, die mit recht daerom gedaen ſullen worden, ſo by myn Heere den Abt, ende den gerechte, ende oick by den clagere daerom mit recht gedaen ſullen worden. Dit mach hi al dingen in den eerſten, ende ſcriven in der dingtalen, of hy mach oick oirdele ſoecken by die daer in dinghen mogen, als die ſententie gegaen is.

Item die wynre blyft ſal hem ende ſyn borgen quyt dingen, ende

den

den verlieſer in de coſten, als hy voor bedingt heeft, of hadde hy des voor niet bedingt, desgelycx, ende begeeren des een oordeel.

Item ſo ſel die wynre, wil hy een betoon hebben van der ſententie, dat mit oordeel bedinghen.

Aldus quam myns Heeren 's Abts Schout te Leenrecht.

Hier ſpan ick recht van wegen des Keyſers van Romen, myns Genadigen Heeren van Utrecht, ende myns liefs Heeren 's Abts t'ſunte Pauwels t'Utrecht, ende verbiede onluſt ende onruſt, ende dat niemant en ſpreke dan met recht.

Tunc ſic loquitur ad vaſallos.

Ian of Peter ic vraghe u een oordeel, of ic t'recht geſpannen hebbe als recht is. Of aldus: Eens oordeels Ian, of ick t'recht geſpannen hebbe als recht is. Item: Eens oordeels of t'recht vertooch tot dalender ſonnen, of men voort recht houden mach, & mox.

So en ſal hier niemant ſpreken mit recht, hy en ſal eerſt mynen Heere den Abt borge ſtellen, daer hy aen gehouden is, als recht is, voor coſten, voor boeten, ende anderen oncoſt, die daer mit recht op gedaen ſal weſen, viel hy in den onrecht. Dat oordeel vraghe ic Ian of Peter.

Item dan int oordeel, dat men borghe ſtellen ſal &c. iſt geraden, dat die borgen loven ſullen te betalen, vallen ſy in den onrechte, in ſulcker manieren, dat die Heere hem die penninghen ende coſten &c. nyt ſal mogen doen panden mit den Schoute, daer die borgen woonden, off mit twee mannen. Houwen ſy goet van den Heere, ende verboerden ſy panden &c. den enen dach te panden, ende den anderen dach te eyghenen mitter eenre hant, want die borghe niet geerne en betalen.

Item als die een partye in den onrecht geweſen is, ſoo waert ock goet, dat die Dingweerder mit oordeel een betoon bedingde, van de oncoſten die dair gedaen ſyn, ende mach op die leſten rechtdach gedaen worden, ende dat daer A. of B. als borge in geweſen is te betalen, mit dubbelt gelt &c. op dat hem die Heer daer mede behelpen mach.

Item dat die ghemene mannen dan mede nemen drie of vier mannen by den Geſciften van den coſten dat betoon te beſegelen.

Aldus eyntmen 't recht.

Heeft hier ymants meer aen den rechte te doen, eenwerf, anderwerf, derdewerf, ſo geef ick den mannen oorlof, ende verdaghe die partyen ende die mannen tegenwoordich weder over XIV. *daghen.*

Tunc ſic: *Eens oordeels Ian of Peter, of ic recht gehouden hebbe, ende die partyen ende mannen verdaghet ende oorlof gegheven, als recht is.*

Item meer andere oordelen die gevallen ſyn, vint men hier na in de prothocollen, dair t'recht gehouden is.

Item die mannen by myn Heere den Abt eten, ende als die maeltyt gedaen is, ſo vermaent die Schout den mannen twe man te ſchicken by de rekeninghe der coſten.

Item wes oordelen die Scriver ſcrivet, ſal hy terſtont by den mannen over lude leſen.

Item van die mannen te recht te laden, à ſerviente Domini Abbatis, debebitur quod æquum eſt, *elcke reyſe twe of drie quarten wyns*, ſecundum quod videbitur.

Item ſo ſullen die Dienre die mannen laden by hoeren eedt.

Item ſolvit dominus Abbas Sculteto ſuo Simoni, *van drie rechtdagen te houden* XVIII. *ſtuyvers*, ſed nimium eſt. Sufficeret pro qualibet reyſa XI. *ſtuyv.* aut ad majus XII. Et dominus Abbas poſſet primo concordare cum Sculteto ante judicium de ſalario ſuo, & dare eidem ſecundum quod decet. *Ende van den boeten die vallen mochten &c.* concordandum eſſet, ut melius videbitur.

Item ſolvit ſervitori aut Notario ſuo Iohanni ſcriptori in judicio pro qualibet reyſa VII. *ſtuf.* quia judicium fuit de parva re. In ardua cauſa taxandum eſt pro ſcriptura de qualibet reyſa X. *ſtuf.* aut ut melius viſum fuerit ſecundum rationem.

Item myn Heer den Abt ſal altyt in den Leenrecht blyven ſitten, ende niet opſtaen.

Item die Schout ſittet voor myn Heere den Abt legher voor ſyn voeten op een cleynen ſtoel. Item die Scriver ſittet op een cleyn ſtoel beſyden den Schoute aen die luchter ſyde. Sic ſervatum eſt hic.

Item voor dit Schout ſtaet een lege banck, daer op geſchreven drie ermys mit cryt, of daer ymant eet doen ſolde.

Item als die verdaechde niet voor recht en comt, ende die mannen wyſen, dat men hem weder een weet doen ſal, die weet ſalmen hem doen een maent daer na. Ende die Schout verdaget die partyen wederom te recht. Desgelycks verdaget die Schout die partyen, die beyde tegenwoordich ſyn, weder over XLII. *dagen te recht.*

Item den weet ſullen die twee mannen, die daer by ſyn, in enen brief placaet onder haer ſegelen certificeren, dat ſy daer by ende aen waren, daer Ian &c. myns Heeren s' Abts Dienre den weet alſo gedaen heeft.

Item

Item ſo verdaget die Schout die mannen, die dair tegenwoordich ſyn, oic weder om te recht te comen over XLII. *daghen.*

Item ten leſten geeft die Schout den mannen oorlof, ut ſupra.

Item leengoeden, die men ſplyt van anderen leengoeden, ſullen geven heel heergewade, ten ware dat den Leenheere beliefden op nieu heergewade te ſetten. Dan alſt weder op enen man comt, t'welck onderwylen geſchiet by verſterff, ſo iſt wederom een heergewade. Dan alſt comen ſoude weder by een door vercopingh, ſo mach die Heere des weygeren, indien hy wil, ſeggende dat hy enen man dair an verlieſen ſoude, of datmen altyt enen ſonderlingh daer of beloven ende ſetten ſal tot behoeff des principael mans, ſo blyvent twe lenen &c.

Item desgelycx tynsgoeden, die men ſplit van anderen tynsgoederen, ſullen mit recht oick geven ſo vele thyns, als dat principael thynsgoet, ten waer dat den Heere beliefden op mynre thins te ſetten. Dan alſt wederom by enen comen ſoude, ſo mach die Heere dair in doen, als in deſen leſten punt van den leengoet ende Heergewaden beſchreven ſtaet, als te komen op enen thyns by verſterf, off ſe bliven verſcheyden tins by vercopinghe &c.

Item men ſal gheen cloſters tynsgoet verlyden, ſy en ſetten enen tynsman, ende als die doot is, weder enen anderen tynſman mit dubbelden tyns, ende ſo voort euwelyck duerende.

Item die momberſchap van Heerlycke goeden int Sticht ontfangen ſal, die ſal, indien die Heere des begeert, borch ſtellen, te weten geerfde mannen int Sticht, die daer goet voor ſyn, daer den Heere aen genoegen ſal, dat hy die momberſchap wel wil regeeren, ende daer af jaerlick ſe rekenſchap doen ſal, ende die goeden niet te verminderen. Hy mach geen torf graven, oft veen roeren, of ſulcke ſchadelycke dinghen doen, dan den pacht eerlycke regeeren &c.

Ende als hy die Borch ſtellet, ſo en mach die Leenheer hem die momberſchap niet weygeren. Die borge mach men hem oock doen ſtellen voor den Here van den Lande, want die kanſe bedwingen, ende die ſelve oick te geloven, coram domino Abbate domino feudi &c.

XII. Succeſſiones Abbatum ſiquis noſſe deſideret, confeci ex chartis & priſcis aliis monumentis eorum quendam catalogum, in quo tamen non omnes, quotquot olim præfuerunt, ſed hi tantum, quos reperi, & quorum apud me chartæ.

Primus eſt Werinherus, cujus ſupra in charta meminit Imperator Conradus.

Secundus Adelbertus.

Tertius Gerricus, & idem in urbe Primus, poſtquam facta eſt tranſlatio.

Willebrandus deinde —— —— Ann. 1118

Hildebrandus, cujus meminerunt & Wilhelmus Procurator, & Io. de Beka ad Ann. 1173. & Io. à Leidis *lib.* 18. *hiſt. c.* 8.

Waldeverus. Godefrid. Monach. ad Ann. 1196. *Felicis memoriæ Henricus Abbas obiit, cui Waldeverus ſucceſſit, Abbas S. Pauli in Trajecto, antea monachus eccleſiæ noſtræ.*

Henricus Dei gratia Abbas S. Pauli in Trajecto —— Ann. 1252

Henricus van Amersfoort. —— —— Obiit Ann. 1292

Henricus van der Wolfhage —— —— Ann. 1302

Iohan de Kleyne —— Ann. 1305. Hujus charta adhuc extat Ann. 1306. ubi ita in fin. *Hier over waren beſcheyden lude, die Prior van ſinte Pauwels, Heer Henric onſe Capellaen, monnike van onſen Godshuſe, Heer Dirc Pape van Rotterdamme, Adam van Lochorſt Ridder, onſe man &c.* Exſcribo verba hæc idcirco, quia alius invenitur Adamus van Lochorſt Ann. 1047. Advocatus monaſterii, *Beſchermer van ſinte Pauls*, ut in charta eſt ejus anni, & quia Henricus hic Capellanus is eſt haud dubie, qui Ioanni ſucceſſit.

Henricus van Ryckele in chartis Ann. 1312. 1316. Cui alius ejuſdem nominis

Henricus ſucceſſit Ann. 1321. Meminit ad eum annum Wilhelmus Procurator, *Anno*, inquit, 1321. *venerabilis pater dominus Henricus Abbas cœnobii ſancti Pauli Trajectenſis malens ſibi utiliter proficere, quam inutiliter præeſſe, & intendere contemplationi, quam cotidianis cauſarum tediis infeſtari, dignitatem reſignando ſimplex monachus efficitur. Cujus loco vir piiſſimus etiam Henricus nomine confirmatur.* Obiit hic anno 1326. & ſucceſſit Gerbrandus, ſeu Gerlandus, ut eum vocat Willelmus Procurator ad Ann. 1326. Quem baculo paſtorali privavit ſine cauſa Ioannes van Dieſt epiſcopus Trajectenſis, ut Willelmus Procurator ait ad Ann. 1330. Impatiens autem injuriæ quum Archiepiſcopum appellaſſet, ſufficitur interim in ejus locum

Iacobus quidam de Colonia. De quo Willelmus ibid. *Ad cujus ſedem mille librarum penſione promiſſa Iacobus quidam de Colonia trahitur. Gherlandus vero appellationem proſequens verſus Coloniam tendere perhibetur, illic ſui ſanguinis incitando nobiles Archiepiſcopum pro ipſius ſuffragio ſupplicantes:* Nec tamen Iacobus diu munere eo functus. Willelm. ibid. ad *Ann.* 1332. *Eodem anno Iacobus de Co-*

Colonia, qui Gerlando depulſo ſupra ad ſancti Pauli Abbatiam apud Trajectum trahitur 3. Kal. April. apud ſacrum montem quodam juvene cauſa equi occiditur, qui juvenis Helyas de Woudenberch appellatur.

Hermannus Wolf Abbas —— —— 1339. 1345. Iutſaſiorum ſigillo uſus dict. Ann. 1339.
Henric van Boechout —— —— 1347. 1349. 1352
Iohan van Oyen —— 1358. 1360. 1361. 1373. 1377
Henrick van Ryn —— —— —— 1382. 1387
Henrick van Poelwyck —— 1401. 1403. 1405. 1406
Arnoldus Abbas, *Aerns Willemſſen* alibi 1408. 1410. 1412. 1417
Gerrit van Damaſſche —— —— 1421. 1422. 1423. 1427
Willem van Heuckelum Abbas —— 1435. 1439. 1450. 1451
Iacob van Poelgeeſt —— —— 1452. 1453. 1457.
Iohan Clauwert —— 1459. 1463. 1470. 1475. 1483
Iacob vander Steech —— —— 1486. 1487. 1493
Arnoldus Abbas S. Pauli —— —— 1499
Willem van Nykercken —— —— 1502. 1508. 1510
Matthæus van Goch —— 1532. Obiit Ann. 1536. 15. Febr.
Gerardus Elberti —— —— —— 1536
Gerrit van Nykerck —— —— —— 1560
Gerardus van Mierlo —— —— —— 1574

XIII. Fuit Abbatia hæc novæ foſſæ ab Oriente, veteri ab Occidente, eccleſiæ S. Salvatoris ab Aquilone contigua, relicta anguſta tantum ſemita inter fines utriuſque. Nec procul aula epiſcopalis cui proximus Abbatis hortus. Cujus uſum, cum peteret, aula non contentus, accepit Comes de Meurs Gubernator diœceſis, ſuffectus ab Ordinibus in locum domini de Villeers, prælio capti ab Hiſpanis, Ann. 1586. 23. Febr. In veteri ſcheda de eo ita: *Comiti de Meuts in locum D. de Villeers ſuffecto, nulla ejus ratione habita, quod in propugnatione patriæ in Leerſum captus eſſet, inſtaurata domus epiſcopalis ad ſuum libitum, nec eo contentus hortum ſancti Pauli ad inambulandum expetiit, eique adjudicatus eſt 23. Febr. 1586.*

XIV. Initio tumultus Belgici, cum eccleſias paſſim plebs invaderet, nec hæc manſit intacta. Direpta etiam de nocte Ann. 1580. Pulſis monachis & ejectis cum corradendi eſſent nummi, campanæ ablatæ, divenditæ Ann. 1586. Arbitrio Ordinum permiſſa bonorum adminiſtratio, & hæc in alios neceſſarios & pios uſus converſa, etſi non una de iis habita deliberatio, ut intelligere eſt verbi gratia ex decreto, quod

ſequitur: *Die Geeligeerde, ende Gecommitteerde van de Ridderſchappe 's Lants van Utrecht, gehoort, ende in naerdere deliberatie geleyt hebbende het aengeven van de Heeren Borgemeeſteren der Stad Utrecht, beroerende d'adminiſtratie ende employe der goederen van d'Abdye van St. Pauwels t'Utrecht, bedancken de voornoemde Heeren Borgemeeſteren van de goede affectie, die ſy verclaren te hebben, ten eynde alle ſuperfluë ende onnutte oncoſten in de voirſz. Abdye geamputeert ende verhoet, ende dat de voorſz goederen in pios uſus mochten werden geemployeert, dan alſo de voornoemde Geeligeerden ende Ridderſchappe uytte Reeckeningen der voorſz Abdye bevinden, dat de goederen van dien in Gelrelant ende andere Provintien, buyten den Lande van Utrecht voort meerendeel ſyn gelegen, ende dat ſy genoechſaem onderrecht werden, dat ſommige heurluyden opſicht daer toe dragende ſyn, of nae het affterven van den leſt overleden Adminiſtrateur der voorgenoemde Abdye, die directie ende regeeringe van deſelve Abdye, ende der goederen van dien, ſulcx ſoude werden verandert, dat hun daer door occaſie werde geſuppediteert, omme te mogen ſuſtineren, dat die Staten van Utrecht ſelfs de regeeringe ende die directie der voorſz goederen ſouden hebben verlaten, ende dat doch andere daer inne ſouden weſen getreden, in regardt van dewelcke ſy luyden hun ſelven ende andere ſouden mogen perſuaderen, dat hun des by des gemeene Lants tractaten niet en ſoude weſen geinterdiceert, noch verboden der voorſz Abdye goederen onder heurer gebiedt gelegen te aenveerden, ende na heure beliefte te doen applicceren, ſo ſouden de voornoemde Geeligeerdea ende Ridderſchappe verſtaen, dat die voorſz veranderingen ende affectie van dien ſoude ſtrecken tot een quaet exemple, ende prejudiciable conſequentie, ende alſulcx tot groot nadeel van den Lande van Utrecht, Ende om alle de voorſz ende meer andere inconvenienten, ende byſonder omme innovatie in de regeeringe 's Lants van Utrecht te verhoeden, ende niet te min effectuelyck te vertoonen, die goede meyninge van de Staten, insgelycx te ſtrecken tot amputatie van de onnutte oncoſten, ende applicatie in pios uſus, ſouden de voornoemde Geeligeerden ende Ridderſchappe, hun conformerende ende regulerende nae ende met meniehfuldige voorgaende Staten reſolutien geraetſaem vinden Staetsgewyſe tot Adminiſtrateur van de voorſz Abdye, ende der goederen van dien te committeren N. een van deſelve Abdye tot Toeſiender, ende N. tot Rentmeeſter ende Secretaris, alles by proviſie, ende tot revocatie der Heeren Staten voornoemt, Welverſtaende dat de voornoemde Admini-*

miniſtrateur, Toeſiender, ende Rentmeeſter hun in alles ſouden hebben te reguleren, na en vermogens d'Inſtructie, die hun by de voornoemde Heeren Staten daer op ſal werden gegeven, ende ten eynde den oirbaer in deſen promteljck gedaen, ende die pieuſe intentie van deſelve Staten werde gevordert, ende ſo haeſt het doenljck ſal weſen int werck geſtelt, datmen Staetsgewyſe eenige Heeren ſal committeren tot het ontwerpen van de voorſz. Inſtructie, ende alſulcx den Heeren Burgemeeſteren der Stadt Utrecht, als mede Litmaten van de voorſz. Staten verſoecken, dat hun believen oock ſelfs tot de voorſz. ſake te vaceren, vaſtelyck verhopende, dat deur alſodanich middel d'voorſz. Abdye ende hare goederen des te bequamelicker jegens d'uſurpatie van anderen ſullen worden geconſerveert, d'abuſen ende onnutte coſten getolleert, ende die goederen geemployeert ten meeſten dienſte, ende ter pieuſe intentie van de voornoemde Heeren Staten, daer toe deſelve na gelegentheyt van tyt ende ſaecke ſouden behooren geappliceert ofte geaccommodeert te worden. Ende begeeren de voornoemde Geeligeerden ende Ridderſchappe, dat de Heeren Borgemeeſteren gelieven hun met 't geene voorſz. is te conformeren. Gedaen t'Utrecht den XVII. *Febr.* CIↃ. IↃ. XCII. *Onder ſtont, Ter ordonnantien als boven. Onderteyckent, G. de Ledenberch.*

XV. Concors Ordinum quidem mens de bonis monaſterii convertendis in pios uſus, ſed quemadmodum, & in quos, deliberatio diu tenuit. Convenit tandem de exhibendis Theologiæ aliquot ſtudioſis, in quos quotannis impenſæ, quo ſtudia promoverent feliciori ſucceſſu, ſexies mille floreni, quingenti, & decem. Alumni in quos diviſi, ſeptem erant & quadraginta Ann. 1625. Qui quum numerus eſſet nimis magnus, nec ſpes omnibus promotionis, contractus eſt ad octodecim decreto Ordinum dicti anni. Quibus quotannis dati ter mille & ſexcenti, ſingulis ſcilicet ducenti. Nec expunctus tamen quiſquam ex iis, qui admiſſi jam. In locum tantum deficientis, donec tantum octodecim, ſuffectus deinceps nemo. Decretum hujuſmodi.

De Gedeputeerden van de Staten 's Lants van Utrecht, geſien hebbende van tyt tot tyt, dat den incomen van de Abdye van St. Pauwels meer ende meer, ſo mit onderhout van Alumnen als andere Geſubſidieerden is belaſt geworden, daer door t'Comptoir tot een onvermogen apparentelyck vervallen, ende de Alumnen tot een infinit verval excreſceren ſouden, ſonder datmen oock deſelve al t'ſamen tot beroep van Predicanten ſoude konnen promoveren, ſo hebben wy eenige Heeren uytten onſen geconmitteert, die eenen meſnagerenden voet ende

de ordre beramen ſouden, omme voortaen na behooren ende proportie van vermogen der voorſz. Abdye ſeker getal van Alumnen te onderhouden, ende daer toe een ſeker ſomme jaerlycks te ordonneren. In gevolge van t'welcke de Heeren Gecommitteerden ons hebben gerapporteert, dat de tegenwoordige Alumnen ende Geſubſidieerden 47. ſterck in getale ſyn, ende dat tot onderhout van deſelve jaerlycx uyt den voorſz. comptoire betaelt worden 6510. gulden, ſynde deſelve ſomme ſeer exorbiterende, ende niet kunnende apprehenderen, datmen voortaen ende altoos ſo veel Alumnen hier tot Predicanten ſal konnen gebruycken, ſouden daeromme, onder correctie, goet vinden, datmen alle de voorſz. perſonen ſo Alumnen als Geſubſidieerden ſal onderhouden in ſodanige alimentatie, als by elck van deſelve ſtaet geſpecificeert, ende dat onder het ooge, opſichte, ende diſcipline, als deſelve nu ter tyt gehouden worden, mits dat by het afgaen, promotie, verlatinge, oft verſterf van d'een of d'ander der ſelve, by ordre ſucceſsivelyck die navolgende ſullen aſcenderen, ende trecken ſulcke alimentatie als die voorgaende genoten heeft. Welcke ordre ſal worden nagecomen, ende geobſerveert ter tyt ende wylen toe, dat het voorſz. getal van XLVII. *Alumnen gecomen ſal weſen op* XVIII. *Die gehouden ſullen ſyn alleen Theologiæ te ſtuderen, die als dan hooft voor hooft elcx tot onderhout ende vorderinge van de ſtudien jaerlycx ontfangen ſullen 200. gulden, Blyvende d'voorſz. ſumme daer toe geaffecteert, ſonder datmen ten reſpecte van Alumnen d'voorſz. Abdye met eenige hooger belaſtinge ſal mogen beſwaren, als alleen met 400. gulden voor twee Alumnen, die d'Abdye gehouden is te ſuſtineren ter recommandatie ende nominatie van de Magiſtraet van Bommel, uyt krachte van ſpeciael accoort ten opſichte van der Abdye goederen in Bommel ende Tielreweerden gelegen opgericht, ende mettet geene men by nieuwen Accoorde die van den huyſe Willebrordi geven ſal, voor een taſſatie van den Accoorde mette ſelve hier vorens gemaeckt. Ende op dattet geene voorſz. is onderhouden ende ſonder confuſie nagecomen werde, ſo ſullen in voegen navolgende onder de Gedeputeerden van de Geeligeerden, Ridderſchap, ende Stadt Utrecht verdeylt blyven de namen van de Alumnen ende Geſubſidieerden, in voegen ende ſulcx deſelve in navolgenden lyſte geſtelt ſyn. Waer nae de ordre van Succesſie ende Acctreſcementen van d'alimentatie geſchieden ſullen. Ende in yders Lith 't getal tot ſeſſe gecomen ſynde, ſal als dan by vacature een ander in die plaetſe reſpectivelyck genomineert, ende by de Ordinaris Gedeputeerden aengenomen werden. Diens volgende ſullen de Geeligeerden op haerluyder lyſte hebben de namen ofte perſonen als volcht:*

Geeli-

Geeligeerden.

Ioannes Henrici Vordenus	200
Theodorus Thomæ	200
Iacobus Philippi Orander	200
Theodorus Mulaerd	200
Guillelmus Rycke	200
Theodorus ab Hove	200
Anthonius Both	200
Ioannes Ribbius	200
Bernardus ab Eyl	100
Dni Bernardi Buſchofs ſoon	100
Petrus Buyſer	50
Daniel Larenus	100
N. Moringius	100
Nicolaus Grauwaert	50
Nicolaus Mullen	50
N. ter Brug	50
Petrus ab Oy	100

Ridderſchappe.

Dionyſius Mersbach	200
Arnoldus Hornbovius	200
Brigidius Hermanni à Vianen	200
Matthias Porcely	200
Henricus Wemmerus	200
Henricus Malecoot	200
Iacobus Camerbeeck	200
De ſoon van Iuffrouw de Wael	100
Eyſonius Iulius	100
N. Ratius	100
N. Meerlandt	100
Ioannes Egberti	100
Iſacus Iunius	50
Arnoldus à Lakerveldt	50
Laurentius Modeus	50
Henricus à Coetsfelt	40

Stadt Utrecht.

Ioannes Kuchlinus	200
Arnoldus Bornius	200

Bernardus Oldenburgius	200
Gerardus à Diepeveen	150
Elias Witvoet	100
Ioannes Dunganus	200
Rudolphus à Nyspoort	200
De ſoon van Iuffrou Iohanna du Bois	100
Godefridus Deylius	100
N. Bosſius	100
Reynerus van Enſchede	100
Iohannes van der Heyden	50
Ioannes Bornius	50
Philippus de Leuw	50
N. van Schagen	50

T voorſz rapport geboort ende geexamineert ſynde, approberen alle 't gene voorſz ſtaet, ende ordonneren 't ſelve na ſyne forme ende inbouden nagecomen te ſullen worden. Actum den 14. *Auguſt.* 1632. *Onder ſtont: Ter ordonnantie van de boven geſchreven Gedeputeerden. Ondertekent, Ant. van Hilten. Opt ſpatium hebbende gedruckt 't Pitſier van de Ed. Mog. Heeren Staten 's Lants van Utrecht in raden waſſche.*

XV. Non abs re erit, ſi addam hic, quo ritu & quemadmodum electus olim Abbas. Electio olim libera. Eligebat Conventus, & eligebat, quem vellet. Poſtquam in Cæſarem tranſcripta diœceſis quem vellet Cæſar nominabat. Nec alium quam hunc eligere dein licuit. Papa eum confirmabat. Cæſar confirmationem elaudabat codicillis literis Papæ annectendis. Exemplum ſi addam, de re tota conſtabit. Ex Curiæ Provincialis Memoriali ſecundo:

Electio irrita declarata, cujus Cæſar non erat conſcius.

In nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum pateat evidenter & ſit notum, quod anno à nativitate ejuſdem domini 1510. *triceſimo ſexto, indictione nona, die vero Sabbathi, quinta menſis Martii, hora undecima vel quaſi, ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri, domini Pauli divina providentia Papæ tertii anno ſecundo, conſtitutis magnificis & præſtantibus viris, magiſtro* Iaſparo *de* Hogelandia *Præſide, & magiſtro* Rutgero *vander* Kerck *Conſiliariis Cæſareæ majeſtatis in Curia Provinciali Trajectenſi coram Venerando Patre,* D. Iohanne *de* Caſtro *Abbate monaſterii ſancti Laurentii in Oeſtbroec prope & extra muros civitatis Trajectenſis, nec non Venerabili & egregio viro* D. Iohanne *de* Goch, *Canonico ſancti Salvatoris, & Reverendiſſimi in Chriſto patris domini* Georgii *de* Egmonda *epiſcopi Trajectenſis in ſpiritualibus Vicario generali, & religioſis fratribus Priore & Conventualibus Con-*

Conventus ſancti Pauli in Trajecto ordinis ſancti Benedicti, Capitulariter in earum domo Capitulari congregatis & Capitulum inter ſe facientibus & repræſentantibus, in mei Notarii publici & teſtium infra ſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum præſentia, idem Magiſter Iaſpar *Præſes in hunc vel ei in effectu ſimilem modum ibidem palam & publice exorſus eſt:* Venerande *pater, ac religioſi fratres, jam diu eſt, quod Cæſarea Majeſtas à ſancta Sede Apoſtolica certum indultum exhibuit, quo inhibetur omnibus & ſingulis Religioſis ſeu Regularibus, ſub ditione ſua citeriorum partium ſuarum conſtitutis, ne poſt obitum eorum ſuperiorum ad electionem aliquam in locum defuncti procedere intendant, niſi de ſcitu, & beneplacito, ac ad nominationem Cæſareæ majeſtatis, & nulla perſona eligi debeat, niſi prius nominata per Cæſaream Majeſtatem, & eidem grata & accepta fuerit. Alioquin ipſa electio cenſetur nulla & invalida, prout hæc & alia in dicto indulto aſſeruit latius contineri. Illoque indulto in pluribus locis patriæ Hollandiæ, præſertim in monaſterio Egmondenſi dicti ordinis ſancti Benedicti, ac alibi, hactenus ſua Majeſtas Cæſarea uſa fuit, adeo quod nec licuerit contra hujuſmodi indultum aliquid attentare. Vos tamen fratres iſtius monaſterii veſtro Abbate domino* Mattheo de Goch *paulo ante defuncto abſque ejuſdem ſuæ Majeſtatis, vel etiam locum tenentis, aut noſtro, ſuæ Majeſtatis Celſitudinem in hoc loco repræſentantium, ſcitu & notitia unum ex vobis in Abbatem veſtri monaſterii eligere præſumpſiſtis in parvipendium dictæ Cæſareæ Majeſtatis & indulti hujuſmodi, & licet ipſa Cæſarea Majeſtas hujuſmodi electionem tanquam nullam & minimi ponderis, & contra indultum antedictum factam parvifacere poſſet, & vobis jure iraſci, ſua tamen Majeſtas, volens hoc tempore vobiſcum gratioſe agere, & vobis gratificari, mandavit per literas ſuas, quatenus priorem electionem modo præmiſſo per vos factam caſſare & revocare, & ad novam procedere debeatis alicujus perſonæ ſuæ Majeſtati gratæ & acceptæ, prout nos nomine ejuſdem ſuæ Majeſtatis vos requirimus.* Quo audito *frater* Bernardus *de Trajecto Prior dicti conventus ſancti Pauli cum reverentia petiit deſuper ſibi ac fratribus conventualibus concedi communicationem. Deinde ipſos dominos & magiſtros* Iaſparum & Rutgerum Verkerck *à domo Capitulari exire velle rogavit. Ac poſt unam atque alteram communicationem inter ipſos, & etiam cum prius electo habitam, reingreſſiſque eiſdem Dominis, & pluribus verbis & reſponſionibus hinc inde ſuper electione prius facta & revocatione facienda conſumptis, tandem dictus Prior nomine aliorum Conventualium Capitularium ibidem præſentium nolens Cæſaream Majeſtatem in aliquo offendere, cum notum haberet perſonam prius electam fore & eſſe gratam & acceptam ſuæ Majeſtati, electionem*

uem prius per ipſos factam, quantum in eis erat, revocavit & taſſavit; & paulo poſt, dicto prius electo ſecum & cum dicto Reverendo patre ac aliis communicante, idem electus ſimiliter, Cæſareæ Majeſtati reniti minime intendens, electioni priori de perſona ſua factæ renuntiavit, & ceſſit, & eandem in manibus electorum ſuorum reſignavit. De & ſuper quibus præmiſſis omnibus & ſingulis dictus magiſter Iaſpar *Præſes à me Notario publico infra ſcripto ſibi nomine Cæſareæ Majeſtatis petiit fieri, confici, atque tradi unum vel plura publicum ſeu publica inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta fuerunt hæc Trajecti, ſub anno, indictione, menſe, die, hora, & Pontificatu præſcriptis, præſentibus ibidem honorabilibus & diſcretis viris, magiſtro Gerardo de Weſtrenen, presbytero Vicario majoris eccleſiæ Trajectenſis, magiſtro Everardo de Coddenoirt utriuſque juris Licentiato, & Iohanne de Holtbuyſen, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis. Sic ſubſcriptum: Et ego Heynricus Eyck clericus Trajectenſis, publicus ſacra Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius &c.*

Nova electio.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Tenore præſentis publici inſtrumenti cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod cum anno à nativitate ejuſdem domini CIↃ. IↃ. *triceſimo ſexto, indictione nona, die vero Mercurii ſexta decima menſis Februarii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri, Dni Pauli divina providentia Papæ Tertii anno ſecundo, Venerandus dominus recolendæ memoriæ* Matthæus *de* Goch *Abbas, dum vixit, monaſterii reformati & ſanctæ Sedi Apoſtolicæ ſubjecti ſancti Pauli Trajectenſis ordinis ſancti Benedicti, ſicut Altiſſimo placuit, ab hac luce migraverit, & in Domino diem vitæ ſuæ clauſerit extremum, ejuſque corpus eccleſiaſticæ ſepulturæ cum debitis obſequiis, ut decens eſt, traditum fuerit, coram Venerando patre in Chriſto domino* Iohanne *de* Caſtro *Abbate monaſterii etiam reformati ſancti Laurentii in Oeſtbroec, prope & extra muros civitatis Trajectenſis, ordinis ſancti Benedicti, & venerabili viro, magiſtro* Iohanne *de* Goch, *Canonico eccleſiæ ſancti Salvatoris, ac Reverendiſſimi in Chriſto patris & domini, Dni* Georgii *ex Comitibus de Egmonda epiſcopi Trajectenſis in ſpiritualibus Vicario generali in noſtra Notariorum publicorum & teſtium infra ſcriptorum, ad hoc vocatorum & rogatorum, præſentia perſonaliter conſtitutis Venerabilibus & Religioſis, patre* Bernardo *de Trajecto Priore, fratribus* Petro *de* Zwolle, Theodorico *de* Gras, Henrico *de* Daventria, Gerardo Elberti *Cellerario*, Henrico *de* Trajecto, Iohanne *de* Tremonia, Antonio *de* Trajecto, Iohanne *de* Gandavo, Iohanne *de* Cuelbeeck *de* Scheppingen, & Giſelberto *de* Oudenaerden *ex Flandria, Conventualibus dicti monaſterii ſancti Pauli, ac die hoc aque infra-*

ſcriptis

ſcriptis electioni de futuro eorum Abbate & Prælato faciendæ præfixis in domo eorum Capitulari, Capituloque prius indicto, ac vocatis omnibus & ſingulis, hujuſmodi electioni intereſſe debentibus, Capitulariter congregatis, Capitulumque ejuſdem monaſterii inter ſe facientibus & repræſentantibus, dictus Reverendus dominus Iohannes Abbas eoſdem patrem Priorem, ac fratres Conventuales, ne monaſterium ipſorum Patre & Prælato diu deſtitutum maneret, ut viam commodiorem, qua ad electionem novi Abbatis procedere intendant, eligere vellent, admonuit, & aliquali communicatione habita, dicti Conventuales per os antedicti Prioris viam inſpirationis Spiritus ſancti, tanquam hujuſmodi eorum electioni convenientem ipſis præ aliis viis magis placere reſponderunt, ac deinde in continenti dicta via inſpirationis Spiritus ſancti ſic electa & nominata memoratus pater Bernardus Prior fungens cum reverentia palam aſſeruit, quod ſecundum Deum & conſcientiam ſuam non ſciret habiliorem & magis ydoneam ad regimen & curam eorum monaſterii, quam fratrem Gerardum Elberti cellerarium præſentem, idcirco eundem, ut virum religione probatum, eumque qualificatum, & in ſpiritualibus & temporalibus quam plurimum expertum, ſacroſanctæ Cæſareæ Majeſtati, ac nobilibus & omni populo gratum & acceptum, prout ipſis conſtabat, in ſuum & dicti ſui monaſterii Abbatem nominavit & elegit. Quo audito ceteri fratres Conventuales antedicti reſpective ſingulariter ſinguli electionem hujuſmodi perſonæ ipſius fratris Gerardi Elberti per patrem Priorem ſic ut præmittitur factam pro eorum conſcientia laudantes & confirmantes unanimiter & concordi animo, nemine ex ipſis contradicente aut diſcrepante, in Spiritu ſancto præfatum fratrem Gerardum Elberti cellerarium in Abbatem & Prælatum ipſorum & monaſterii antedicti nominarunt & elegerunt. Qua quidem electione ex inſpiratione & via Spiritus ſancti ſic facta, & concorditer celebrata, prænominati pater Prior, aliique fratres Conventuales electores dictum fratrem Gerardum cellerarium electum præſentem, ut electioni hujuſmodi de ſua perſona via & inſpiratione Spiritus ſancti factæ & concorditer celebratæ conſentire, & illam acceptare, ratamque & gratam habere vellet & dignaretur, rogarunt. Qui poſt aliquod intervallum ad genua coram dicto Reverendo patre domino Iohanne Abbate ſe convertens cum omni humilitate, qua potuit, patri Priori, & fratribus conventualibus, in his vel eis in effectu ſimilibus verbis reſpondit: Venerabiles & Chariſſimi in Chriſto fratres, electioni de perſona mea in Abbatem & Prælatum hujus veſtri monaſterii & congregationis, licet multum immerita & minus ſufficienti ad onus hujuſmodi ſubeundum, concorditer in Spiritu ſancto factæ & celebratæ, ne videar divinæ diſpenſationi in aliquo reniti velle, fretus di-

vina benignitate & adjutorio in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti conſentio, eamque accepto, ac ratam & gratam habeo. Quo peracto *memorati Pater Prior, & fratres Conventuales electores nimio præ gaudio de concordi hujuſmodi electione latantes pulſatis campanis ejuſdem monaſterii canum jocunditatis & lætitiæ* Te Deum laudamus *incipientes, & cantantes, ac è dicta domo Capitulari exeuntes proceſſionaliter, ſubſequentibus dictis dominis Iohanne Abbate & Electo una cum aliis præſentibus chorum ipſius monaſterii introierunt, & ibidem præfato Electo in ſcabello ſummi altaris proſtrato, ac ipſo cantico lætitiæ completo, orationeque, ut moris eſt, ſupra dictum Electum proſtratum facta, prafatus Reverendus dominus* Iohannes *Abbas eundem Electum ad alteram januam dicti chori duxit, & ibi alta & intelligibili voce intimavit, publicavit, & inſinuavit præmuſſam electionem de perſona ipſius fratris* Gerardi Elberti *cellerarii in Abbatem ejuſdem monaſterii inſpiratione & via Spiritus ſancti eſſe factam & celebratam, citans omnes & ſingulos, qui ſe dictæ electioni hujuſmodi aut perſona electa & nominata opponere vellent, populi multitudine hoc audiente, intelligente, & videnie. Cæterum ut evidenter liqueret electionem præmiſſam in Spiritu ſancto fuiſſe & eſſe concorditer & unanimi voto factam & celebratam, prænominati pater* Bernardus *Prior, aliique omnes fratres Conventuales electores antedicti una cum prælibato Electo dicto ſanctiſſimo in Chriſto patri & domino noſtro Dno* Paulo *divina providentia Papæ tertio non minus devote quam humiliter ſupplicarunt, ac ſupplicant obnixe, ut ſua Sanctitas dictam electionem ſic ut præmittitur concorditer & canonice nemine reclamante factam & celebratam confirmare, ipſique Electo munus conſecrationis impertiri mandare dignetur, quo Deo auctore ipſis fratribus & monaſterio prædictis velut Paſtor ydoneus præeſſe valeat utiliter & prodeſſe, ipſique & alii ſubditi ſub ipſius regimine & cura Deo omnipotenti poſſent ſalubriter militare. Super qnibus omnibus & ſingulis præmiſſis prænominati patres Electus & fratres electores ſibi conjunctim & diviſim petierunt à nobis Notariis publicis infra ſcriptis unum vel plura publicum ſeu publica inſtrumentum & inſtrumenta fieri, confici, atque tradi. Acta fuerunt hæc in locis reſpective præſcriptis, ſub anno, indictione, & Pontificatu antedictis, die vero Sabbathi quarta menſis Martii, hora undecima vel quaſi ante meridiem, regnorum glorioſiſſimi Caroli V. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti anno viceſimo primo, Imperii autem ſexto, præſentibus ibidem honorabilibus & providis viris magiſtro Gerardo de*

Weſtre-

Weſtrenen presbytero Vicario majoris eccleſiæ Trajectenſis, magiſtro Everardo Coddenoirt utriuſque juris Licentiato Trajectenſi, & Iohanne de Holthuſen Colonienſis diœceſis reſpective clericis, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis. Et ego Henricus de Eyck &c.

XVI. De Papæ autem aſſenſu quo conſtaret evidentius, ſcripſit Papa & ad Cæſarem, & ad epiſcopum Trajectenſem, & ad ipſum Electum. Ad Cæſarem ita: *Paulus epiſcopus ſervus ſervorum Dei Cariſſimo in Chriſto filio Carolo Romanorum Imperatori ſemper Auguſto ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie electionem de perſona dilecti filii* Gerardi *Abbatis monaſterii ſancti Pauli Trajectenſis, ordinis ſancti Benedicti, in Abbatem dicti monaſterii, tunc per obitum quondam* Matthæi *olim ejuſdem monaſterii Abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, Abbatis regimine deſtituti, per dilectos filios Conventum ipſius monaſterii canonice celebratam de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate approbavimus & confirmavimus, ipſumque* Gerardum *eidem monaſterio in Abbatem præfecimus, curam, regimen, & adminiſtrationem dicti monaſterii ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Cum itaque fili Cariſſime ſit virtutis opus Dei miniſtros benigno favore proſequi, ac eos verbis & operibus pro Regis æterni gloria venerari, Serenitatem tuam, cum etiam patriæ Trajectenſis in temporalibus dominus exiſtas, rogamus & hortamur attente, quatenus eundem* Gerardum *Abbatem & præfatum monaſterium ſuæ curæ commiſſum habeas pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis reverentia propenſius commendatos, in ampliandis & conſervandis juribus ſuis ſic eos benigno favoris auxilio proſequaris, quod idem* Gerardus *Abbas in commiſſo ſibi prædicti monaſterii regimine poſſit Deo propitio proſperari, ac tibi exinde à Deo perennis vitæ præmium & à nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ* CIↃ. IↃ. *trigeſimo ſexto,* VIII. *Kal. Maji, Pontificatus noſtri anno ſecundo. Sic ſignatum in plica: A. de Caſtillo.*

Ad epiſcopum ita: *Paulus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri epiſcopo Trajectenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie electionem dilecti filii* Gerardi *Abbatis monaſterii ſancti Pauli Trajectenſis ordinis ſancti Benedicti in Abbatem dicti monaſterii, tunc per obitum quondam Matthæi olim ipſius monaſterii Abbatis, extra Romanam Curiam defuncti, Abbatis regimine deſtituti, per dilectos filios Conventum ipſius monaſterii canonice celebratam de fratrum noſtro-*

ſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate approbavimus, & confirmavimus, ipſumque Gerardum *eidem monaſterio in Abbatem præfecimus, curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius monaſterii ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Cum igitur ut idem Gerardus Abbas in commiſſa ſibi cura dicti monaſterii, quod tibi ordinario jure ſubeſſe dinoſcitur, facilius proficere valeat, tuus favor ei fore noſcatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus & hortamur attentius, tibi per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eundem* Gerardum *Abbatem & monaſterium prædictum ſuæ cura commiſſum habeas pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis reverentia propenſius commendatos, in ampliandis & conſervandis juribus ſuis ſic eos tui faveris auxilio proſequaris, quod idem Gerardus Abbas in commiſſo ſibi prafati monaſterii regimine poſſit Deo propitio proſperari, tuque divinam miſericordiam ac noſtram, & ejuſdem Sedis benedictionem & gratiam valeas exinde ulterius promereri. Datum Roma apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ* CIↃ. IↃ. XXXVI. VIII. *Kal. Maji, Pontificatus noſtri anno ſecundo. A. de Caſtillo.*

Sic ad ipſum Electum: *Paulus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio* Gerardo *Abbati monaſterii ſancti Pauli Trajectenſis ordinis ſancti Benedicti ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum nos hodie electionem de perſona tua in Abbatem monaſterii ſancti Pauli Trajectenſis, tunc certo modo Abbatis regimine deſtituti per dilectos filios Conventum ipſius monaſterii canonice celebratam, de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate duxerimus approbandam, & confirmandam, præficiendo te illi in Abbatem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur, nos ad ea, quæ ad tuæ commoditatis augmentum cedere valerent, favorabiliter intendentes tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati tibi, ut à quocunque malueris Catholico Antiſtite, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habente, munus benedictionis recipere valeas, ac eidem Antiſtiti, ut munus prædictum auctoritate noſtra impendere libere tibi poſſit, plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem. Volumus autem, quod idem Antiſtes, qui præfatum munus tibi impendet, poſtquam illud tibi impenderit, à te noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine fidelitatis debitæ ſolitum recipiat juramentum, juxta formam, quam ſub bulla noſtra mittimus introcluſam, ac quod tu formam juramenti hujuſmodi, quod te præſtare contigerit, nobis de verbo ad verbum per tuas patentes literas tuo ſigillo munitas, per proprium Nuncium quantocius deſtinare*

nare procures, quodque per hoc Venerabili fratri noſtro epiſcopo Trajectenſi, cui monaſterium ipſum ordinario jure ſubeſſe dinoſcitur, nullum in poſterum præjudicium generetur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ CIↃ. IↃ. *trigeſimo ſexto*, VIII. *Kal. Maji, Pontificatus noſtri anno ſecundo. A. de Caſtro.*

Quibus viſis & perpenſis ſubſcripſit Cæſar, ut ſequitur: *Kairle by der gratien Gods, Roomſch Keyſer, altyt Vermeerder 's Rycx, Coninck van Germanien, van Caſtilien &c. onſen lieven, getrouwen, die Stadthouder, Preſident, ende luyden van onſen Rade Provinciael van Utrecht, ende allen anderen onſen rechteren, juſticieren, ende Officieren, oft heuren Stedehouderen, dien dit aengaen oft roeren ſal mogen, Saluyt ende dilectie. Van wegen onſen lieven beminden Heeren* Geraert Elbertſſen *is ons jegenwoordich vertoont geweeſt, hoe dat vacerende in voorleden tyde die Prælature ende Abdie van ſinte Pauwels binnen onſer Stadt van Utrecht, by der aflyvicheyt van Heeren* Mattheus *de* Goch, *die laetſte beſitter van dien, het ons belieft heeft als Erfheere van Utrecht hem Suppliant, die aldaer religieus is, uyt crachte van onſer indulte Apoſtolicque te nomineren tot der voorſz. Abdie, als perſoon daer toe ſuffiſant, ende ons aengenaem. Ende volgende dien ſo hebben die Religieuſen ende Convent van den voirnoemden Clooſter den ſelven Suppliant gecoren tot heurlieder toecomenden Abt ende Prelaet, welcke electie als doechtelic gecelebreert ſynde, onſe heylige Vader den Paus geconfirmeert heeft, uyt crachte van ſekere beſlotene brieven, hem deſen aengaende geſchreven uyt onſen name by onſe ſeer lieve ende geminde Suſter die Coninginne weduwe van Hongaryen ende Bohemen, voor ons Regente in onſe Landen van herwaerts over, alſt gebleken is in onſen ſecreten Rade, by den brieven ende bullen Apoſtolicque van confirmatie ende proviſie daer op geexpedieert ſynde, welcke bullen, van confirmatie ende proviſie hy Suppliant niet en ſonde willen ofte doeren ter executie ſtellen, overmits die verboden van onſer wegen gedaen ter contrarie, ende duchtende te vallen in de penen ende amenden daer toe geſtatueert, ſonder eerſt ende alvoren daer op te hebben onſe conſent, oirloff, ende brieven van Placet, alſo hy ſegt, Ons ſeer ootmoedelyck biddende om deſelve, Soo iſt dat wy de ſaken voorſz. overgemerckt den voorſz. Heere* Geraert Elbrechtien *Suppliant genegen weſende t'ſyner voirnoemde bede ende ſupplicatie hebben geoctroyeert, geconſenteert, ende gewillecoert, octroyeren, conſenteren, ende willecoren, hem gevende oirloff ende conſent, uyt ſonderlinger gratie mit deſen onſen brieve, dat hy ſal mo-*

gen uſeren, ende gebruycken, ſyn voorſz. bullen ende proviſie van der voornoemder Abdye, ſo ende wanneer hem dat goetduncken ſal, ſonder daeromme tegens ons te miſdoene, Behoudelic dat indien ter cauſe voorſz. proces ofte queſtie geboerde, die Suppliant behouden ſal ſyn die materie te intenteren ende te vervolgen in poſſeſſorio *voor ons oft onſen Rechteren, die de kenniſſe daer af toebehoren ſal, ende int petitoir voor den Rechter ordinaris, oft anderen Rechteren gedelegeert in onſen voornoemden landen ende Heerlicheden van herwaerts over. Ende indien die materie by appellatie oft anderſins devolveerde in den Hove van Romen, ofte voor den Rechter Superioer van den Rechter ordinaris, by gehouden wert deſelve te doen committeren in deſen onſen Lande, Alles naer d'ordonnantie daer op gemaeckt, Ontbieden u daeromme ende bevelen, dat ghy den voornoemden Suppliant doet ende laet, ende een ygelicken van u byſonder, ſo hem toebehoren ſal, van deſe onſe gratie, oorloff, ende conſent, ende van al den inhouden van deſen, in der voegen ende manieren boven verhaelt, ruſtelic, vredelic, ende volcomelic genieten ende gebruycken, ſonder hem te doen of te laten geſchien enich hinder, letſel, oft moyeniſſe ter contrarien in eniger manieren, Want ons alſo gelieft. Gegheven in onſer Stadt van Bruſele, den 27. dach van Mey int jaer ons Heeren* CIↃ. IↃ. *en ſes en dertich, van onſen Keyſerycke t'*XVII. *ende van onſen Rycken van Spaengien, tween Sicilien, ende andere t'*XXI. *Onderſtont: By den Keyſer in ſynen Rade. Onderteyckent: de Lange.*

Den 3. Junii is opt Placet by den Hove den Abt van ſinte Pauwels t'Utrecht geconſenteert Attache in communi forma.

XVII. Quum verſæ eſſent rerum vices, hierarchia omni Ultrajecti exploſa, pulſis monachis & ejectis, cœnobii facies paulatim deſiit. Non invaſit tantum plebs, dejecit ſtatuas, & imagines, & ornatum diripuit, verum etiam magiſtratus. Materiam, campanas, diſtraxit publice, & proſcripſit, etiam Principe id permittente. Organum ex eo muſicum ad S. Iacobi detulit, ut unum fieret ex utroque, corrupto S. Iacobi, & ſurreptis aliquot ex eo fiſtulis ad modulandum inutili. Templum etiam ipſum proſcriptum publice vendidiſſet, niſi data pecunia id redemiſſet Conventus mutuo ſumptis aliunde & oblatis mox florenis bis mille & quingentis. Quam propinqua alioquin tum ruina ex his licet cognoſcas. Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1586. 2. Iunii: *Gereſolveert by den Rade, dat d'Artilleriemeeſters van der Stadt ter Ammonitie van der Stadt behouff, ſullen aenvaerden een oude clock hangende in den toorn van ſinte Pauwels.* Ex iiſdem 3. Iun. *Is ge-*

re-

reſolveert by den Rade, dat men terſtont antaſten ſal alle de clocken t'Oudemunſter, t'ſint Peter, ende ſint Pauwels, ende deſelve datelick vercopen, ende mit de penningen daer van comende, opcopen ſal een goede quantiteyt van buſpoeder ende ſalpeter, tot voorraet jegens den comenden noot. Ende daer toe ſyn gecommitteert Iouncker Timan Sloot Schepen, Vincent Vincentsſen, ende Claes Petersſen Raden. Voorts is gereſolveert, dat men van Stadts wegen vorder proviſie van rogge doen ſal, tot vyf of ſes duyſent guldens toe, ende om de penningen daer toe te vinden, ende verſekert te ſyn, ſalmen aentaſten ende vercopen de materialen van ſinte Pauwels kercke mit het pant van dien. Ex iiſdem VII. Iunii: *Nopende 't vercopen van ſint Pauwels kerck is gereſolveert, dat men daer van een beſteck ende conditien maken, ende uytſchryvinge doen ſal jegens ſekeren bequamen dage, ende midler tyt verſoecken van ſyn Excellentie approbatie van de vercopinge van de ſelve, te communiceren de Reſolutien des Raets, nopende de clocken ende kercken genomen, ende daer op approbatie te verſoecken, voirts van de fortificatie aen de Vaert ende van der Stadt te ſpreken.* Ex iiſdem 22. Iunii: *Iacob de Pottere Schepen, heeft in preſentie van de Hopluden gerapporteert, dat ſyn Excellentie op giſteren verclaert hadde, datmen mit de klocken te vercopen wel voortvaren mochte. Waeromme geboort uyt het rapport van de Gecommitteerden deſer Stadt, dat ſyn Excellentie geconſenteert heeft, datmen de clocken t'Oudemunſter, t'ſint Peter, ende ſint Pauwels antaſten ſal mogen, ſo heeft de Raet om ſulx te effectueren en te voltrecken, gecommitteert Ioachim van Schadenbroeck Schepen, ende Cornelis van Malſen Raet.* Ex Actis Ann. 1587. 23. Iunii: *De Raet heeft Ian Hermanſen van der Goes Kerckmeeſter van St. Iacob laſt ende commiſſie gegeven, om het orgel t'ſint Pauwels te lichten en te halen, ende 't ſelve weder te brengen in ſint Iacobs kerck, tot weder opmakinge vant orgel aldaer, daer onlanx verſcheyde pypen uyt geſtolen ſyn.* Ex iiſdem s'Manendachs den lesten Iulii: *Op huyden is by den Rade gereſolveert, datmen tot fortificatie behoef deſer Stadt op Woenſdach toecomende vercopen ſal alle de materialen van ſint Pauwels kerck.* s'Manendachs den VII. Auguſti: *Geordonneert te namiddage voirts te varen, mit de vercopinge van ſint Pauwels kerck.* XII. Auguſt. ejuſdem anni: *De Raet der Stadt Utrecht geboort 't rapport van de Gecommitteerden op giſteren gebeſoigneert hebbende met die van ſint Pauwels, heeft de preſentatie by die van ſint Pauwels gedaen geaccepteert, te weten, dat ſy ten eynde hoer*

kerck onvercoft mach blyven , ter fortificatie behoeff deſer Stadt, ſullen opbrengen twee duyſent en vyf hondert gulden, te betalen d'een helft binnen acht dagen , ende d'ander helft binnen veertien dagen daer na , mits dat men van de Staten van Utrecht verwerven ſal conſent tot gelycke ſomme, omme hore goederen dair mede te mogen beſwaren. Ex ildem ult. Auguſt. *Conraet Strick anderde Cameraer, is gecommitteert tot den onſanck van de vyf en twintich hondert gulden, by die van ſint Pauwels beloeft op te brengen, ten eynde heurlieder kercke onvercoft ſonde bliven , om geemployeert te worden tot fortificatie behoeff deſer Stadt.*

XVIII. Aliquot annis tamen poſt ædium quædam pars converſa in Curiam Provincialem, quædam diſtracta , quædam S. Salvatoris collegio conceſſa. In Actis Curiæ Provincialis ea de re ita : *Den* XI. *Martii* 1596. *heeft myn Heeren de Staten gelieft het Hof Provinciael te accommoderen t'ſint Pauwels in de Abdye , ende iſt voorts verſproken , dat den Deurwaerder die Rekencamer mit het timmerhuys tot ſynre wooninge ſonde hebben , ende voorts dat men in den uytgaenden tyt het Capittelhuys ſonde accommoderen tot de kleyne Rolle , ende tot het warmhuys van de Suppooſten van den Hove , oock mede tot de Pynichcamer voor de miſdadigen.* Feudalis tamen Abbatis Curia diu deinceps adhuc viguit , cujus ſcrinis inſertum fideicommiſſum adhuc reperi Ann. 1605. Duæ ſic ibi Curiæ. Duo Graphiarii. Ex Actis Curiæ feudalis : *Op huyden den* VII. *Octob.* 1605. *compareerde in de Greffie van ſint Pauwels binnen Utrecht* Mr. Paulus Soeſt *Advocaet van Joncker* Frederick *van* Reneſſe *Heere tot Mallen , ende heeft aengebrocht dit navolgende verbant , 't welck hy ſeyde bevonden te worden in den teſtamente Heeren Iohans van Reneſſe , Heere tot Elderen, Manſuy , Malle &c. ende is aldus luydende : Dies wilt ende ordonneert den teſtateur voorſz , overmits de Heerlicheyt , Tienden , ende Landen van Grimmerſteyn voorſz , van ouden tyden ſyn geweeſt van ſyns vaders ſtamme , ende die teſtatoir voirſz begeert , dat die in ſyn familie blyven ſullen , dat den voorſz* Iohan *van* Reneſſe *ſyn ſoon die niet en ſal mogen vercopen , verſetten , ofte veralieneren , noch oock beſwaren , ten ware met duwarie op ſyn toekomende huyſvrouw t'heuren lyve , oft in cas van gevanckeniſſe van ſyner perſoon , maer ſal die laten ſuccederen op ſyn wettige kint oft kinderen. Ende indien de voorſz* Ian *van* Reneſſe *ſyn ſoon aftyvich worde ſonder wettige kint oft kinderen , ofte kints kinderen achter te laten , dat in dien gevalle die Heerlicheyt, Tienden, ende Landen van Grimmerſteyn voorſz.*

ſuc-

ſuccederen ſullen op Willem des voorſz. teſtateurs joncſte ſoon, oft op ſyn kint ofte kinderen. Ende den voorſz Willem ſyn ſoon oock aſtyvich wordende ſonder wettige kint oft kinderen, ofte alwaer 't dat den ſelven Willem wettige kinderen achterliet, die alle aſtyvich worden ſonder wettige kinderen, dat in dien gevalle die Heerlicheyt, Tienden, ende Landen van Grimmerſteyn voorſz, ſuccederen ſullen op Ioncker Rene *van Reneſſe des teſtateurs ouiſte ſoon, ofte op ſyn kinderen of kintskinderen, ofte in gebreke van dien aen Ioncker Frederick van Reneſſe, ende ſyne kinderen. Welck voirſz verbant den voirnoemden Advocaet Paulus Soeſt verſocht by my onderſchreven Greffier des Leenhofs van de Abdye van ſint Pauls, int Regiſtre van den ſelven Hove mede geregiſtreert te werden, gelyck het alhier geſchiet is. In oirconde van dien heb ick deſen ondertekent, A. van Drielenburch Secrets.*

XIX. In ea autem parte, ubi Curiæ Provincialis extat jam ambulacrum, lecta olim ad parietem, ſed calce jam obducta, inſcriptio ejuſmodi: *O menſchen wy begeeren, dat ghy wilt bidden voor de ſielen van alle menſchen, byſonder van Heer Ian van Keulen, Heer Wouter van Almelo, Heer Cornelis van Aertſen, Heer Peter van Rotterdam, Heer Adriaen van Scoonhoven, Heer Ian van Riſen, Heer Pauwels van Ommeren Prieſteren, Heer Cornelis van Delft, Heer Cornelis van Blochoven Diaconen, Conventualen van ſinte Pauwels binnen Utrecht, ende van den dienaren des Convents, die haeſtelycken metten voorſz Conventualen hier geſtorven, ende leggen in dit Pant begraven, int jaer ons Heeren* CIↃ. IↃ. *ende* XXVIII. *in de maent van Auguſtus.*

O menſch, dat ghy ſyt, hebben wy geweeſt,
Gedenckt oock, dat wy nu ſyn, ſult ghy worden.
Godt heeft gedaen een goet recht,
Hier leyt de Heer al by de knecht.

Simile quid Leovardiæ ad conditorium craniorum:

Och Adams kinderen bedencks te recht,
Hier leyt de Heer al by de knecht,
Edel, onedel, arm en ryck,
Syn alle geworden eerde en ſlyck.

FUNDATIO XII.

Monaſterii REGULARIUM *in Trajecto*

ANN. CIↃ. CC. XC.

Ubi & de SACCITIS.

Canonici in *Regulares & Seculares* diſtincti, ut dixi *man. ad jus Canon. l. tit.* 18. Omnes olim *Regulares*. Verum temporis progreſſu poſtquam mores corrupit faſtus, & ſanctitatis opinio clerum paſſim deſtituit, feceſſio facta, & plures, qui transgreſſi ad *Seculares*. Regularium collegia in Hollandia non multa. Fecerunt aliquot unionem icto inter ſe fœdere, quam gratiis & privilegiis, Capituli inſtar de Windeshem apud Salios, confirmavit, & Legationis, qua fungebatur, auctoritate roboravit, Nicolaus de Cuſa S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis, & Sedis Apoſtolicæ per Alemanniam Legatus, Ann. 1444. IV. Maji. Facta autem unio in Capitulo ordinis generali. Et ſunt hi qui unierunt ſe.

I. *Frater* Iohannes Nicolai *Prior totuſque Conventus domus S. Michaelis in den Ham prope Sconboviam.*

Fr. Iohannes Nicolai *Prior & totus Conventus domus S. Gregorii dictæ* Emaus *in terra de Steyn prope Goudam.*

Fr. Rudolphus Isbrandi *Prior & totus Conventus domus S. Martini ſupra Donck.*

Fr. Iacobus *de* Poelgeeſt *Prior & totus Conventus domus beatæ Mariæ Magdalenæ dictæ* Bethania *prope s'Graveſande.*

Fr. Wilhelmus Obrecht *Prior & totus Conventus domus S. Willebrordi in Heylige Lo prope Alcmariam.*

Fr. Theodoricus Theodorici *totuſque Conventus domus ſacroſancti Sepulchri domini in Armuyden partium Walachriæ in Zelandia.*

Fr. Balduinus Petri *Rector & Conventus monialium Lacus ſanctæ Mariæ prope Leydis.*

Fr. Petrus Gerardi *Rector atque Conventus domus S. Agnetis dictæ Ioſaphat in Delft.*

Fr. Iohannes Stella *Rector & Conventus domus S. Dionyſii in Amſtelredam.*

Fr. Wilhelmus Viſſcher *Rector & Conventus domus S. Margaretæ in Gouda ſupra Goudam.*

Fr.

Fr. Laurentius Vierwyck *Rector & Conventus domus S. Mariæ Magdalenæ in Amſterdam.*

Fr. Iohannes Veldert *Rector & Conventus domus S. Mariæ ter Zyl in Haerlem S. Auguſtini Canonicorum Regularium.*

II. Secularium Ultrajecti, ut jam dixi, fuerunt quinque. Regularium fuerunt tria. Virorum nimirum duo. Tertium autem fœminarum. Virorum alterum ad novam foſſam prope aulam Hadriani Papæ VI. vulgo Hieroſolymitanum. Alterum ad foſſam veterem, eo ipſo in loco, ubi Orphanotrophium jam, in quod verſæ fuerunt ædes, poſtquam pulſis Regularibus ſucceſſit purior religio. Fœminarum ſeu virginum ad ædem S. Nicolai S. Agneti conſecratum. Agam de ſingulis. Ubi Orphanotrophium jam, primum ibi *Saccitæ.* Qui Franciſcani quidem erant tertii ordinis de pœnitentia, ſed quia ſaccis induti paſſim etiam *Saccitæ.* Hoſpinian. *de orig. monachat. lib. 6. cap.* 12. De quibus fertur verſiculus:

Sunt & Saccitæ, quibus ajit Papa redite.

Annales Colmar. vocant Saccatos ad Ann. 1274. *Rudolfus rex Romanorum venit Baſileam &c. Receptus eſt ab epiſcopo Baſilienſi præſentibus fratribus Prædicatoribus* XLII. *fratribus Minoribus* XXXVI. *Saccatis* XII. Sed mendum eſt haud dubie, & legendum *Sacciis.* Idem ad Ann. 1279. *ibid. Epiſcopus Baſil. ſorores de S. Clara, vel ordinis fratrum Minorum, tranſtulit trans Rhenum in clauſtrum Saccitarum. De Saccitis autem quinque recepit in ordinem Minorum &c. Fratres eos de ſacco* Wilhelmus vocat Procurator ad Ann. 1234. Et ſunt veteres de iis chartæ.

Univerſis præſentes literas viſuris & audituris. Decanus eccleſiæ beatæ Mariæ Trajectenſis ſalutem. Noveritis, quod nos locavimus Priori & fratribus ordinis pœnitentiæ Ieſu Chriſti monaſterii Trajectenſis aream noſtram contiguam areæ dictorum fratrum ex una parte, & areæ noſtræ, in qua motatur Gerardus *dictus* Blavoeth *ex altera, & contulimus ipſis etiamſi contigerit eos mutare habitum ſuum, quem nunc habent, in alium ordinem ſive habitum perpetuo poſſidendam. Datum anno domini* CIↃ. CC. LXXXIX. *in craſtino beatæ Margaretæ virginis.*

Omnibus præſentes literas inſpecturis. Nos Scultetus & Scabini civitatis Trajectenſis notum facimus, quod conſtituti coram nobis in judicio Berwoldus dictus Verraet, & Balduina filia Gerardi Zulen, uxor &c. reſignarunt libere Hermanno *dicto* de A *domum & aream ſitam apud fratres Saccitas &c. Actum anno* CIↃ. CC. XLVI.

Sed Regularem hi habitum abjectis ſaccis aſſumpſerunt Ann. 1290. Vetus de iis ſcheda ex adverſariis monaſterii. *Ann.*

Ann. 1290. *Saccitarum ordine* † *revocato miſſum eſt ad Præpoſitum Bethlemenſem, ut hanc domum Trajectenſem ſub ſua gubernatione incorporare ſuo Capitulo dignaretur, & huic negotio auxilium ferebat epiſcopus Trajectenſis. Nam tunc nuſquam Regulares erant, præterquam ibi, & in Nusſia, nam vallis viridis, Bethlem, Swollana & Eemſtede, poſt hanc noſtram domum fundatæ ſunt Anno* 1314. *Pater Alardus de Maerſen Prior, ut intereſſet electioni novi Præpoſiti in Bethlem vocatus eſt. Zwollenſe monaſterium fundatum eſt à Theodorico Schilt Priore Ann.* 1309.

† Id eſt, *ſubblato, rejecto.*

Ann. 1350. *Theodericus de Brienen Prior anno poſt* 1351. *Præpoſitus poſtulatus eſt.*

Gisbertus de Raephorſt anno 1397. *partem templi Regularis fundavit. Walterus Poel prior obiit Ann.* 1437. *Iohannes Paſſert, Theodericus Wittenhorſt, Gerardus Modder Regulares. Gisbertus Oede Concanonicus noſter ſancti Martini eccleſiam parochialem ſanctæ Gertrudis Trajectenſis tunc noviter ædificatam gubernabat Ann.* 1319. *vel circa.*

III. Vicinum Orphanotrophium caſtro *Vredenburch* olim. Poſtquam deſtructum id, Orphanotrophii etiam templum deſtructum eſt, & tranſlati ſunt pupilli in eccleſiam Regularium. Orphanotrophium exceptis aliquot cubiculis datum Curiæ Provinciali, quamvis multum reclamante, & vim fieri dicitante, Gerardo van Zoudenbalch fundatoris agnato. Sic reperi in Adverſariis cujuſdam Pontificii, qui æqualis eorum temporum, ad Ann. 1581. *Eodem tempore*, inquit, *cœptum ædificari apud Regulares pro orphanis & pupillis, & circa Pentecoſten eodem ſunt tranſlati, reclamante domino Gerardo de Zoudenbalch, & dicente, quod hoc eſſet contra mentem fundatoris. Regularibus autem in monaſterio certæ penſiones aſſignatæ, & certa ſumma nummorum, unde annue viverent*, & mox: *Anno* 1583. xx. *Januar. cœpit per Wernerum Helmichium fieri concio Gallica apud Regulares. Eodem menſe cœptum eſt demoliri templum Orphanorum. In loco autem Orphanorum conſtituta & ordinata eſt Curia Provincialis* 1583. Addam adhuc, quæ habeo ex Adverſariis cujuſdam, qui & vixit tum tempotis, Canonici Regularis. Nec ratio eſt, cur non addam.

IV. *Anno inquit* 1453. *Pater* Balduinus Gardyn *Prior Regularium in Trajecto conſtruxit ante introitum chori tranſverſum penſile tabulatum, quod* * *Oxale, ſive ſuperius atrium vocant, ſatis pulchrum & ſumptuoſum cum tribus altaribus portatilibus ſupra poſitis, quæ conſecrata ſunt cum domo Capitulari & altari in ea & ambitu.*

* Locus eminens eſt ante chorum, ex quo novi epiſcopi fiebat proclamatio in majori eccleſia. Ex ejuſdem tabulario charta Ann. 1534. *locum quendam altum & eminentem ante chorum ipſius eccleſiæ exiſtentem aſcenderunt, ibique dictus dominus Ioannes Vorſtius Decanus &c. electionem prædictam de perſona dicti D. Georgii de Egmonda &c. coram magna multitudine &c. publice alta & intelligibili voce, & materna ac Teutonica lingua publicavit & exclamavit &c.*

Ann. 1361. P. Iacobus Gabriel *Prior Regularium in Trajecto ex bonis*

iis hereditario jure ſibi provenientibus poſteriorem templi partem prolongavit, duo quoque altaria ab utraque parte chori altrinſecus poſuit, Crucis *ſcilicet &* Auguſtini. *Altare* S. Trinitatis *ante biennium erexerat. Ad quorum omnium conſecrationem D. Suffraganeum invitavit, atque ab eo tempore dedicatio eccleſiæ celebrari cœpit Dominica poſt Michaelis.*

Ann. 1467. Fredericus *de* Zulen *vir nobilis & equeſtris ordinis collegio Regularium in Trajecto adjungi petiit ultra numerum fratrum conſtitutum, & locum obtinuit, nam tam certos & ſufficientes Conventui obtulit reditus perpetuos, ut ex eo tempore auctus ſit numerus fratrum ſyncanonicorum uſque ad quindecim inclusive.*

Ann. 1529. *quam de ſwetende ſieckte t'Utrecht, Ionckheer* Herbern *van* Amſtel *van* Mynden, *Hofmeeſter van Ior.* Wolfart *van* Brederode *was op die tyt tot Utrecht, dat de ſieckte daer quam, ende telde eens op een ſtondt aen de graft, tuſſchen de* Weertpoorte *ende* Tolleſteghe poort, *wel* xx. *baeren, ende want het niet mogelyck en was van allen den Prieſters de ſacramenten aen de ſiecken te brengen, want op alle plaetſen, Steden, ende Dorpen, ſo worden die meeſtendeel van de menſchen ſieck. Om des wille ſo geboodt de H. kerk een dach te vieren op allen plecken, of op ſommige Heylige dagen hem te bereyden, om dat waerdige H. Sacrament t'ontfangen als Paeſdach, t'welck alſo geſchiede van alle goede kerſten menſchen. Deſe ſieckte en bleef boven een maent of ſes weecken niet op eene plaetſe &c.*

Ann. 1543. *Cæſarea majeſtas exegit à toto clero Trajectenſi medietatem omnium bonorum, & tandem concordatum, ut daremus decem millia florenorum. Inde portio Canonicorum Regularium Trajectenſium fuit* LXXI. *flor.* VIII. *ſtuf.*

Ann. 1547. *Cæſarea majeſtas hoc anno exegit à clero toto medietatem omnium bonorum, & ſolvimus pro uno termino* CLXXXVII. *flor.* XII. *ſtuf.* VI. *den.*

Ann. 1548. *reliqua pars ſubſidii ſoluta Imperatori* CLXXIX. *flor.*

Teſtudo chori conſummata eſt in vigilia Paſchæ 1546. *apud Regulares Trajecti. Credo ducentis aureis Caroleis ex parte Dni* Lochorſt, *& centum ex parte Mariæ Raineri, ac centum ex* Goſwini Schayck, *& ſexaginta Caroleis ex parte coloni noſtri* Dionyſii Hugonis. *Unde ceteræ impenſæ neſcio.*

Ann. 1541. *Dns* Nicolaus *à* Caſtro *Canonicis Regularibus in Trajecto prælegit epiſtolam* D. Hieronymi *ad Nepotianum.*

Subſidium generalis Concilii datum à Regularibus Trajecti VII. *fl. Ann.* 1551. *& Ann.* 1553. *adhuc* II. *fl.*

Ann. 1552. *Regulares Trajecti trecentos Caroleos acceperunt in reditus redimibiles, unde dant annuatim uſque ad redemptionem* 18. *Caroleos. Hos commodavimus Imperatori. Habeo formulam literarum conſtitutionis, quam Cæſar commodantibus dedit, & avia mea unam habet, quam legam. Cæſar cauſatur bellum & hoſtiles incurſus.*

Ann. 1557. *iterum facta propoſitio mutuationis trecentorum florenorum, quos exigebat Præfectus Principis nomine. Verum ducentos quinquaginta tantum commodavimus. Actum* 27. *Martii.*

Ann. 1557. *menſe Iunio modius tritici emptus Trajecti novem Caroleis, modus ſiliginis ſeptem, modius avenæ* 36. *ſtuferis. Fertur in Iſelſteyn & Woerden oppidis modius tritici emptus viginti Caroleis.*

Ann. 1566. *poſt perfractas ſtatuas Ultrajectum venit Princeps cum aliquot viris bombardariis quaſi civitatem defenſurus, hoſpitatuſque eſt apud nobilem* Wulpium. *Equitatus Principis ſimiliter huc venit civitatem quaſi defenſurus* 31. *Octobr.*

† Ut ſit Vicaria non neceſſe eſt, ut exſtruat fundator aram. Poteſt ſuper altari quod extructum jam fundari, præſertim ſi non diſſentiat qui altaris poſſeſſor eſt. Charta Ann. 1473. *een ewige Vicarie tot twe miſſen ter weke ewelycke ende erflicke te doen in der kercke t'Utrecht op ſinte Barbaren altaer, ende gebeten is Gysbert Heeren altaer &c.*

Circa idem tempus conjuraverat Geuſiana gens cum ingenuo Dno Bredenrodio *& nonnullis nobilibus, ac pluribus ignobilibus, ut eccleſiaſticos invaderent & trucidarent bonaque eorum diriperent. Sed innotuerunt eccleſiaſticis & Papiſtis inſidiæ, & conatus eorum, ac eos fortiter & viriliter prævenerunt. Ipſi ſiquidem ſtatim in armis fuere cum coborte militum civilium inductivorum: reſque erat eis pro ſanctis & animabus ſuis. Quare hoc adverſarii videntes huc illuc dilapſi ſunt conjurati, & hoc contigit feria quarta.*

Ann. 1571. *Dns Officialis* Haremale *Reverendiſſ. Dni Trajectenſis viſitavit Capitulum Abbenbroeckenſe, quamvis exemptum vi Concilii Tridentini, tanquam Commiſſarius Apoſtolicus, ab Archiepiſcopo illi tributa authoritate. Ex fundatione de data Ann.* 1483. 5. *Idus Maji ſunt octo Canonici, inter quos numeratur Decanus, qui duplicem habet præbendam. Septem autem Vicariæ ſunt in eccleſia de Abbenbroeck, Vicaria altaris S. Crucis. Vicaria altaris S. Antonii, Vicaria altaris S. Iacobi, Vicaria altaris S. Annæ, ſeu S. Spiritus, Vicariæ altaris S. Sebaſtiani † duæ ſunt.*

Erat in diebus P. Petri de Wilde *Prioris Regularium in Trajecto ab Ann.* 1480. *uſque* 1570. *quo obiit, Trajecti conſuetudo, ſeu corruptela potius, quam vir ille zelo domus Dei accenſus plurimum deteſtabatur. Sodalitas enim ſagittariorum ſingulis annis ſigno quodam pſittaci figuram gerente poſito in cacumine molendini, quod quiſque illorum pro virili ſua parte & induſtria jaculis dejicere certabat, hujuſque certaminis victor Rex vocabatur. Fiebat autem hoc ſemper Dominica die infra octavas Sacramenti, quando cæteræ cunctæ eccleſiæ in urbe Trajectina proceſſionem*

nem ſervum privatam, circumferendo Venerab. ſacramentum Euchariſtiæ, & plures tum derelicto Dei templo hanc vanitatem ac fatuitatem magis ſequebantur. Hunc abuſum Pater Reverendus amovere cupiens accesſit ad Senatum in loco ſolito congregatum, ſicque apud illum concionatus eſt de hac re, ut petitionis ſuæ optatum reportaret effectum. Nam ab eo deinceps die, quod in Dominica fieri conſueverat in ſecundam feriam proxime ſequentem tranſlatum eſt. Hoc memoriale nominis ſui pater pius in hac urbe reliquit.

Ex Chronic. Regular. Trajectenſ. cap. VI. *Sub patre Thadæo emituit velut Lucifer inter ſydera Dns* Tymannus Ioannis *opulenta parentela oriundus, mentem ſenilem in juvenili geſtans corpore, caſtus eloquio, moribus pudicus, qui arrepti propoſiti non immemor, ne unquam ad illicita traheretur invitus, muliebrem ſexum tanto ſtudio fugere curavit, ut nec maternis compaſſus viſceribus propriæ genitrici familiaritatem ſui exhiberet colloquii, ſciens nimirum animum divino amori dicatum non poſſe æquanimiter ſuſtinere formoſum fœminæ vultum, quin ſubito veluti magnes ferrum, ita juvenilem attraheret affectum. Ibid.* cap. 12. Petrus Valkendael de Zyl, *Prior Regularium in Trajecto ſupra modum mulierum fugiebat conſortia, ita ut etiam Prior effectus non niſi invitus fratribus præſtaret facultatem loquendi cum fœminis, affirmans nihil eſſe religioſo perniciosius aſpectu fœminæ, quæ illi janua eſt gehennæ.*

V. Catalogum etiam habeo Priorum monaſterii, quem ante ſeculum jam confectum ſubjungam, ut reperi.

Priores domus Regularium in urbe Ultrajectina ab anno 1290.

P. Alardus *de* Maerſen *Prior Ann.* 1314.

Theodoricus Schilt *Prior unus de antiquis.*

P. Iacobus Gabriel *in Prioratus dignitate floruit* 1350. *Obiit Ann.* 1386.

P. Martinus *Prior felicem Dno reddidit ſpiritum Anu.* 1397.

Walterus Poel *gravi Prioratus officio exoneratus fuiſſe videtur. Obiit vero Anno* 1437.

D. Eggardus *Prior, cum biennio præfuiſſet, obdormivit Ann.* 1412.

P. Thaddæus *Amſterodamenſis vir eruditione magnus, ſed religione major, timoratæ conſcientiæ, & in confeſſione perlucidus, cum annos aliquot laudabiliter præfuiſſet Prioratus officio ab onere ſublevatus eſt, & poſtmodum in Gaesdonck tempore exilii in Priorem erigitur, qui demum plenus dierum in ſanctitate migravit ad Dominum. Sepultus Amſterodami, unde originem duxerat.*

P. Theodoricus Lau *de* Aſperen *Ann.* 1417. *abſolutionem petiit à Prioratu & abſolutus.*

Iohannes Paſſaert *Theodorico ſucceſſit Ann.* 1422. *In diſcordia adhæſit* Swedero *de* Culenborch, *& ad generale Concilium Baſileam perrexit, & ibidem dignitatis locum tanquam Prælatus obtinuit, mitram in capite geſtans. Nam hoc pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus hujus Domus Prioribus à Concilio generali impetraverat, ut hi omnes deinceps mitrati incederent cum poteſtate benedicendi & conſecrandi inſtar Abbatum. Varia bona monaſterii diſtraxit, quæ plus tria millia florenorum aureorum valebant. Cum* Nicolao Segvelt, *qui ejus ſocius erat, Ann.* 1432. *ubi rediit ſublatum eſt interdictum Apoſtolicum, & fratribus diſperſis data eſt facultas ad ſua redeundi. Ipſo* Iohannes Paſſaert *moritur Baſileæ Ann.* 1446. *indignus* † *judicatus, qui fratrum defunctorum Catalogo adſcriberetur. Concionabatur non tantum docte, verum etiam devote, cunctoſque in ſermonibus ejus circumdabat ſtupor Baſileæ. Quæ à primoribus Prælatis Romano fuerunt prolata eloquio ipſe in vulgari appropriate frequenter peroravit.*

† An ob bona Conventus diſtracta & diſſipata?

R. P. Balduinus Gardyn *induſtrius domus reſtaurator. Villagii cujuſdam plebanus ex prædicatione* P. Thaddæi *ad religionem converſus. Ann.* 1439. *epidimia morbus fratres cunctos è medio ſuſtulit, demptis duobus Priore &* Egberto Goyer. *Diem clauſit extremum Ann.* 1454. *Depoſitus ſub ſolido ſaxo in concamerato ſpecu ſub ſanctuario, quod ei ob ſuorum venerationem actorum à fratribus ſingulariter repenſum eſt.*

* Canonicus aut monachus qui explevit in eo ordine annos jam 50. Iubilarius olim dictus. Ab ordinis oneribus ſolenni facto convivio liber deinceps & immunis. Vid. ad *Annal. Egmond. cap.* 65.

P. Egbertus Goyer *poſt Balduinum voluntarie abſolutum in Prioratus officio confirmatus eſt. Ann.* 1457. *morbo peſtifero ſanciatus cum tribus ſyncanonicis cum præcedentibus mortem hilaris ſubiit. Poſtquem electus eſt*

Fr. Pontianus *Supprior in Colonia, profeſſus in Windeſem.*

Mr. Petrus Valckendalius *de* Zyl *Trajectenſis filius* Rodolphi *de* Zyl *civis Trajectenſis opulentis & magna proſapia parentibus oriundus. In Roſtochienſi univerſitate S. Theologiæ Baccalaureus promotus. A Prioratu ſenio gravatus abſolutus quinque annis ſupervivens obdormivit Ann.* 1485.

P. Petrus Iohannes *de* Wilde *cum jam* * *jubilearius eſſet, ac* 50. *fere annos in Prioratus officio exegiſſet, ſpiritum exhalavit Ann.* 1510.

P. Theodoricus Malſen *annis* VII. *menſibus ſex, Prioratus officio præfuit, & frequenti purgatus agritudine obdormivit Ann.* 1518.

Her-

Henricus Paſſius *monialibus in Bethania Gelriæ præficitur annorum* 29. *& poſt annos* XII. *à Conventu in* Arena *prope* Stralen *in Priorem eligitur. Vir erat præter ſummam vitæ integritatem etiam non vulgariter eruditus, ita ut eum ſibi elegerit* Carolus *Dux Gelriæ, cui ſecretiora ſuæ conſcientiæ detegeret. Poſtridie aſſumptionis Mariæ virginis ſanctæ ejus anima carne ſoluta eſt Ann.* 1532.

Cornelius Block *poſtquam annos* XII. *oneroſum Prælaturæ adminiſtraſſet officium.* . . . . .

Habebant præter eccleſiam conclave etiam ſatis amplum, quod conſilium capturi adibant non tantum ipſi, ſed Decani etiam opificum, ex gratia iis ſpeciali à Conventu conceſſum, viciſſim datis Conventui in augmentum divini cultus quotannis à magiſtratu duabus candelis cereis. Ex Actis Ann. 1455. *des Vrydags na Paſchen: „Want die Eerbare Reguliers binnen onſer Stad, den gemeenen Ondermans vruntlicken gegunt ende belieft hebben te rade te comen, alſo dicke alſt hem gelieft, ende van noden is in horen Capittelhuyſe binnen horen Clooſter, hierom ſo hebben hem die gemeene Rade eendrachtelyck gegeven, ende geven voor hem, ende voir die gene, die voirt meer Burgemeyſters werden ſullen, dat die toecomende Burgemeyſters, die jaerlicx voor onſer Vrouwen avont te Lichtmiſſe gecoren ſullen worden ter eeren Goets, tot den voorſz. Regulieren ſenden ende geven ſullen twee toortſen, die men hem van onſer Stat wegen te geven pleecht, omme den dienſt Godes mede te doen &c.*

VI. Canonicorum præfecti Præpoſiti dicti, non Abbates, excepto quod Regularium, cum hi monachis comparentur, nec multum ab iis diſtent, interdum etiam Abbates, baculis tamen deſtituti, in quo rurſum differentia inter ipſos & monachos. Bertold. Conſtantienſ. ad Ann. 1095. *Monaſterium clericorum, quod Canonicum Romani cognominant, prope eandem civitatem conſtruxit, in quo clericos ſecundum regulam S. Auguſtini vivere profeſſos congregavit, quibus & Præpoſitum ejuſdem profeſſionis præfecit, quem epiſcopus loci in Abbatem eidem congregationi ſolenniter conſecravit. Eſt enim conſuetudo in illis partibus, ut Præpoſiti congregationum hujuſmodi Abbates nominentur, & in Abbates conſecrentur, hoc tantum excepto, quod baculos non portant.* Recte autem *in illis partibus.* Nam ubique id non obtinuit. Alibi, ut Ultrajecti, Prior dictus, qui præerat. Annal. Colmarienſ. ad Ann. 1276. *Epiſcopus Baſilienſis viſitavit Canonicos ſancti Leonardi, de regula ſancti Auguſtini &c. Præpoſito vero nomen mutavit, & Priorem nominavit.* Diſcrimen etiam in habitu, ſed

discrimen non magnum. In cuculla, in scapulari, ut Chron. Magn. Belg. p. 349. *Pro nigro etiam colore superioris plicatæ tunicæ album colorem sine plicis monastico more assumpserunt, & pro scapulari lineo utentes subtili. In quo singulariter Regularium extat habitus, quemadmodum monachalis habitus in cuculla.* Nec ubique tamen quod ad habitum Regulares concordant. Pro regnorum diversitate alii aliter vestiuntur. Nec recens eorum mos hic. Variarunt jam olim. Operæ pretium ut addam, quid dicat de eo Ioan. Schiphower in Chronic. Oldenburgens. apud Meibom. 2. *rer. Germ. p.* 165. *Ut verum fatear*, inquit, *ipsi Regulares in multiplici sunt differentia, & a se ipsis moribus, habitu, atque statutis dissident, & pro regnorum diversitate plurimum à se ipsis sunt discordes. Qui altius repetentes sua primitivæ institutionis originem arte quadam & ingenio antiquitatem sibi usurpare & acquirere satagunt, asserentes se à beato Marco Evangelista religionis suæ sumpsisse primordia, atque cum temporum procursu eorum intepuisset religio à beato Augustino sese asseverant reformatos. Quod pio magis desiderio opinantur & fucata rationis stabilimt munimento, quam inconcussa veritate defensare potuerunt. Putant enim, quia pondere nova carent, si neophyti probantur atque novitii, pro nihilo habeantur, & inter religiosos reliquos novissimum obtineant locum. Unum est, quod eos maxime convincit, quo adstruere modis omnibus invigilant S. Augustinum subtile gessisse, & in suo incessisse habitu, respondeant, quo obsitus fuerit amictu Regularium &c.?* Non necesse est, ut addam, quod *Regulares* qui dicit, *Canonicos* subintelligat, & quod mos hic loquendi, *Canonicus* regularis, quamvis idem dicatur bis, & sit perinde ac si dicas *Regularis regularis*. Dixi ad jus Canon. *d. lib. tit.* 18. Ejusdem tamen Iohannis locum addam hic singularem, & qui omitti non debet. *Ulterius*, inquit, † *nota quod idem significat Canonicus & Regularis, & est inculcatio verbi, vel nugatio dicendo, Canonicus regularis, quod idem est ac si diceretur regularis regularis. Et dicendo Canonicus secularis est implicatio contradictionis, vel oppositum in adjecto: idem est enim ac si dicerem Regularis secularis, quæ duo inter se pugnant. Quia secularis in quantum talis est, magis est irregularis, quam regularis. Sed per usum loquendi & inolitam consuetudinem talis locutio roboratur.* Vixit hic Io. Sciphower Ann. 1504. quo facta est Chronici dedicatio.

† *d. loc.*

VII. Ad templi partem borealem Capella erat, quam fundaverat Gisbertus van Raephorst, ea lege ut & ipse, & quicunque id peteret de

de ſuo genere mandaretur ibi terræ, excluſis extraneis, ut charta cautum expreſſe, quæ eſt Ann. 1398.

Wy Prior ende gemeen Convent der Canonicken der Regulieren t'Utrecht doen condt ende kennelyck allen luden, die deſen brief ſullen ſien ofte hooren leſen, dat Gysbert *van* Raephorſt *Claes ſone, om Goeds willen ende met ſynen goede heeft doen maecken die Capelle, die gelegen is aen de Noortſyde van onſer kercke. Ende Gysbert voornoemt heeft van ons begeert om Gods willen, dat wy hem geven willen die graffſteden in der Capellen voornoemt. Ende wy Prior ende Convent voorſz om Gods willen ende in gerechter caritaten hebben gegeven Gysbert voorſz ende ſynre erfgenamen, alle die graffſteden, die behoorlyck vallen mogen in der Capellen voorſz, maer hy ende ſyne erfgenamen ſullen ons oorlof bidden, eer ſy die graffſteden ontdoen ofte openen, ende dan ſullen wy hem oorlof geven, daer inne te graven hare dooden naer gewoonte der heyliger kercke. Ende in deſer voorſz Capellen en ſullen anders niemant, al wie dat ſy oock ſyn, oorlof, recht, noch vordeel hebben in te ſitten, noch in te ſtaen, maer wy ſullen de voorſz Capelle houden ende regieren in aller rechten, gelyck dat wy ons Godshuys doen, ende alle dinck ſonder argeliſt. In oirconde der waerheyt, ſo hebben wy deſen brief beſegelt met onſen ſegelen. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *acht ende t'negentich, des Dynsdaechs na St. Lambrechts dach.*

VIII. Nec præterea eſt, quod addam, niſi hoc ex Anniverſario excerptum quod ſequitur.

IANUARIUS.

Dni Iacobi *de* Zuylen *militis & Dnæ* Criſtinæ *ejus uxoris cum patre & matre ejuſdem Criſtinæ.*

Item Iohannis *vander* Maelſtede.

Dni Swederi *de* Gaesbeeck, *de Putten & Stryen, & dominæ* Annæ *uxoris ejus, ac parentum & amicorum ejus.*

Gerardi *de* Damaſco *ac* Eliſabethæ *uxoris ejus.*

Ludovici Raven & Bernardi *uten* Enghe *Canonici in ſummo.*

Anniverſarium dominæ Mechtildis *militiſſæ de Neſſe.*

Dni Ioannis *de* Arnhem *Canonici S. Petri Trajectenſis.*

Memoria Dn. Florentii *de* Borſſalia *militis, & dominæ Oda uxoris ejus, ac domini* Franconis, *domini de Oeſtervant.*

Dni Aelmanni *militis*, Ioannis *de Middachten.*

Anniverſarium domicellæ Corneliæ *uxoris Arnoldi Taets.*

Ar-

Arnoldi *de* Everdingen.
Anniverſarium domicellæ Aleydis *uxoris Gisberti de Raepborſt.*
Anniverſarium Margaretæ *uxoris Gisberti de Meerlo.*

FEBRUARIUS.

Dni Theodorici *Oude-Ridder.*
Aleydis *de* Werve *Dnæ de Sluypic.*
Nicolai d'Edel *ac* Immæ *ejus uxoris.*
Criſtinæ *de Spangen.*
Cornelii *de Maerſen.*
Iohannis *vander* Maelſtede *&* Arnoldi *de* Everdingen.
Dni Florentii *de* Borſſalia *militis ac dominæ* Odæ *uxoris ejus, ac domini* Franconis *de Borſſalia militis.*
Memoria magiſtri Bernardi *uten* Enghe *Canonici in ſummo.*
Criſtinæ, Theodorici, *ac* Gerardi *de* Ruweel, *ac liberorum.*
Stephani *de* Bouchout *ac uxoris ejus* Goudæ, *item Magiſtri* Huberti *de* Bouchout, *Doctoris utriuſque juris.*
Wilhelmi *de* Winſen *&* Gertrudis *uxoris ejus.*
Gisberti *de* Leyenberch *ac* Eliſabeth *de* Sweten *uxoris ejus.*
Iuttæ *uxoris domini* Gisberti *militis de* Hardenbroeck *dominæ de Neſſe.*
Memoria domini Florentii *de* Borſſalia *militis.*
Magiſtri Tydemanni *conjugis ac parentum ejus.*

MARTIUS.

Memoria Iohannis *vander* Maelſtede.
Magiſtri Bernardi *uten* Enghe *Canonici.*
Regneri *de* Grevenbroeck *&* Haſæ *ejus quondam uxoris.*
Everardi Hodenpyl *&* Ermgardis *ejus quondam uxoris.*
Abraham *de* Luttekenhuys.
Aleydis *de Vliet.*

APRILIS.

Arnoldi *de* Lochorſt *&* Everardi *de Damaſco.*
Iohannes *de* Schengen, *ſuæ uxoris ac parentum ſuorum.*
Florentii *de Borſalia &c.*
Iohannis *vander* Maelſtede *&* Arnoldi *de Everdingen.*
Anniverſarium Eliſabeth *de* Schalckwyck *&* Eliſabeth *de* Wael.
Anniverſarium Iohannis *de* Rover *cum* Petronella *uxore ſua.*
Dni Frederici *de* Nyvelt *militis.*
Iohannis *de Zoelen*, Gerardi *de Vloeten.*

Ge-

Gerardi Faes & Aleydis *uxoris ejus.*

Anniverſarium Henrici *de Gellicum nobiliſſimi benefactoris noſtri.*

MAJUS.

Anniverſarium Bertæ *de Yſelſteyn, Dnæ de Culenburch ſororis noſtræ.*

Memoria Dni Florentii *de* Borſſalia *militis de Suylen & St. Martensdyck &c.*

Magiſtri Bernardi *uten* Enghe *Canonici in ſummo.*

Mabiliæ *filiæ Gisberti de Raephorſt.*

Memoria Iohannis *vander* Maelſtede & Arnoldi *de Everdingen.*

Eliſabeth *vander* Does *cum patre, matre, ſorore, & parentibus.*

Iohannis *de* Amerongen & Haſæ *uxoris ejus.*

Eliſabeth *de Schalckwyck.*

Aleydis *de* Vliet *nobis benefica.*

Anniverſarium Petronellæ *relictæ* Iohannis *de* Rover.

Erckenradis *uter Coornmarckt.*

Iohannis *Coninck.*

JUNIUS.

Uxoris Tydemanni *Grauwert.*

Magdalenæ *ſocrus Henrici de Luttekenhuys.*

Magiſtri Bernardi *uten* Enghe.

Mechtildis *uxoris Iohannis Coninck.*

Iohannis Coninc & Georgii *filii, & Eliſabeth filiæ, & reliquæ prolis.*

Memoria Dni Florentii *de* Borſſalia, *ut ante.*

Theoderici *de* Wael *cum uxore & liberis.*

Aleydis Soudenbalch *ac ejus matris benefactorum noſtrorum.*

Memoria Iohannis *vander* Maelſtede & Arnoldi *de Everdingen.*

Iohannes *de* Suylen *à Bluckenborch cum uxore ſua Eliſabeth & cum parentibus & cognatis eorundem.*

Domicellæ Mechtildis *de* Amerongen *filiæ Henrici de Gent.*

Wilhelmi *de Winſen &c.*

Gertrudis *van* Veen & Wendelmoet *ejus matris.*

Memoria Arnoldi *Taets &* Corneliæ *de* Lochorſt *uxoris ejus cum liberis.*

JULIUS.

Memoria Dni Iohannis *de* Bronchorſt *Præpoſiti eccleſiæ ſancti Salvatoris Trajectenſis.*

Magiſtri Bernardi *uten* Enghe *Canonici in ſummo.*

Dni Iohannis Wael *Canonici in ſumma.*

Henrici *de* Luttekenhuys *& uxoris ejus parentum, & puerorum ſuorum.*

Memoria Dni Florentii *de Borſſalia.*

Bartholomei *de* Soudenbalch *& uxoris ejus.*

Domicellæ Iohannæ *filiæ* Bernardi Wilken *& Gerardæ ejus uxoris.*

Arnoldi *de* Everdingen *fundatoris altaris ſancti Iohannis Baptiſtæ.*

Iohannis *vander* Maelſtede.

Godefridi Coninex, *Aleydis Vliet.*

Bernardi *Alberti Proyes.*

Nicolai *filii* Iohannis *de Raephorſt,*

Haſæ *Ghents cum marito ſuo* Henrico *& filiabus.*

Wilhelmi *de* Angheren *&* Margaretæ *ejus uxoris, & Haſæ ejus filiæ.*

Anniverſarium domini Iohannis Scaey *de Roethout Canonici, & quondam Paſtoris noſtri.*

AUGUSTUS.

Dnæ Iohannæ *de* Heemſtede *uxoris domini Giſelberti de Yſelſteyn.*

Dni Wilhelmi *de* Rhenen *Præpoſiti Embricenſis.*

Florentii *de* Borſſalia *militis.*

Dni Bernardi *uten* Enghe *Canonici.*

Domicellæ Aleydis *Pot.*

Memoria Ottonis Zuermont *& Wendelmodis uxoris ejus.*

Iohannæ *vander* Maelſtede *&* Arnoldi *de Everdingen.*

Theodorici Bor *armigeri.*

Fratris Theodorici Wittenhorſt *Canonici noſtri & Paſtoris Swoldenſis.*

Magiſtri Tydemanni *Coninex.*

Dni Hermanni *de* Keppel *generalis Commendatoris Teutonicorum dominorum hujus terræ.*

Walteri Ketelet *& Idæ uxoris ejus.*

Catharinæ *filiæ Iohannis de Hacrlem.*

Gerardi *de* Heumen *cum uxore & liberis.*

SEPTEMBER.

Dni Florentii *de Borſſalia &c.*

Domicellæ Hermannæ *de* Kattenburch *dictæ Wachtendonck.*

Gisberti *de* Raephorſt *&* Iohannis *de Raephorſt filii ejus.*

Aleydis *de* Lanſcroon *filiæ* Gisberti *de Raephorſt.*

Aleydis *Vliet.*

Fratris Iohannis *de* Noortwyck *ſacerdotis & Canonici noſtri.*

Domini de Abcoude.

Do-

Domicellæ Wilhelmæ *de Yſelſteyn.*
Iohannis *vander* Maelſtede *&* Arnoldi *de Everdingen.*
Eliſabeth *de Damaſco.*
Fratris Arnoldi Keppel *ſacerdotis & Canonici noſtri.*
Wilhelmi *de* Winſen *& Gertrudis uxoris ejus.*
Antonii *de* Amerongen *& uxoris ejus.*

OCTOBER.

Dni Florentii *de Borſſalia.*
Eliſabeth *matris Gerardi de Vleuten.*
Dni Iohannis *de* Wittenhorſt *Canonici ſanctæ Mariæ Trajectenſis.*
Iohannis *de Maelſtede, qui contulit nobis multa & magna beneficia.*
Aleydis *Vliet.*
Evæ *uxoris* Henrici *de Gellicum.*
Iohannis *vander Maelſtede &* Arnoldi *de Everdingen.*
Magiſtri Bernardi *uten* Enghe *Canonici Trajectenſis.*
Fratris Henrici *de* Adrichem *Canonici Bethlemenſis.*
Iohannis *Vreiſe & Gertrudis uxoris ejus.*
Dni Gisberti *Berchmaker ſuperioris & Canonici noſtri.*
Domicellæ Mechteldis *filiæ* Iohannis *uten Hamme.*
Memoria Iohannis d'Edel *cum memoria patentum ſuorum ac fratrum ſuorum Tydemanni ac Arnoldi ac ſororum d'Edel.*
Domicellæ Ghent *filiæ* Henrici *de Luttekenhuys.*
Aleydis uxoris Giſelberti *de Meerlo.*
Sophiæ *Roovers.*
Anniverſarium fratris Stephani *de* Aenhalt *ſacerdotis & Canonici Bethlemenſis.*

NOVEMBER.

Magiſtri Lubberti Bolle *quondam Decani Trajectenſis, & poſtea facti de ordine Teutonicorum.*
Aleydis Soudenbalch, *& perpetua memoria Magiſtri* Henrici Foec *filii ejus.*
Dni Florentii *de Borſſalia &c.*
Memoria Iohannis *de Maelſtede & Arnoldi de Everdingen.*
Magiſtri Bernardi *uten* Enghe *&c.*
Anniverſarium Stephanæ *de* Haes *filiæ Godefridi Coninx.*
Thomæ *de* Wilde *&* Margaretæ *uxoris ejus.*
Anniverſarium dominæ de Wulven *militiſſæ.*
Pauli *de* Malſen *&* Mechtildis *uxoris ejus.*
Frederici *de* Suylen *confratris & Canonici in Bethania prope Aernhem.*

Domicellæ Criſtinæ *Proeys.*

Haſæ uxoris Wilhelmi *de Angheren.*

Aleydis *Vliet.* Gerardi *Martini.*

Tydemanni d'Edel & Sophiæ *uxoris ſuæ, & Iolandis filiæ eorum cum marito* Bernardo Proeys, *& Woudæ eorum filiæ, & Iacobi de Damaſco germani præfatæ Sophiæ d'Edel.*

DECEMBER.

Fratris Theodorici *de* Aſperen *ſacerdotis & Canonici noſtri.*

Dni Florentii *de Borſſalia &c.*

Magiſtri Bernardi *uten Enghe.*

Anniverſarium Henrici Tydemanni *patris Gerardi de Vleuten.*

Sophiæ *de Rynevelt.*

Dni Chriſtiani *de Cameryck.*

Dnæ Criſpinæ *uten Hamme.*

Arnoldi *Taets & Corneliæ uxoris ejus de Locborſt cum liberis.*

Dni Iacobi *de* Suylen *militis.*

Aleydis *Vliet.* Gerardi *Martini.*

Confratris noſtri Hieronymi Pieck *Rectoris quondam in Arckel.*

IX. Ex his Canonicis Io. Meurſius, quem ubi purior religio in meliorem deduxit viam, deſerto monaſterio, poſtquam Hagam ſe contulit Ann. 1576. vita prorſus inculpata ad ſacrum extulit miniſterium. Præco verbi divini in pago factus Loſdunenſi ſartricem duxit Harlemenſem, è qua genuit Ioannem Meurſium celeberrimum illum virum, natum Ann. 1579. hiſtoriarum & Græcæ linguæ Profeſſorem in Academia Lugduno-Batava, cui debet poſteritas tot Auctores ineditos, tam indefeſſa in his edendis ab eo opera collocata, ut eum crederent Curatores (& mirari prorſus licet hic eorum judicium) fieri id cum diſpendio publicarum lectionum, decreto inhibuerint librorum crebras editiones. Quod ita hominem alienavit, ut poſt annos quatuordecim, quibus functus Profeſſione, & pari fide, ac diligentia, qua & reliqui collegæ, lectiones publicas obiit, à rege Daniæ evocatus in Soranam Academiam migrarit in Daniam. Vid. in *Athenis Batavis*, ubi paucis de ſe ipſe.

FUNDATIO XIII.

Monaſterii HIEROSOLYMITANI *ex ſuburbio in urbem tranſlati*

ANN. CIↃ. IↃ. XIII.

Duo ejuſdem nominis monaſteria Ultrajecti, alterum in urbe junctum fratrum Minorum ædi, alterum in ſuburbio, ſed quod temporis progreſſu ob crebros hoſtium inſultus in urbem poſtea tranſlatum Ann. 1513. loco dato à magiſtratu in platea *den Regenbooch*. Unde vico adhuc nomen, *t'Ieruſalems ſteechje*. Magiſtratus de eo literæ ſic ſe habent, ut ſequitur:

Wy Borgemeeſters, Schepenen, Raede, ende gemeene Oudermannen van den ouden ende nieuwen Rade der Stadt van Utrecht, maecken condt allen luyden, dat alſo die Eerweerdige, devote, ende religieuſe Priorinne ende gemeen Suſteren, ende t'gans Convent *van* Ieruſalem, *die buten by onſer Stadt beneven die* Weerde *Weſtwaert hoer woninge ende verbout van ouden tyden te hebben plagben, overmits deſtructien, laſten, ende verdrieten van onſer Stadt vianaen van daer hebben moeten ruimen ende wycken, ende ſo van noots wegen binnen onſer Stadt hebben moeten comen, ende hoer woeninge maken, te weten beſyden St. Peter in den* Regenboghe, *in der huſinge ende hofſtede van outs geheten die herberghe van Nieuwenrode, aen ons ſeer ootmoedelyck ende vriendelyck verſoeckende, ende begeerende, wy hem ende hoeren nacomelingen ter eeren Godts die voorgenoemde plaetſe ende ſtede, alſo die daer nu gelegen is, ſtreckende uyter Stadt graſte Suytwaerts op tot aen* Wynſens *ſteghe toe, daer* Gaesbeecx *ſteghe allangs boven Ooſtwaert, ende dat lant met ſynre huſingen ende Hofſtede allangs beneden Weſtwaert naeſtgelegen ſyn te mogen aen hem coopen, ende clooſters wyſe bewoonen, beſitten, ende gebruycken, ende voert tot des Convents voorſz nut, oerbaer, ende profyt tot alre tyt ſo hem dat believen ſal te maken, te ſticken, ende te ordonneren, te oorloven, believen, ende te conſenteren wilden, Soo iſt dat wy die ſeer geneygt ſyn totter verbeteringhe des dienſts Gods, ende goeder bewaringe der weerdiger ende devoter Ionefrouwen, Suſteren, ende des gantſchen Convents voorſz, geconſenteert, geoorlooft ende belieft hebben, conſenteren, oorloven, ende believen mits deſen, die ſtede ofte plaetſe, mit allen hoeren*

toebehoren binnen der bepaelinge voernoemt gelegen, te ſullen mogen coopen, of ſys noch niet gecoft en hadden, ende voort hebben, beſitten, ende vrylicken te gebruycken, conſacreren, maecken, ende vermaecken laten na anderen Clooſteren ende Conventen ook binnen onſer Stadt gelegen, in formen, ende manieren, ende alſoo hem ende hoeren nacomelingen dat nutſte, oorbaerlicſte, ende profytelicſte ſal duncken te weſen, ten eewigen dagen geduyrende. Alle ding ſonder arch ofte liſt. Des t'oerconde ſo hebben wy onſer Stad groote ſegel aen deſen brief doen hangen. Gegheven int jaer ons Heeren CIↃ. *vyf hondert en derthien den* XXVIII. *dach in Januario.*

Olim quod in ſuburbio, & extra urbis muros, docet *Fundatio*, quæ eſt Ann. 1419.

Fredericus *Dei gratia epiſcopus Trajectenſis dilectis nobis in Chriſto* Margaretæ *de* Groenevelt, Agathæ *relictæ* Erneſti, Hillæ *de* Mauric, Annæ *de* Teyl, *&* Swaneldi *filiæ* Godefridi Franconis, *ac aliis devotis & honeſtis ſororibus ac matronis commorantibus in loco dicto* Ieruſalem *extra muros civitatis noſtræ Trajectenſis Salutem in domino ſempiternam. Ex debito Paſtoralis officii non immerito obligamur his, quæ augmentationem divini cultus & maxime ſalutem animarum nobis ſubditarum reſpicere dinoſcuntur, nos gratioſos & favorabiles exhibere. Hinc eſt, quod nos devotis veſtris ſupplicationibus inclinati, ut una cum adjutoribus veſtris in dicto loco vulgariter* Ieruſalem *nuncupato infra parochiam* S. Iacobi *Trajectenſis ſituato monaſterium Sanctimonialium ordinis S Auguſtini fundare & erigere, & conſecrari facere poſſitis, ſic quod idem monaſterium plenarie ſubjectum ſit Priori & Capitulo generali monaſterii in* Windeſem, *& gaudeat privilegiis, quibus dicti monaſterii Capitulo generali ſubdita gaudent, vel quomodolibet gaudere poſſunt, dictuſque Prior pro tempore ſeu Capitulum præfatum, Prioratu hujuſmodi vacante, vel cui dictum Prioratum duxerint committendum auctoritatem habeat in eodem monaſterio perſonas includendi, & velandi, viſitandi, & corrigendi, nec non Prioriſſam deſtituendi, inſtituendi, & confirmandi, Rectores ſeu confeſſores, quoties oportunum fuerit, deputandi, qui confeſſionem ſororum, & familiarium, nec non continuarum commenſalium, ſeu etiam aliarum perſonarum utriuſque ſexus apud prædictum monaſterium cauſa devotionis hoſpitatarum, vel adventantium, dummodo hujuſmodi hoſpites & adventantes de parochiis eccleſiarum parochialium civitatis Trajectenſis non exiſtant, atque in caſibus occultis noſtræ auctoritati ordinariæ de jure ac conſuetudine ſpecialiter reſervatis abſolvere, votaque minora in alia pietatis opera commutare, & eiſdem ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare, dictaſ-*

dictaſque ſorores & ipſarum commenſales, apud ipſaſque ſepulturam eccleſiaſticam eligentes ſepelire valeant & poſſint, his præſentibus licentiam & noſtram auctoritatem impertimur, ſalvis tamen modis & formis infraſcriptis, videlicet quod ſi aliqui de parochia S. Iacobi prædicta in eodem monaſterio elegerint ſepulturam, & ibidem ſepulti fuerint, extunc Curati eccleſiæ prædictæ habeant mediam partem omnium oblationum provenientium ratione hujuſmodi funeris, reliquam mediam partem recipient moniales antedictæ. Itemque omnes oblationes alias in dicti monaſterii eccleſia ad altare provenientes ad Curatos dictæ eccleſiæ perpetuis temporibus pertinebunt. Itemque de patronis dictæ eccleſiæ S. Iacobi *diebus Dominicis & feſtivis viſitandis, & accedendo eccleſiam monaſterii prafati pro divinis ibidem audiendis, & de ſermone in eodem monaſterio ad populum in ambone dictis diebus Dominicis & feſtivis prædicando, ac de legatis & cauſa mortis ratione teſtamenti eidem monaſterio per patronos eccleſiæ S. Iacobi prædictæ donatis, omnibuſque & ſingulis juribus præfatæ eccleſiæ S. Iacobi parochialis & alterius cujuſcunque, ſervabitur diſpoſitio juris ſcripti juxta laudabilem conſuetudinem civitatis & diœceſeos Trajectenſis legitime præſcriptam, ita quod per Conventum monaſterii prædicti eccleſiæ, S. Iacobi antedictæ ſeu alteri cuicunque in nullo præjudicium generetur, niſi ſuper præmiſſis aut aliquibus ipſorum à Sede Apoſtolica eidem Conventui fuerit aliter indultum, ſeu inter dictas partes poſtea concordatum. Inſuper & de ſpeciali mandato committentes Priori de Windeſem, vel cui is duxerit committendum, ut numerus perſonarum inveſtiendarum ultra exigentiam reddituum prædicto monaſterio incorporandorum nequaquam multiplicetur noſtrarum teſtimonio literarum. Datum anno Domini* CIↃ. CCCC. XIX. *menſis Decembris die ſecunda.*

Subjectum id cœnobium Capitulo generali monaſterii in Windeſem. *Windeſem* locus in Tranſiſulania eſt haud procul à Zwolla. Allodium olim proprium Bertholdi ten Hove, qui zelo religionis ſingulari ſuccenſus locum hunc univerſum monaſterio extruendo cum annexis conceſſit circa Ann. 1486. ut auctor eſt Io. Buſchius Chron. Windeſemenſ. *lib.* 1. *cap.* 6. Ad quod cum & alii contuliſſent de ſuo, crevit opus feliciter, probante & annuente Florentio de Wevelichoven epiſcopo Trajectenſi. Idem *d. loc.* Ubi autem extructum, locum mox occuparunt, quibus ante is deſtinatus jam, Canonici Regulares. Nec inſtitutum diſplicuit, quod plures poſtea imitati, ſanis mox extructis, ultro Windeſemenſi velut matri ſubjectis. Omnes Canonici & Canonici Regulares. Dico Regulares ad differentiam ſecularium. Nam inter Regulares & Seculares diſcrimen. Regulares vivunt ut monachi

eidem

eidem clauſtro incluſi. Communis eorum victus, communis omnis ſubſtantia. Nam nec proprium habent quicquam. Seculares, ut laici, habitant ſeparatim. Cuique eorum ſuus victus, ſuæ ædes, ſuum proprium patrimonium. Nec refert, quod & ipſis Regula eſt, ſeu canon, unde & dicti Canonici. Regula enim omnis eſt vel laxior, vel ſtrictior. Unde interdum & ſeculares, ſi licentia eorum nimia, in Regulares mutati. Chronographus Saxo à Leibnitio editus ad Ann. 1135. *Congregatio ſanctimonialium Canonicarum in Luttere ab Imperatore commutatur in regularem vitam ſancti Benedicti &c.* Chronic. montis Sereni ad Ann. 1223. *Reditusque quantos poterat tempore oportuno loco ipſi acquirens regulares in eo Canonicos inſtituere intendebat.* Quod ſupra autem Antiſtes, *ita quod per Conventum monaſterii prædicti eccleſiæ S. Iacobi &c. in nullo præjudicium generetur*, verbo tantum addam, quod orta tamen deinceps quæſtio inter partes non una, ut oſtendit tranſactio facta Ann. 1425. inter viros honorabiles Iacobum Herboert & Hugonem van Weteringe presbyteros ſeu Curatos & Goſuinum de Sanctis Canonicum Regularem & Rectorem Sanctimonialium in Ieruſalem *extra muros Trajectenſes, de omnibus diſcordiis*, utar jam verbis chartæ, *inter eos exortis & ſuſcitatis de & ſuper ſepultura mortuorum parochianorum dictæ eccleſiæ S. Iacobi, de emolumentis, legatis, & oblationibus, cæteriſque juribus ad dictam eccleſiam ſeu ipſius eccleſiæ Curatos quomodolibet ſpectantes &c. Pro quibus præfatæ Sanctimoniales ſingulis annis pro canonica penſione dictis dominis Curatis pro tempore exiſtentibus & eorum ſucceſſoribus perpetuis temporibus unum ſcutum Franciæ antiquum, prout domini Trajectenſes recipiunt de ſuo pacto, vel verum valorem ejuſdem infra octavas Paſchæ libere ſolvent, & deliberabunt. Porro Rector*, ait, *Sanctimonialium pro tempore exiſtens, vel aliquis ſuorum ſociorum, nullo unquam tempore alicui parochianorum dictæ eccleſiæ S. Iacobi extra emunitatem dicti monaſterii, ſano vel infirmo eccleſiaſtica miniſtrabit ſacramenta. Sed ſi contingat qualemcunque perſonam vel perſonas cauſa devotionis vel gratia hoſpitalitatis ad ſupradictum monaſterium declinare ſeu adire, eidem ſive eiſdem Rector pro tempore exiſtens, vel alias presbyter ſacramenta eccleſiaſtica & ſepulturam licite poterit impetrare ac impendere &c.* Comprobata autem tranſactio hæc, cum rurſum quæſtio incidiſſet, à Rudolpho van Diepholt Ann. 1440. 14. Maji. Porro autem quod dicitur, *Datum anno Domini* CIↃ. CCCC. XIX. *menſis Decembr.* &c. reddi dubium non poteſt, etſi & illud verum, quod jacta interim fundamenta anno jam præ-

præcedente. Qui Bekam continuavit *to.* 5. *Analect. ad Ann.* CIↃ. CCCC. XVIII. *Item in den ſelven jaer wert dat clooſter, dat Ieruſalem heet, by Utrecht eerſt toegeleit ende begonnen te maken &c.*

FUNDATIO XIV.

Monaſterii S. AGNETIS.

ANNI INCERTI.

Canonicarum Regularium, S. Agnetis monaſterium, quod prope S. Nicolai, habitatio olim fuit. Quis fundaverit, & quando, mihi hactenus nondum liquet. Quod Canonicæ Regulares inſtrumentum docet, quod ita incipit: *Religioſæ & in Chriſto devotæ Prioriſſæ & Canoniſſæ conventus monaſterii S. Agnetis Trajectenſis ordinis S. Auguſtini cum venerabili viro domino Marcilio filio Iacobi presbytero & Confeſſore &c.* Ædes ipſa adhuc extat, ſed verſa partim in ἰργαστήριον, partim in ptochotrophium, in quo mittenda ad opificia juventus orba conſiſtit. Agnetis virginis & martyris meminit Prudentius hymn. VIII. περὶ στεφάνων pr.

Agnes †ſepulchrum eſt Romulea in domo,
Fortis puella, martyris inclyta,
Conſpectu in ipſo condita turrium
Servat ſalutem virgo Quiritium.

† Alii legunt *Agne*, alii *Agnis*. Vid. Reynart. *Act. martyr. ſincer. & ſelect.*

Martyrium cum ſubiit erat tredecim annorum, ut ſcribit Auguſtinus *ſerm.* 273. *cap.* 2. *Agnes puella tredecim annorum vicit diabolum*, ut Ambroſius duodecim *lib.* 1. *de virginib. cap.* 2. *Natalis eſt ſanctæ Agnes, mirentur viri, non deſperent parvuli, ſtupeant nuptæ, imitentur innuptæ &c. Hæc duodecim annorum martyrium feciſſe traditur.* Meminit etiam Cujac. *lib.* 13. *obſ. cap.* 3. citato loco hoc Ambroſii *ſerm.* 90. *Iuſſit ad lupanar duci ſub voce præconis, dicentis, Agnem ſacrilegam virginem, Diis blaſphemiam inferentem, ſcortum lupanaribus datum.* Paſſam ſcribit Bollandus eam ſeculo tertio aut quarti initio *Januar. to.* 2. Ruynartus circa Ann. CIↃ. CCC. IV. ſub Diocletiano. Chronic. Weingartenſe, & Gobelin. Perſona *Coſmodrom. ætat. 6. cap.* 12. Redux ex Italia reliquias tranſtulit Ultrajectum Baldricus epiſcopus. Sic Henricus Thaborita VII. *Chron.* 3. Sic Magn. Chron. Belg. *p.* 77. Sed non conſtat ſibi ejus Auctor. Infra enim id adſcribit Frederico van Blanckenheim *p.* 341. quem Roma dicit has

tranſtuliſſe, & in majori eccleſia in pretioſiſſimo feretro deaurato collocaſſe Ann. cIↃ. CCCC. XVIII. inſculpi juſſis parieti hujuſmodi verſibus:

Agnes tranſlata virgo fuit, hicque locata,
Miſſam cantante ſuffraganeo celebrante,
Præſule præſente de Blanckenheym generoſo,
Cum multa gente cum valde ſtatu ſpecioſo,
Cleri, Prælati fuerant ibi valde gregati.
Prejejunavit plebs, hunc que diem celebravit,
Hoc ſic mandavit Præſul, fierique rogavit.
Octodecim mille quater C. fuit annus & ille,
Lux poſt Ægidii quæ fuit Helpidii.

Nulla hic tamen difficultas. Vulgo variis in locis, dum quiſque aliquid ſibi rapit, ad ſui ſcilicet tutelam, ejuſdem Sancti reliquiæ. Truncari ſolita olim corpora, ſanctitatis cauſa auferri furto. Et id pium vulgo exiſtimabant. Nec rei hujus ignarus Gregorius Papa I. vetuit ideo Paparum corpora deferri tecta ad ſepulturam, ne quis clam aut truncaret, aut ſubriperet de iis quicquam, *pro ſanctitatis reverentia* ſibi aliquid *reſervando*, ut Gobelin. Perſona ait *Coſmodrom. ætat. 6. cap.* 30. Sed quid Gregorium ſecuti? An non ipſi Sanctorum corpora, qui & gloria ſanctitatis non minori quam Papa, juſſa erui è cœmeteriis, velut magnum quid daturi, in partes ſecta dederunt dono? ut fecit Sixtus Papa V. cum dimitteret, qui Romam venerat, Proregem Neapolis, Ducem d'Oſſuna. Leti in vita ejus *lib.* 3. *p.* 297. Frequens olim ſectio hæc & in partes diviſio. Nec diffitetur Baron. ad Martyrol. Rom. ad v. *Non. Iul.* Unde & jocus Ducis d'Oſſuna in Præfectum Arragonium, cui in reliquiis ſpes omnis fiduciaque. Princeps olim Mauritius cum Graviam obſediſſet, & ſolvendæ obſidioni Præfectus hic deſtinatus, gravis admodum reliquiis, quæ & collo, & pectori, & toti corpori inhærebant, paulo tardius properaret, querenti Duci Aſchotano, *Quid*, inquit Dux d'Oſſuna, *Viſne ut volet Præfecti equus tot reliquiis oneratus*? Greg. Leti *vit. Duc. d'Oſſuna to.* 1. *p.* 481. Et quid ſi ergo ſimiliter diſtracta etiam Agnes? Quid ſi pars hic pro toto? Alioquin & reliquiis, ut res eſt in confeſſo, crebro fucus olim factus, lucri cauſa adulterinis pro veris etiam venditatis. Et plures circumventi ſic, & ipſe etiam Imperator Otto II. Oſſa S. Bartholomæi dari ſibi pactus cum cepiſſet Beneventum, aliis datis & acceptis, plane illuſus diſceſſit. Gobelin. Perſona *Coſmodrom. ætat. 6. cap.* 49. *Poſt hoc Imperator collecto exercitu obſedit Beneventum, & cepit eam,*

& oſſa

& oſſa S. Bartholomei tranſtulit inde, & ea Romam deducens in eccleſia, quæ in inſula Tiberis eſt, honorifice recondidit: quamvis Beneventani adhuc aſſerant ſe oſſa S. Bartholomei continere. Dicunt enim, prout ab eis in eadem civitate audivi, quod cum Imperator mandaret ſibi oſſa Apoſtoli præſentari, præſentata ſunt ei oſſa alterius corporis ſub nomine oſſium S. Bartholomei, quæ Imperator ſic deceptus Romam perduxit. Quid quod hominum etiam oſſa ſubjectis in locum aliis paſſim furto ablata? Pium id olim furtum, nec ut vulgo exiſtimabant improbatum divino numini, ut quod *furum religionem* miraculis etiam illuſtrarit, ut Brouwerus ait ad Tranſlationem *S. Epiphanii pr.* Eo ſeu impudentiæ ſeu ſtultitiæ res redacta, ut nec fur, qui ſubtraxerat Sanctorum oſſa, cenſeretur, nec raptor, qui vim fecerat, in uſum eccleſiæ. *Pie* hic tantum *violentus*, qualis fuit Meinwercus Paterbornenſis epiſcopus, de quo vitæ ipſius Auctor *cap.* 81. *Oportune, importune, Imperatori inſtitit, & nunc gratuito oblata cum gratiarum actione ſuſcepere, nunc negata pie violentus præripere non deſtitit.* Add. *ibid. cap.* 37. 39. & 79. Et an mirum hinc, quod idem corpus, dum quiſque quod apud ſe eſt, verum credit ac genuinum, diverſis etiam in locis?

FUNDATIO XV.

Eccleſiæ FRATRUM MINORUM

ANN. CIↃ. CC. XLVI.

Ædes fratrum *Minorum* fundata eſt Ultrajecti Ann. CIↃ. CC. XLVI. XX. nimirum annis, poſtquam S. Franciſcus jam è vivis exceſſerat. Vita enim conceſſit is Ann. 1226. Emo ad eum Ann. *Anno Domini* CIↃ. CC. XXVI. *die Dominico* IV. *Nonas Octobr. migravit B. Franciſcus inſtitutor ordinis pauperum fratrum. Sequenti vero anno Kal. Aug. die Dominica canonizatus eſt.* Sed ſi verum quod eo anno, quid quæſo ergo eſt, quod Henricus Thaborita, Auctor hactenus nondum viſus *lib.* 9. *Chron. cap.* 24. *Anno* 1308. *dominus de Ema duxit filiam domini de Archel in uxorem, quæ poſt obitum mariti ſui conſtruxit conventum fratrum Minorum in Trajecto inferiori?* Haud dubie id accipiendum, quatenus aut refectum, aut auctum ab ea opus, nonnullis deinceps ei additis, non quod prima id fundavit. Nam Papa alioquin Innocentius, qui confirmator fuit operis, nec V. fuit, nec VI. Non V.

quia is rexit tantum menſes quinque, & vix ultra. Non VI. quia is nactus demum Papatum Ann. 1352. Neceſſe eſt ergo, ut fuerit IV. qui Cœleſtino ſucceſſit Ann. 1243. Tabulas fundationis, quia nondum hæ occurrerunt, ſuppeditare non poſſum. Habeo confirmationis, quæ prodiere eodem anno, quo eccleſia eſt extructa. Extructa eſt autem in area ad ædem S. Ioannis, quæ cum pertineret ad ejuſdem ædis Præpoſitum, cum domo eam clauſtrali ab eo fratres emerunt non invitis epiſcopo & Decano ejuſdem ædis, ut in charta eſt Ann. 1247. *Univerſis Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris Goſuinus Dei gratia Prepoſitus S. Ioannis in Trajecto ſalutem in eo, qui ſalus eſt omnium. Præſenti ſcripto recognoſcimus & proteſtamur, quod cum de conſenſu venerabilis patris Ottonis epiſcopi Trajectenſis, & domini Iohannis Decani Capituli noſtri S. Ioannis in Trajecto domum & aream clauſtralem ad Prapoſituram ſancti Iohannis pertinentem ad voluntatem Minorum fratrum vendidiſſemus nos medietatem denariorum inde provenientium &c.* Tabulas quod attinet, quibus probat Papa non tantum opus, ſed fideles etiam invitat propoſitis indulgentiis ad ſubveniendum ſtructuræ, niſi mutilas non habeo. Edam ut reperi.

Innocentius *Papa, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis vel lecturis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi, pront in tempore geſſimus, ſive bonum ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, & æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum . . . . . accepimus dilectos filios fratres minores Trajectenſes eccleſiam, domos, & ædificia alia ad opus fratrum inibi exiſtentium . . . . . ædificare, & ad conſummationem ipſorum ædificiorum, tum ad vitæ neceſſaria conſequenda, cum non niſi de fidelium eleemoſynis ſuſtententur, veſtrorum & aliorum fidelium indigeant ſubſidiis adjuvari, univerſitatem veſtram hortamur in Domino, ac in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis à Deo collatis . . . . . ſubſidia erogetis, ac per ſubventionem veſtram . . . . . per hæc & alia bona, quæ Deo miſerante feceritis . . . . . pœnitentibus & confeſſis, qui ad opera hæc manum porrexerint adjutricem . . . . relaxamus. Datum Pontificatus noſtri anno tertio.* Fra-

Fratres Minores. Dicuntur minores ad differentiam majorum. Minores Franciſcani ſunt. Majores Dominicani, Prædicatores, Iacobitæ. Minores ob humilitatem & abjectionem corporis, ut ait Magn. Chron. Belg. *p.* 212. De origine horum Ordinum, in quorum laudes non minus quam Fundatorum effunditur, & plenis quidem velis, qui ab Urſtiſio olim editus, Monachus Paduanus ad Ann. 1215. *Circa hæc tempora*, inquit, *divina providentia protruſit ad ortum de miſericordiæ ſuæ theſauris duo magna luminaria, ordinem videlicet Prædicatorum, & fratrum Minorum, quos Deus in firmamento eccleſiæ ſtabilivit, & per ipſorum doctrinam lucidam & apertam, & honeſtæ converſationis ſplendorem, totum mundum errorum tenebris involutum mirabiliter illuſtravit. Horum Ordinum præceptores fuerunt viri probatiſſimi, & multiplici decore virtutum plurimum inſigniti, Dominicus ſcilicet & Franciſcus, qui quaſi duæ tubæ Moyſi dormientem mundum in vitiis & peccatis terribili prædicationis clangore ad pugnam contra hoſtem triplicem excitarunt.* Annales Colmarienſes ad Ann. 1212. *Ordines Teutonicorum, Minorum, & Prædicatorum oriuntur.* Minorum cœpit in Tuſcia apud Aſſiſium Ann. 1207. auctore S. Franciſco, qui & obiit ibidem Ann. 1226. Henr. Wolter. apud Meibom. *to.* 2. *rer. Germ.* Alberic. *ad d. Ann.* & Magn. Chron. Belg. *d. loc.* Scripſerunt vitam ejus præter Bonaventuram Fr. Leo, Rufinus, & Angelus ejus ſocii, & ſcripſerunt ad Creſcentium miniſtrum ordinis generalem. Aſſiſii templum extructum ei in natali ejus ſolo, & ut ait Volaterranus *lib.* 6. *Geograph.* ubi agit de Umbria, ſine ulla materia. Quod cum multis ut incredibile perſuaderi non poſſet, ipſe id interpretatus *lib.* 21. *Anthropol. affectatiunculam* ait antiquitatis eſſe, aut *proprietatis in verbo*, & materiam non communiter, ſed de *ligno* intelligendam. Idem S. Franciſcum per omnia fere Chriſti, nec dicere id erubeſcit, geſſiſſe ait typum, natum etiam in ſtabulo, ſumma preſſum paupertate. Unde & pauperes ejus ſocii. Scripſit de eo & ejus aſſeclis Neridius quidam Fraccus XII. *Faſtorum* libros, cœptos jam ſub Leone, Adriano, & Clemente, Pontificibus Maximis, ſed abſolutos demum ſub Paulo III. Excuſi olim Antverpiæ apud Bellorium Ann. 1559. Scripſere & alii non pauci Abbas Urſpergenſ. in Chron. ad Ann. 1212. Matth. Pariſ. ad Ann. 1208. Alteſerr. 1. *aſcetic.* 11. De paupertate, aut ſi mavis, mendicitate eorum Fraccus *lib.* 10. *verſ.* 130.

Aut fora inops intrat, luſtratque aliena per urbem
Limina, & obliquo poſtulat ore cibum.
Et modo habet peram, modo onuſtum ducit aſellum
Res aut poſcit emi, cum minus æra petat.

Scilicet ære emptus Deus eſt, corrumpimur auro;
Hincque nefas nummum tangere triſte putat.

Verum quid Eraſmus *Moriæ encom. pag.* (mihi) 235. *Rurſum alios*, inquit, *video, qui pecuniæ tactum ceu aconitum horrent, nec à vino interim, nec à mulierum contactu temperantes.* Quidam ex Pontificiis cum verba hæc non ferret, *Adminiſtrationem*, inquit, *interdixit pecuniæ, non contactum &c.* Sed quid Alciatus in epiſtola ad collegam olim ſuum Bernardum Mattium, quam pridem edidi? *Cum ſaxei pene & indomiti*, inquit, *contra omne mali genus videri velitis, qua ratione tam pretioſa palatia conſtruitis? tam amœnas ambulationes exornatis? tam magna triclinia, tam politas cellulas, tam compta periſtylia edificatis? Nonne in hominum beatitudine & opulentia maxima fere dignitas eſt elegantia habitationis? Cum vos ab hoc ſeculo remotos ejectoſque dicitis, cur ejus commoditatibus tam ſumptuoſe utimini &c?* Nec quicquam verius quam quod dicit. Sed multum fratres jam diſceſſerant ab illo vetere inſtituto. Nec vim habuerat, quam oportuit, tentata ſæpius reformatio, faſtu animis & licentia, ut veneno, corruptis. Loquens ea de re Fraccus contineri non poteſt, quin in verba hæc tandem prorumpat,

Quo fugis heu ritus? mutarunt ſecula factum,
Peneque diſceſſit ſanctior ille furor.
Scilicet ut longa pietas corrumpitur uſu
Moribus & ſanctis longa ſenecta nocet.
Dicta quoque ipſorum patientia filia fratrum
Heu mihi quam raros nunc habet illa patres!

Hinc volente ita & rem urgente Eugenio Papa IV. Præfectos nacti generales, qui quantum in ſe eſſet à regula aberrantes in ordinem rurſum cogerent, & memores eos redderent verborum S. Franciſci, crebro exclamantis ſic: *O dilectiſſimi fratres, & in æternum benedicti filii, audite me, audite vocem patris veſtri. Magna promiſimus, majora promiſſa ſunt vobis. Servemus hæc & ſuſpiremus ad illa. Voluptas brevis, pœna perpetua, modica paſſio, gloria infinita, Multorum vocatio, paucorum electio, omnium retributio.* Verba fateor ejuſmodi, quæ, ſi non aliud, quod abominor, nulli non obſervanda. Sed ne Præfecti quidem fatis memores ipſi vitiis obſeſſi. Vetus ergo inſtitutum reducturus habitumque ſurrexit Ann. 1525. Matthæus quidam de Baſſo, & magnum viſus quid polliceri licentiam à Papa petiit & impetravit ſequeſtrandi ſe, quo exemplum præberet ceteris, & quæ fuerat meditatus ad ſtrictiorem Regulæ obſervantiam & commodius & utilius ad

ef-

effectum deduceret. Sic rursum cœpit reformatio, & hinc eorum societas, qui ab acutis capuciis vocantur vulgo *Capucini*. De quibus Fraccus porro ita:

Sed quo culpa ruis? jam mos revocatur & ordo,
Nomineque hoc factum credimus esse Dei.
Stant pede, sed nudo: lana sit acutus amictus
Atque placet squallor, tectaque plena situ.
Mensaque sunt frondes, potus quasi fluminis unda,
Et mendicatus panis in ore cibus.
Vasa rubens tellus, hirsuta stragula pelles,
Nudaque arcnosi fluminis alua torus.
Livor & ut latret revocata est vita Minorum,
Emptaque Principibus Numinibusque manet.

Sed cur acutis capuciis? Quia usus iis creditur olim S. Franciscus, creduntur socii iis usi. Testes rei citant picturas antiquissimas per Franciam, per Italiam, testes reliquias, quæ de veteri adhuc habitu supersunt variis in locis. Capucini autem cum Italiam replessent cœnobiis, venerunt etiam in Franciam jussu Gregorii Papæ XIII. Carolo IX. regnante, qui admodum honorifice & magno cum affectu receptis locum Lutetiæ Parisiorum concessit. Comprobavit Henricus III. Quatuor deinde Capucini Lutetia Parisiorum ad Alexandrum Farnesium Antverpiam se contulerunt Ann. CIↃ. IↃ. LXXXV. quibus paucos post menses reverti jussis in Galliam, idem Alexander Princeps Parmensis literis datis ad Sixtum Papam V. impetravit, ut remanerent, regulamque etiam Antverpiæ & in Belgio propagarent. Sic & his successit, & ceteris, confluentibus ad eos passim, qui strictioris vitæ cupidi, qui externis contenti, dum quid intus latet non attendunt, pellecti otii dulcedine sudores malunt aliorum in delicias suas vertere, quam præclari aliquid moliendo commemorationem sui nominis seminare in Reipublicæ & posterorum memoriam. Profanum tamen vulgus & iners cum miraretur hæc, brevi Minorum ordo auctus tam immensum, ut cœnobiorum suo tempore fuisse millia jam sexaginta testetur Sabellicus *enead. 9. lib. 9.* Superiorem habent, quem appellant *Ministrum Generalem*. Magn. Chron. Belg. *ibid.* Singulis autem collegiis qui præest vulgo *Gardianus*. Et quamvis opibus præpotentes pauperes tamen passim & dicti & habiti. Mendicando quærunt victum, ut Dominicani, aliique, quibus victus non est alius, quam qui est mendicorum. Et mirabilis certe res est, quod qui onusti tot donis & inter vivos & testamento, splendidissimis tot ædificiis superbi & tumidi, quibus nihil

prorsus

prorſus deeſt, qui venale habent cœlum, venalem Deum Divoſque; paupertatem tamen jactent. An veris rerum vocabulis amiſſis pauper eſt, qui abundat? an qui gehennam metuenti, qui purgatorium, vendit preces, & vendit publice privatimque, qui tot emptores paſſim reperit, in indulgentias, in preces, profuſis certatim nummis. Nec ad invidiam rem exaggero. Quod nihil gratis ab iis fiat, notum ſatis abundeque eſt. Sed addamus exemplum:

Wy Broeder Herman Gardiaen, *ende broeder* Ian Gelyſſen *Leeſmeyſter, ende 't gemeene Convent van den Minnebroeders t'Utrecht, doen kont ende kennelick allen den ghenen, die deſen brief ſullen ſien of hooren leſen, als dat wyl vrouwe* Alienora *Vrouwe van Zuylen, die Godt genadich ſy, in horen leven een ſtede in onſen Choer gelegen gecoren heeft, bi haren man Here* Vranc *van* Borſſel *Here van ſinte Martensdyc, die Godt genadich ſy, te liggen bi hoeren levenden live, ſo heeft ſi ons beſet ende verſien mit hoeren aelmiſſen, die wi ontfangen hebben van onſen lieven Here Heer* Florens *van* Borſſel *Here van ſinte Martens dyc haren ſoon* CCC. *ende* L. *oude ſcilde. Welc gelt ons wel betaelt is, vol ende al, den leſten penninc mit den eerſten, enen Engelſchen nobel gerekent voor twee ſcilde. Ende in deſer aelmiſſen ende ander weldaet, dat ons gedaen heeft onſe lieve vrouwe voorſz., die God ontfermen moet, ſo hebben wi Gardiaen ende Leeſmeyſter, ende 't ghemene Convent voorſz. van deſen* CCC. *oude ſcilde gelooft, ende gheloven mit deſen tegenwoordigen brieve, bi onſer conſcientie te doen deſe punten, die hier nae beſcreven ſtaen.*

Item in den eerſten ſo ſullen wi alle daghe ſingen of leſen vighely, ende een miſſe van requiem *ſingen mit vigely keerſen,* IV. *ſtalkeerſen te vigeli ende te ſielmiſſen. Item ſo ſullen wy alle maenden, dit voorſz. jaer duerende, tien ellen ſwarts laken op hoer graft leggen, ende anders gheen cleet. Ende dit voorſz. laken ſelmen gheven alle maenden den rechten armen elendighe om Gode, daer 't beſt aen beſtaet is, ende tot deſen voorgenoemden maentſtonden binnen deſen jaer voorſz. ſullen wi onſen Convent geven een pitantie van drie oude ſcilden. Voort ſullen wi doen alſo langhe als ons clooſter ſtaen ſal, alle jaer onſer liever Vrouwen* Alienora, *die God genadich ſy, haer jaerghetide, ende haeren Heer* Vranc *van* Borſſel, *die God ſalich gedencken wil, ende alle haer vrienden, daer ſi des voor begeert heeft, mit duſdanighe voorwaerden, als dat wi van deſen gelde beleggen ſullen alſo vele, als daer men mede mach copen* XII. *gulden des jaers, die de Gardiaen ſal ontfanghen alle jaer ten ewighen daghe, Ende van de-*

ſen

ſen XII. *gulden ſal hi den broederen alle jaer gheven tot ewigen daghen, als men deſe voorſz jaergetide doet, een goede pitantie mit vigeli kerſen, alſt voorſz is, ende mit twee* Miſerere mei Deus, *biddende voor die ſielen voorſz. Ende welc* XII. *gulden wi geloven niet te verſetten, noch te verbinden, noch te vercopen in geenre wyſ, ſo wat node dat ons cloſter hadde.*

Eſt & aliud hujuſmodi. Nam omnia ut congeram non neceſſe eſt.

Ic Broeder Helias *Gardiaen ende gemeene Convent van den Minrebroederen t'Utrecht doen condt allen luden, dat wy gelooft hebben ende gelooven voor ons ende voor onſen nacomelingen* Gerrit Zoudenbalch *ende ſynen nacomelingen, dat wy jaerlicx memorie doen ſullen Tyman Zoudenbalchs ſyns Vaders, ende Ioncfrouw Peternellen ſyns moeders, ende Gysbert van der Hart ſyns neven. Ende deſe memorie ſelmen doen in de leſte weecke van Meye, opten ledichſten dach die daer come. Ende wairt dat die Hoocheyt van Pinxſteren daer in quame, ſo ſoudemen die memorie doen in de weecke die voor Pinxſteren compt. Ende wanneer wy deſe memorie doen ſullen, ſo ſullen wy des avonts vigilie doen van negen leſſen, ende des anderen daegs ſielmiſſe ſingen, ende ten grave gaen mit drien* Miſerere *na der gewoonten. Ende des Sonnendaegs te voren ſullen wyt doen kondigen opten ſtoel, om daer voor te doen bidden mitten gemeenen gebede. Ende* Gerrit *voorſeyt heeft ons gelooft voor hem ende ſynen erfgenamen, jaerlix te geven vier pont payements, als die Stat van Utrecht van lyfrenten geven ſellen in elcker tyt. Ende mit deſen voorſeyden gelde ſelmen coopen ende geven den gemeenen broederen, die ter Capellen comen eten op den ſelſden dach een gebraden gerechte, tot dat ſy dagelycks te hebben plegen, ende daer toe wyn na den beloope van den gelde, ſo ſelmen leſen* Miſerere mei Deus *en de* profundis *voor den ſielen. Ende waert dat wy deſe voorſz memorie ende maeltyt niet en deden alſe voorſz ſtaet, ſo mogen Gerrit ofte ſyne erfgenamen, dit voorſz gelt op die tyt ons onthouden ſonder becroonen van ymant, ten waer of wy die voorſeyde memorie verhaelden, ende deden doen in den eerſten weken dair nae. Voort ſo belyen wy, dat wy ontfangen hebben van* Gerrit Zoudenbalch *voorſeyt enen ſilveren paes wegende een marck ſilvers, welcken paes voorſz wy in onſer kercken beſigen ſellen, ten hoogen tyden alſt betemelyck is. W'aer of wy gelooft hebben, ende geloven voor ons ende voor onſe nacomelingen, den voorſeyden paes nemmermeer te vercoopen, noch wech te geven, noch te verſetten, of te doen breecken in eeniger manieren. Ende waert dat*

Ese voerseyde paes verloren worde buren gemeenen ongeval, so sullen wy enen anderen paes wederomme doen maken, in der selver manieren alse dese nu is. Alle dingh sonder arch. In oirconde des briefs besegelt met ons Conventus segel. Gegheven int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. *ende dertien, des Woensdaechs na sinte Bonifaes dach.*

11. Sic plana in cœlum via. Sic expleta mendicantium, otioſorum hominum, inexhauſta cupiditas. Et quo fœdius vix quicquam: vulgo precum apud eos quaſi quoddam commercium. Ad fundendas ad Deum preces pretio obſtricti non tantum ipſi, ſed & viciſſim ab ipſis alii. Ea auri olim vis.

Multa loquor, quidvis nummis præſentibus opta.
Et veniet: clauſum poſſidet arca Jovem.

Nec difficile id probatu. Quædam tantum adhuc addam ex eodem Chartulario, quod fuit fratrum Minorum:

Item die Kercmeyſters van Buerkerck, ſellen ons geven alle jaer een pont, alsmen Wouters *jaergetide doet van* Colen *ſyns vaders, alſe des Sonnendaechs ende des Manendaechs na jaersdach, ende dair voir ſellen wy doen des avonts vigeli, ende* IX. *vigeli keerſſen bernende houden opt graff, ende des morgens ſielmiſſen mit* IX. *keerſſe opt graff, opt verſumc van* X. *ſcillinge, die hem van dier tyt geboren mocht.*

Item die Kercmeiſters voorſz. ſellen ons noch uytreiken 's jaers XVI. *ſcellinge, als men Joncfrou* Beatris *ſynre moeder jaergetide doen ſel, alſe des ſonnendachs ende des manendachs na des heiligen Cruysdach exaltatio. Ende hier voir ſellen wi doen des avonts vigeli, ende des morgens ſielmiſſe ſonder keerſen, opt verſume van acht ſoillinge, die hem tot dier tyt geboren mocht.*

Item die Kercmeyſters voorſz. ſellen ons noch uytreyken alle jaer XVI. *ſcillinge, als men* Wouters *jaergetide doet, ende doen des avonts vigeli, ende des morgens ſielmiſſe ſonder keerſen, opt verſume van acht ſcillinge &c.*

Item die Kercmeiſters voorſz. ſellen noch onſen Coſter alle jaer uytreiken tot ſunte Mertens miſſe in den wynter, een paer goeder mettten boter, ende daer voor ſel hy die jaergetiden verwaren, ende doen kundighen in den ſermoen, ende Wouter *voorſz. ſetten in den bedebrieff, ende ſynre altoos doen vermanen.*

Item die Coſterſſe van ſunte Mariendael, ſel ons alle jaer uytreyken, ende gheven van wegen Wouters *van* Colenberch, *in den eerſten tot alle ſunte Inns miſſen in den ſomer, of binnen ſes weken daer*

na

na XX. take traens of ander ſmeer daer voir, vondmen den traen niet. Ende daer off ſollen wy altoos nacht en dach bernende houden drie lampen in eenre ſterre opt choer voir dat hoghe ontaer.

Item die ſelve Coſterſſe ſel ons alle jaer uytreyken t'ſeſtich pont goets was aen keerſſen gewrocht, in deſer manieren gedeilt te leveren, in onſen clooſter tot allen Kerſavont ende Pinxteren, tot elken van deſen hoochtyt XIX. waſſe keerſen, elcke keerſe van eenen halven ponde wegens, ende die XIX. keerſſen ſellen wy ſetten aen die veertien pyleernen in den choor, aen elcke pyleerne een keerſſe, ende vier opten tafelen opt hoge antaier, ende een in der pannen voor dat hoge antaer. Ende deſe keerſſen ſellen wy bernende houden tot elker hoochtyt voorſz., des avonts veſper, compleet, metten, des dages hoemiſſe, veſper, ende compleet al uyt. Ende des heylich kerſnachts, kerſmiſſe, ende onſer Vrouwen miſſen, ende na elke voorſz. hoochtyt drie heylige dage toe hoemiſſen, veſper, ende compleet ſellen wy die keerſſen bernende houden die ghetiden uyt voorſz.

Item die ſelve Coſterſſe ſel ons noch uytreycken ter vyff principael hoochtiden van onſer vrouwen tot elken hoochtyt XIX. waſſe keerſen, daer die XVIII. of wegen ſellen ſes pont, ende ene van enen halven ponde, ende die ſelmen ſetten an der ſelver pilaernen ontaer ende pannen voirſz., ende ſellen bernen ter ſelver hoochtiden van onſer vrouwen des avonts alle die veſper, metten, ende complete uyt. Ende ſo wat van deſen keerſſen onverbernt blyft tot deſen hoochtiden, dat ſellen wy alt jaer door bernen in der pannen voor 't hoge antaer, veſper, ende compleet al uyt, Opt verſumen alſo langhe tent wyt weder aennamen. Ende men en ſel geen gelt voor den traen ende was geven.

Item die ſelve Coſterſſe ſel ons jaerlicx uytgeven, reycken, ende ſenden, alſt jaergetyt is Wouters van Colenberch, twee loot ſulvers ter pitantien.

Item die ſelve Coſterſſe ſel ons jaerlix uytreyken twee loot ſulvers, alſt jaergetyt is Ioncfrou Hadewighen van Tunl ſyns wyfs.

*Item die Procuratoers van onſer Vrouwen broederſchap van der mynre † Kalander, ſellen opten witten Donderdach, van wegen Wouters van Colenberch onſen broederen die dan tegenwoordich ſyn, elken een * mandaet geven ende wyn ende cruyt geven, ende collatie houden &c.*

Reſtricta etiam interdum ad hunc modum largitio, ut officio non facto, ad quod fratres obſtricti, ab ipſis in alios transferretur univerſa,

† Kalendaria collegia, partim ad pias cauſas, partim ad edendum bibendumque inſtituta. *Fraternitates* etiam vocant. *Broederſchappen* paſſim. Duo ejuſmodi Ultrajecti, majus & minus. Collegæ *fratres Kalendarii*, quod Kalendis cujusque menſis inſtituti Conventus. Vid. quæ dixi ad Alciat. & Varior. *epiſtol. p.* 536. & apud Paulin. in *ſyntagm. rer. Germ. Chron. Otbergenſ.* §. 1. & *ſeqq.*

* *Mandaet* quid vid. ibid. ad *Alciat. & Varior. epiſt. p.* 515. & *infr. ad Fundat.* 22. *n.* 5.

ad id arbitris conſtitutis, in quorum id poteſtate, ut exempli tantum cauſa: *Wy Iacob Coman ende Tyman Trinde Bewaerres in deſer tyt ende ghemene broeders van ſinte Barbaren gaſthuys t'Utrecht aen de* Plaetſe, *maken kenlick allen luden, dat wi in gheloven ende in manieren ende vorwaerden, als hier na beſchreven ſtaet, ontfangen hebben van Ioncfrou Hildegont Maſelants den vrien eygendom van drie morgen lants, gelegen tot oude Wulven in Henric Trent gerechte Geryt Pelgrum ſoons ſoon, item ſes morgen lants &c. Ende wanneer dat Ioncfrou Hildegont aflivich wert, ſo ſullen wy voortaen tot ewighen daghen die renten ende pacht, die van den voorſz. lande ende Hofſtede comt, vrilike laten heffen ende boeren den Gardiaen ende dat ghemene Convent van den minrebroederen tot Utrecht, voor ſulken dienſt ende in ſulker manieren ende vorwaerden, als die brieven begrepen hebben, die de Gardiaen, ende Leefmeyſter, ende 't gemeene Convent voorſz. gegheven hebben, roerende van Ioncfrou Hildegont uytvaert, memori ende begangheniſſe, ende ander weldaden ſonder erch. Ende waert dat deſe voorſz. broederen die memori ende begangeniſſe, ende ander ſulke goede wercken, als die voorſz. broederen begrepen hebben, niet en daden &c. ſo ſoude dat voorſz. lant, ende ſulke rente, als daer of verſcinen ſoude, vrilicken ewelick bliven den armen ſieken, die bedde vaſt liggen in den voorſz. gaſthuyſe, in der eren Gods voor Ioncfrou Hildegonts ſiel. Enſe ſo ſouden wi deſe vier pont jaers erflick uytreiken den Cureyten ende ghemenen geſellen van Buerkerck t'Utrecht, hoer memori mede te doen &c.*

III. Quod mendicantes jam dixi, ſed nequis porro de eo dubitet, de Gregorio Papa x. Gobelin. Perſona *Coſmodrom. ætat. 6. cap. 67. Voluit ordinare, quod non eſſent niſi duo ordines mendicantium, videlicet Prædicatorum, & fratrum Minorum.* Ubi plures Conventus, certi etiam agrorum fines, intra quos, & non ultra, cuique erat mendicandum, ne alioquin cum ſcandalo & jactura caritatis in ſua invicem peccarent commoda. Et hi qui mendicabant vulgo tum *Terminarii.* Vid. du Cange *gloſſar. in Terminarii.* Alioquin & *Terminarii*, qui miſſi è Conventu ſacris adminiſtrandis & habendis concionibus in certos agrorum fines. Io. Sciphouwer *Chron. Oldenburg. apud Meibom. 2. rer. Germ. p. 189. Poſt mortem venerabilis patris Henrici Koken ordinis fratrum Eremitarum ego frater Ioannes Sciphower fui deſtinatus Archi-Comiti Iohanni & Capitulo Oldenburgenſi pro vero & indubitato Terminario &c.*

IV. Stetit diu *Minorum* ædes Ultrajecti incolumis, ſtetit & fides & religio inconcuſſa. Sed poſtquam Reformata paulatim præpotuit, ejecti ſunt Minoritæ, templo à magiſtratu Reformatis conceſſo. Quod obtinuiſſe

ab

ab eo dicitur primum Petrus Dathenus Ann. 1579. ſed ea lege ut manerent, quæcunque ibi, ſarta tecta, imagines etiam, picturæ, ſtatuæ, nequis eas disjiceret, diffringeret, moveret loco, aut is quavis eas contumelia à quoquam affici pateretur. Cautio tamen vix diu efficax, mutata rurſum à magiſtratu xv. Septembr. ejuſdem anni ſententia. Publice enim proclamatum tum, ut ſine ſcandalo tollerentur, & ut quilibet, qui vellet, ſuorum tolleret monumenta, aut per alium curaret tolli. Primus autem Dathenus, qui publice ibi concionatus. Et is ipſe eſt, qui in Belgio primus Pſalmos adſtrinxit metro. Acceſſit mox adjutor Wernerus Helmichius, qui aliquot ſeptimanas concionibus ibi habitis diſceſſit deinde ad miniſterium, quod obibat Francofurti Ann. 1586. ſed brevi poſt rediit. Sacram cœnam Reformati celebrarunt ibi ſuo ritu VIII. primum Mart. anni jam dicti 1579. Verum poſtquam hi admiſſi ad majorem eccleſiam, quod contigit non diu poſt, anno ſcilicet 1581. 15. Ianuar. templum fratrum Minorum, ut & Hieroſolymitanum, quod illi tum adjunctum dirutum ſunditus, exceptis aliquot conclavibus in uſum Ordinum Trajectenſium, quorum deinceps ibi habita & indicta Comitia. Olim hæc in Capitulo majoris eccleſiæ. Hortenſ. *lib. 2. hiſt. &c. Mox in baſilicam Martini progreſſi (in hujus Curiam convenire mos tenuit) nullam frequentiam nobilitatis &c.* Unde indictis Comitiis non dicebant, ut dicitur jam, *Vergaderingh van Staten*, ſed *generael of gemeen Capittel.* Ex Actis Ann. 1517. *So iſt dat die drie Staten Capittel generael opten Palmavont leſtleden daer op gehadt ende eendrachtelicken geſleten hebben &c. Curiam magnam baſilicæ divi Martini* idem vocat Hortenſ. *lib. 5. hiſt. Poſtquam*, inquit, *ad edictum conventum Ultrajectum in Curiam magnam baſilicæ Divi Martini frequentes convenere, primarius Decanus &c.* Cæſare rerum potito plerumque hæc apud Vredenburch, ſeu vetus Orphanotrophium, ubi tum Cancellaria ſeu Ἀρχεῖον Trajectenſe, interdum etiam in domo ſeu hoſpitio Præfecti. Ex Actis Ann. 1546. *des Woenſdachs den 3. Febr. Op huyden is in den Rayde geleſen, 'tgeen den eerſten Febr. van wegen die drie Staten vergadert weſende in de Cancelrie 's Hoofs van Utrecht overcomen was.* Ex Actis ejuſdem Ann. 31. Iul. *Syn die Staten weder in de Cancelrie 's Hoofs van Utrecht op de gecontinueerde dachvaert vergadert geweeſt &c.* Ex edicto Ann. 1530. *Deſe Ordonnantie is geleſen ende gecondicht den drie Staten 's Lants van Utrecht, t'ſamen vergadert weſende binnen der Stadt van Utrecht in den logyſe van mynen Heere, Heere Anthonis van Lalaingh, Grave van Hoochſtraten &c. Stadthouder &c.* Ex Actis Ann. 1535. 17. Iul. *Alſo op huyden date van deſen die drie*

Staten van den Lande van Utrecht verſchreven, ende verſamelt ſynde ten logyſe van myn Heere den Greve van Hoochſtraten, Stadhouder generael van Hollant ende van Utrecht om te communiceren &c. Verſa rerum vice & jugo Hiſpanorum à diœceſi excuſſo, in Curia rurſum ſeu Capitulo majoris eccleſiæ. Ex Curiæ Provincialis quarto Memorialii: *Ann.* CIↃ. IↃ. LXXVIII. *opten* 16. *dach van Auguſto, ſo ſyn die Staten 's Lants van Utrecht beſchreven, ende in den grooten Capittelhuyſe ten Dom vergadert geweeſt om te reſolveren opt projekt, datter geconcipieert is geweeſt by de Gedeputeerde van de Staten, opt behagen der ſelver, nopende die betalinge van der Staten ſchulden, gemaeckt ſo ter cauſe vant veroveren vant Caſteel van Vredenburch &c.* Sed & illud mutatum, & hoc etiam quod dicam. Qui clero olim à ſecretis & à ſecretis Ordinibus. Qui viator Capituli, viator etiam Ordinum. Et id ita obtinuit uſque ad Ann. 1581. quo cleri auctoritate multum fracta & imminuta, & deſtinato Comitiis templo fratrum Minorum ipſi Ordines aſſumpſerunt ſibi proprium viatorem. Primus fuit, qui apparuit, Ioannes van Loenreſloot, data ipſi penſione annua 200. florenorum. Nec mirum quod Comitiis quæſitus locus commodior. Cœptum agi jam ſerio de abolendo primo Statu, de aſſumendis deinceps ex clero certis tantum perſonis, qui Comitiis intereſſent. Nec conveniens, nec tutum tum, nec Ordinibus honorificum, frequentari adhuc Comitiorum cauſa Curiam illam magnam. Nec defuit tamen prorſus migrare juſſis Minoritis magiſtratus humanitas. Solatium quoddam datum ex reditibus monaſterii, & grandioribus inprimis natu, debilibus, infirmis, quod æquiſſimum etiam viſum, penſio annua conſtituta. Quod autem dixi Dathenum obtinuiſſe à magiſtratu concionum in illo templo habendarum licentiam negant alii id ita factum. Tuliſſe ajunt repulſam, & quidem ſemel iterumque, clam tamen Reformatos, poſtquam quodam commento, & arte ad id adhibita, templi claves eſſent nacti, ingreſſos, & ſine motu, totam ibi noctem duxiſſe inſomnes & vigilaſſe, poſtridie autem Dathenum confluente ad id multitudine concionatum, ut potuit. Ponam verba, ut reperi. *De Borgeren geasſiſteert met Petrus Dathenus, verſoecken een kerck om daer in te mogen predicken. T'welck de Magiſtraet verclaert om redenen, als in den Regiſtre verclaert, niet te konnen toeſtaen. De Borgers inſiſteren op haer verſoeck. Den Raedt perſiſteert by haer antwoort. Deſen al niet tegenſtaende, ſyn die van de Religie met een aerdicheyt gecomen, aen de ſleutelen ende hebben die Minnebroeders kercke geopent, ende de gantſche nacht daeromme wacht geſtelt, ende 's anderendaechs by Petrus Dathenus daer inne gepredickt, ſonder eenige beelden te roeren of te ſmyten.* Hor-

V. Hortus apud Minoritas, locus & area, ad ſpatiandum ampliſſimus. Conclave etiam ibi, Camera hoſpitum vulgo dicta, in quo habebant Advocati poſtridie S. Huberti quotannis convivium, qui præeſſet ipſis creantes tum ſolemni ritu Decanum. Depictus ibi S. Ivo, qui ipſorum patronus, ad quem ruſticus libellum porrigens accedebat. † Etiam ibi in vitris veterum Advocatorum non paucorum inſignia. Minorum regula ſatis ſtricta, nec aliis ulla in parte laxior. Confirmavit eam Papa Ann. 1229. Henr. Wolteri apud Meibom. *to.* 2. *rer. Germ.* Conventus ditiſſimi, ſed ſinguli habebant nihil. Quod ſervatum tam ſtricte olim, ut nec fas iis nummum tangere. Unde & Bartolus putat, ſed inepte, quod condictio *triticaria* dicta à quodam *Triticio*, Franciſcano, ſeu Minorita, quod quidem quælibet hac poſſint peti, ſed non pecunia numerata, *l.* 1. *pr. ff. de cond. tritic. Wiſſenb.* 1. *exerc. ad Pand.* 26. *th.* 7. Certe idcirco quod per Regulam nihil proprium ipſis ſit, panem indies mendicabant. Diſerte id datum in mandatis. Nec aliunde iis victus. Henr. Wolter. *ibid.* Verum variæ eorum claſſes. Tertiæ claſſis Franciſcani, dicti de *pœnitentia*, multo laxius olim habiti. Nam & proprium conceſſum iis, & retentus ab iis conjux. Et quamvis ut religioſi non poſſint nuptias contrahere, contractæ tamen non erant irritæ. Servabant tantum obedientiam, nec ſemel ſuſceptum ordinem licebat rurſum deſerere. Quod propter regulæ laxitatem, & quod multis perſuaſum religioſos non eſſe, quum paſſim tamen fieret, & ſpectaret res ad exemplum, retracti ſunt fugitivi, reducendi, capiendi, ubicumque tandem eſſent, Miniſtris facta poteſtate.

† Ivo hic olim Brito, ſolus inter Iuriſtas Divorum ordini adſcriptus. Magn. Chron. Belg. *p.* 301. *ad Ann.* CIↃ. ccc. L. *Sanctus Ivo Brito Doctor juris canoniſatur, qui Advocatus pauperum & ſanctæ vitæ fuit, & ſolus inter omnes Juriſtas modernus Sanctus reputatur.*

Willem *by der genaden Goids Palenſgrave opten Rhyn, Hertoghe in Beyeren, Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieſlant doen cont allen luyden, want onſe heylige Vader die Paeus, ende onſe lieve neve die Biſcop van Utrecht den broederen ende ſuſteren van pœnitentien van ſint Franciſcus orde, over al in onſen landen gegeven hebben alrehande privilegien ende punten van rechten, dair mede ſy ſonderlinge in machtigen den Overſten ende Miniſteren der voirſz oirden, den ongehoorſamen broederen off ſuſteren die profeſſyt ſyn, ende buten oirlof van hairen Conventen ende huyſen gegaen waren, aen te taſten ende te vanghen als die privilegien daer aff inhouden, daer ſy onſe ende onſer Dienaren hulpe in beboren, ende van ons begeert hebben, So ontbieden wy ende bevelen mit ſonderlingen ernſten allen onſen Baillinwen, Scouten, ende Dienaren over al in onſen landen, dat ſy tot allen tyt, als ſy des vermaent ſullen worden, van den Overſten ende Miniſteren voorſz by hem off hoeren gewaerden boden, mit hairen brieven d'enboerſaemige*

Digitized by Google

mige broedere of ſuſtere, die geprofeſſyt ſyn, ende ſonder openbair oirlof hoirs Miniſters of Overſte uyt hoiren Convente ende Huyſe ſyn gegaen, aentaſten ende gevanghen leveren in hoeren Convente of ter ſulcker ſtede als ſy begeeren ſullen, om die te karkeren ende ſulcke penitentie van hoire misdaet te ontfangen, als dair to behoert. Ende waer enich van hem luden, die ons geboets hier in overhoricb waer, dat wouden wy an dien houden ende verbalen als aen den genen, die ons van onſer Heerlicheden verminderen wolde. Voort ſo oirloven wy ende machtigen den Overſten ende Miniſteren der voirſz Conventen ende huſen, waert ſake dat enighe broedere of ſuſtere ongehoirſamicheyt deden ende brueckten binnen den Conventen, dat ſy die aentaſten ende gevanghen mogen houden, ende penitentie doen doen na gelegentheyt der ſaken, als dat behoorlyck is, ſonder dair ane te breuken tegens ons in eniger wys. Dit ſal gedueren tot onſen wederſeggen. In oerconde deſen brieve beſegelt mit onſen ſegele. Gegheven in den Hage opten laſten dach in Iulio int jaer ons Heren CIↃ. CCCC. *ende vyftien.*

Similis eſt charta Ioannis Willelmi fratris Ann. 1423. Nec editis tamen res confecta eſt. Rurſus malum cum pullulaſſet, quantum poſſent, coercuere id Rudolphus van Diepholt, & qui eum ſecutus eſt David Burgundus. Davidis charta ſe habet ita.

David de Burgundia *Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus Trajectenſis univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris Salutem in eo, qui eſt omnium ſalus. Commiſſo nobis Paſtorali officio plurimum obligamur gregem Domini nobis commiſſum uniformem & devotos quoslibet nobis ſubjectos in virtute omni pace quoque & quiete quantum valemus conſervare. Cum itaque Miniſtri, fratres & ſorores tertii ordinis ſancti Franciſci de pœnitentia communiter nuncupati, in communi ſub regulari obſervantia viventes cum ſuis domibus & Conventibus per civitatem & diœceſim noſtras ubilibet conſtituti variis ac multiplicibus privilegiis, indultis, & gratiis à quondam felicis recordationis dominis Bonifacio nono, Johanne* XXIII. *& Martino quinto ſummis Pontificibus optentis, gratioſe communiti ſunt atque privilegiati, ac pro veris Religioſis & eccleſiaſticis juxta literas privilegiorum & indultorum hujuſmodi, illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, habendi ſunt & acceptandi, nichilominus ut accepimus nonnulli corporis & ordinis ſui ſupradicti æmuli & pacis perſecutores invidiæ ſpiritu ducti ipſos religioſos non exiſtere neque ſub religionis ſpecie comprehendi temere aſſererе non formidant. Quare nos periculis, & incommodis, nec non dubietatibus quibuslibet, quæ inter ſimplices & indoctos ac quoslibet alios ſuper*

per his ſubveniri aut provenire poſſent, obviare atque eadem quantum valemus amputare volentes, dictis literis ac privilegiis, gratiis, & indultis ipſorum prius per nos quoad effectum præſentium ſufficienter examinatis, eoſdem Miniſtros, fratres & ſorores, nec non domos & Conventus eorundem pro veris Religioſis & eccleſiaſticis ab omnibus fidelibus & præſertim nobis ſubjectis haberi, tenere, reputare, ac tractari debere, ac habendos, tenendos, reputandos, & tractandos fore auctoritate noſtra ordinaria tenore præſentium decernimus & declaramus, Mandantes præterea & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipientes univerſis & ſingulis tam eccleſiaſticis quam ſecularibus nobis ſubditis, quatenus eoſdem miniſtros, fratres & ſorores, ipſorum domos & Conventus univerſos infra noſtram diœceſim conſtitutos ſeu conſtituendos pro veris religioſis & eccleſiaſticis in judicio & extra ac alias ubilibet habeant, teneant, reputent, & pertractent, atque ab aliis, quantum in eis fuerit, haberi, teneri, reputari, & pertractari faciant & permittant realiter & cum effectu, quibuſvis machinationibus aut circumventionibus ſiniſtris non obſtantibus. Et hujuſmodi noſtræ literæ ſunt duæ unius & ejuſdem tenoris. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum in caſtro noſtro de Duerſtede anno Domini CIↃ. CCCC. LXXI. *menſis Decembris die* XXVIII. Io. Donckers.

Cæterum *Minores*, ut & cetèri mendicantes, cum ſuis quiſque Præfectis, omni jurisdictioni epiſcopali exempti, ſubjecti tantum Papæ, ei parent duntaxat. Conring. *de jud. German. th.* 74.

FUNDATIO XVI.

Eccleſiæ

Seu Cœnobii PRÆDICATORUM *Ultrajecti*

SECULO XIII.

I. Aream ubi clauſtrum ubi ædes horum fratrum ad inſtantiam Alberti Ratisponenſis epiſcopi conceſſit ad ſtructuram iis emptam à dominis Wilhelmus Romanorum rex. Nec impenſis pepercit. Et turri exornavit, & auro dotavit largiter. Hiſtoriam habet Beka in vira Ottonis tertii: *His*, inquit, *mira jucunditate peractis Albertus epiſcopus inſtanter exoravit Regem, quatenus fratribus ſuis Prædicatoribus clauſtralem aream in civitate Trajectenſi vellent expetere, &*

eiſdem pro ſtabilitate regni ſui munificas eleemoſynas attribuere. Rex autem ſupplicatorias preces ejuſdem Reverendi patris clementer exaudiens Trajectum exinde deſcendit, quem Otto Pontifex, ejus patruus, cum Prælatis & nobilibus gloriose ſuſcepit, qui & fidelium ſuorum conſilio Burgenſis effectus eſt, & extunc ſpatioſam campi planitiem infra civitatem nemine contraveniente mercatus eſt, quam ad ſtructuram clauſtri donavit antedictis fratribus in eleemoſynam, inſuper & auri fulvi ſatis magnam copiam. Idem habet Heda in vita Ottonis II. Idem Magn. Chron. Belg. *p.* 246. Io. à Leidis 23. *hiſt.* 12. Albertus autem, cujus mentio, Albertus fuit Magnus, ejuſdem ordinis, ut ait Beka, Philoſophiæ & Matheſeos peritus. Magnus item in magia, ut Magn. Chron. Belg. *p.* 246. Templi nihil jam ſupereſt. Nec conſtaret de loco, niſi eum indicaret platea, quæ jam ibi, ubi olim cæmiterium, vulgo *t'Prekers kerekhoff*, & alia quæ ei proxima, vulgo *de Iacobyne ſtraet*, cui nomen non à templo, quod apparet jam proximum, S. ſcilicet Iacobi, ſed ab eo, quod olim proximum, & in cujus etiam ambitu, & locis circum vicinis. Ipſi etiam *Iacobitæ*. Fratres item *majores*, ut & *Dominicani*. Cœpit eorum ordo Ann. 1203. aut ut Albericus Ann. 1207. ut vult Auctor Faſciculi apud Piſtorium, ut Gobelin. Perſona Ann. 1198. *Coſmodrom. ætat.* 6. *cap.* 61. *in fin.* Fratrum minorum, ut idem vult Gobelinus, Ann. 1206. Utrumque autem confirmaſſe ait, ſed prius Prædicatorum, Honorium Papam III. Ann. 1220. *Coſmodr. ætat.* 6. *cap.* 67. Verum variant ſcriptores. Non Honorio id adſcribit, ſed Innocentio III. Henricus Thaborita *lib.* 8. *Chron. cap.* 6. qui & multum à ſanctitate Dominicum ibi laudat eumque ait obiiſſe Ann. 1223. Chronicon Citizenſe ad Ann. 1199. *Dominicus & Franciſcus Chriſtianæ pietatis duo luminaria eodem tempore effulſere, quorum primus ordinem Prædicatorum ſive Iacobitarum alter minorum fratrum inſtituit.* Ad diſcrimen *minorum* Dominicani *majores*. Anonymi Continuatio ad Menconem, quem edidi *to.* 3. *Analect. ad Ann.* 1276. *Fratres majores in Winſum, alias Iacobitæ aut Prædicatores, in caſa locum habitationis cœperunt ſibi præparare.* Cur autem Iacobitæ? In Anglia primum quum exorti, quod jam anno contigit illius ſeculi XVII. data alicubi iis ædes ad divum Iacobum. Et hinc dicti *Iacobitæ*. Hoſpinian. *de orig. monachat. lib.* 6. *cap.* 70. Aut ut Albericus ad annum jam dictum, & Magnum Chronic. Belgicum *p.* 212. ab hoſpitio S. Iacobi, quod Pariſiis iis datum.

II. Subſtructiones habuit ſatis ſplendidas eorum ædes, quæ Ultrajecti, ſed quæ incendium etiam ſenſit & hinc damnum non modicum Ann. 1372. *Eodem anno*, ait Io. à Leidis 31. *hiſt.* 22. *in nocte S. Odulfi Confeſſoris fuit.*

fuit magnum incendium in Trajecto apud Prædicatores, in quo perierunt quadraginta domus & ultra. Et quod ad hos attinet diſciplina ipſorum viguit uſque ad Ann. 1579. quo pulſi & ejecti ob audaciam eorum nimiam, & quod auctores crederentur tumultus, quo parum abfuit, quin in mutuas cædes cives invicem graſſati, Reformati & Pontificii, ſanguine urbem inundaſſent. Hiſtoriam diſcas non certius quam ex urbis ipſius Actis: x. Iun. 1579.

Op huyden vergaderde voor 't Stadthuys een merckelyck getal van die van de Catholycke Roomſe religie, en omtrent XIII. *van deſelve perſonen comparceerden in den Rade goedelyck verſoeckende, datmen den Doctor van de Predicaren order met de andere* Prekebroeders, *die onlanx verboden was te predicken, wederom ſoude willen laten predicken, ſo by de Pacificatie van Gent, ſatisfactie van ſyn Excellentie ende naerder Unie onlanx gemaeckt, een ygelyck in ſyn religie vry gelaten wert. Waer op hen lieden geſeyt worde, datſe hen wat ſouden vertrecken, ende na dat den Raedt 't voorſz aengeven in communicatie geleyt hadde, ende daer op gereſolveert, ſo ſyn de voorſz perſonen weder binnen geroepen, omme antwoort t'ontfangen, die als doen maer ſes int getal compareerden, ende ſyn met deſelve ingedrongen ende gecomen een deel perſonen van de Gereformeerde religie, die alſt ſcheen een quaet vermoeden hadden, om dat de Roomſche perſonen ſo ſtout op de Plaets gecomen waren, ende in preſentie van deſelve is de Roomſche voor antwoort gegeven, dat ſo veel den Doctor aenguet, alſo by by hem ſelven uyt de Stadt getogen was, datmen hem wederom niet begeerde, ende aengaende de andere Heeren, indien deſelve hem beſwaert vonden, datſe Requeſt aen den Raet ſouden preſenteren, men ſoude hen goet contentement geven, ende mitsdien de Catholycken den Raet bedanckende van haer antwoort ſyn uytgegaen, ende int ſcheyden alſt ſchynt, hebben de Papiſten ende die van de Gereformeerde religie, eenige woorden gekregen tegen den anderen, ende de rapieren uytgetogen, ende is alſo op de Plaets, daer veel perſonen van beyde religien gecomen waren, een groot rumoer ende commotie gecomen, ſulcks dat het geſchapen was, datter over de vyftich perſonen op de plaets doot gebleven ſouden hebben, ten waer eenige vreedſamige ende die van de Magiſtraet daer by gecomen waren, die ſo veel gedaen hebben, dat de furie wat verſachte, ende datter geen bloet geſtort worde. Dan is door dit rumoer de gemeente op de been gecomen, ende elck hem by ſyn veendel begeven, overmits die Hoplieden daer toe den trommel hadden doen roeren, ende hebben niet aengerecht, dan verſocht ſulcx als na geſeyt ſal worden.*

Alſo op huyden na dat eenige van de Roomſche religie den Raedt deſer Stadt eenige punctten aengegeven hadden beroerende den Doctor, ende andere van der Predicaren order, ende de Gemeynte deſer Stadt ſich in de wapenen begeven ende op de been gecomen is, ende omme dan de Gemeynte te ſtillen, ende alle andere inconvenienten te verhoeden, So is by den Raet gereſolveert, datmen volgende haerlieder verſoeck alle de gene, die de Gemeente int ooge ſyn, ende ſich ſchynen te dragen als malcontenten, alle haer wapenen afnemen, ende op een bequaem plaetſe ſal doen brengen, daer van makende behoorlyck inventaris, interdicerende deſelve op pene van hondert goude realen, geen wapenen meer in haer huys te houden, ende omme dit ordentlyck te effectueren, ſo ſyn tot elcken Hopman gecommitteert twee uyt den gerechte ofte Raedt;

By Hopman Leemput —— —— de Goyer, Ryn.
By Hopman Hensberch —— —— de Wild, Block.
By Hopman Bockhoven —— Suylen, Iohan Buth.
By Hopman Boteycken —— Sypenes, Iohan Thomaſſen.
By Hopman Stel —— —— Nyvelt, Meerlant.
By Hopman Schorel —— —— Wyckerſloot, Knyff.
By Hopman Foeck —— —— Iaerſvelt, Boteycken.
By Hopman Voorſt —— Iohan Bruynſſen, Reſandt.

Ten dage voorſz. des namiddachs den Raet vergadert ſynde, ſo heeft de voorſz. Gemeente doen verſoecken, datmen ſich ſoude willen informeren, oft'er eenige conſpiratie onder de Catholycke ware geweeſt, ende de ſchuldige corrigeren.

Item datmen de Religions vrede, daer inne partyen tot noch toe niet en connen verdragen, ſoude willen hervatten.

Item datmen de Predicaren, daeromme deſe commotie van daga verreſen is, uytter Stdt wilde doen vertrecken, ende diergelycke, ſeggende datter anders geen raedt was omme de Gemeynte te contenteren, ende van de hant te crygen.

Den Raedt alle 't ſelve in deliberatie geleyt hebbende, ende begeerende alle verdere inconvenienten te voorcomen, ook de bitterheyt te verſachten, heeft daer op voor antwoort gegeven, datmen op de conſpiratie ſich ſoude informeren, ende de ſchuldige ſtraffen na behooren. Item datmen op de Religions vrede met die van de Geeſtelicheyt handelen ſoude. Item datmen de Prekebroeders aengeſien ſy deſelve niet langer wilden lyden, met alle civiliteyt ſal doen vertrecken, begeerende dat ſy middeler tyt deſelve geen overlaſt en doen, en voorts

op

op d'andere poincten hem goet contentement geven ſal. Met alle het welcke de borgers gecontenteert, ende van de been gebracht ſyn.

Des nachts hier aen ſyn eenige quaetwillige geeſten, met eenige vreemdelingen ſich hier onder mengende gevallen in de Buyrkerck, Predicaren, ende St. Nicolaes, ende hebben in deſelve begonnen de beelden af te werpen, de altaren te breecken, ende diergelycke inſolentien te gebruycken. Dat ſelve gecomen ſynde tot kenniſſe van de Hooftden van de Magiſtraet, hebben ſich daer onder begeven, ende deſelve ernſtelych vermaent van ſulck werck te willen deſiſteren, dan en hebben geen gehoor gehadt, maer hen ſelven in periculi geſtelt, ende hier op met eenige Hopluyden ende Bevelhebbers gecommuniceert ſynde, om te weten of men ſulcks met gewelt ſoude ſtuyten, en is niet geraden gevonden, ſo overmits het in de nacht was, als dat het niet en diende door de ſwaricheyt, die daer giſteren geweeſt was, de vaendelen wederom op de been te brengen, ofte de trommelen te roeren, ſo daer uyt niet dan confuſie ende bloetvergietinge door de gantſche Stadt te verwachten ſoude ſyn.

Den XI. Jun. 1579. *Op huyden compareerden in den Raet eenige Borger-Hopluyden ende Bevelhebbers, ende verſochten, datmen om de Gemeynte in ſtilheyt te mogen brengen, ende houden, deſe navolgende perſonen uyt de Stadt ſoude willen doen gaen, 't ſelve nochtans ſtellende tot diſcretie van den Raedt,*

Wyckersſloot t'ſint Marie.
† *De Prekebroeders.*
† *Een Paep uyt den Briel tot den Franſchen ſnyder.*
† *Die Cepier geweeſt is in den Hage.*
Eraſmus van Rynegom.
Heer Iacob Wachtelaer.
Iacob van Aſch Apotheker.
† *Henrick Roelofſen Paſſementmaker.*
Cunretorff, Honthorſt,
† *Een van Antwerpen, ende een van Schoonhoven Vrouwenbroeders.*

De Raet hier op gedelibereert hebbende ende begeerende de furie van de Gemeynte te gemoet te gaen, ende alle verdere inconvenienten te verhoeden heeft raetſaem gevonden, datmen by proviſie de Prekebroeders *en de twee Vrouwenbroeders met de uytheemſche perſonen gementioneert, daer een cruyſken voor geſtelt is de weet doen ſal, datſe by ſonneſchyn van deſen daghe hen vertrecken uyt de Stadt, ende*

daer nyt blyven, tot dat anders by den Raet geordonneert ſal ſyn, ende omme die voorſz. perſonen de weet te doen, is gecommitteert Peter *van* Lommel.

Den Raet verſtaen hebbende de meetwillicheyt van enighe Perſonen deſen nacht bedreven in de Buyrkerck, Prekers, ende St. Nicolaes kercken heeft verclaert, ende verclaert mits deſen, dat alle 't ſelve buyten horen wil, beveel, ende conſent geſchiet is tot hoer groot leetweſen, ende dat den Schout, Borgemeeſteren, ende eenige van de wet te nacht daer van geadverteert ſynde, daer tegen wel expreſſelyck geproteſteert hebben, Verclarende voorts alſo geen datelycke reſiſtentie daer tegens gedaen en is, dat 't ſelve gelaten is, omme alle verdere ſeditie ende bloetſtortinge te verhoeden, die apparentelyck ſtonde te verwachten.

Den Raedt heeft geconſenteert dat de Prekebroeders alle hoer Convents meubelen, huysraet, ende eetbare waren, met haer ſullen mogen nemen, ende onder hem deylen, ende oock de oude ende kranche perſonen haer behoorlyck gedeelte.

Is noch geconſenteert dat vyf oude impotente Heeren Prekers ſullen mogen blyven, dat oock den Prior ende Burgers kinderen aldaer geprofeſſyt ſynde in de Stadt ſullen mogen blyven, mits gaende in wereltlyck habyt.

III. Ratio id dictabat, quod dicitur hic de annoſis, de debilibus, & infirmis. Nam nec ullus ab iis terror, nec ſuſpicio ſatis juſta, quod turbaturi rem publicam, graves jam ætate & corporis robore deſtituti. Offendere habitus tantum poterat, & hinc juſſi hoc abſtinere. Nec diu dein poſt religioſis indiſtincte, quod inviſus jam plebi, & tanquam eſſet inſigne, ad quod concurrerent Pontificii, veſtitu priſtino interdictum. Ex Actis Ann. 1580. den 14. Junii: *Alſo tot kenniſſe van de Magiſtraet deſer Stadt gecomen is, dat verſcheyde perſonen van de Roomſche religie hem onderwinden deſelve te exerceren, ende met menichte daer toe te vergaderen, ſo heymelyck, als openbaer, waer door eenige ſware inconvenienten geſchapen ſyn te comen, Soo iſt dat by den Raet omme dat te voorcomen gereſolveert is, datmen met clocklayinge interdiceren ſal, de exercitie van de Roomſche religie, 't ſy heymelick oft openbaer in de Stadt, of vryheit van dien, opt verbeuren van haer overſte kleet ende arbitrale correctie, ende dit al by proviſie, tot dat anders daer op by den Rade ſal ſyn gediſponeert. Datmen mede goedichlyck interdicerren ſal die van de Greſtelicheyt, met geene habyten, diemen geeſtelycke habyten noemt, ever ſtraet te gaen, ſo wel vrouwen als mans.* IV.

IV. Utrumque autem tandem dirutum & cœnobium & templum, diſtracta etiam mox area, & in uſum privatorum extructis ædificiis. Ex Actis Ultrajectinis ad Ann. 1580. ult. Auguſt. *De Raet heeft Aert Dirckſſen van Leyden Schepen mit de voorgaende Commiſſariſſen, die gecommitteert ſyn tot het Convent en de goederen van de Prekers volle laſt ende commiſſie by deſen gegeven, omme het Convent, kerck, huyſinge, ende ander incomen vant Convent voorſz. te mogen vercopen, oft anderſins daer inne te diſponeren, ſo ſy ten meeſten oirber bevinden ſullen te behoren, Ordonnerende daer mede een bequame ſchutterie te maken, ende een bequaem perſoon tot bewaerder daer toe te ſtellen. Ende dat die voernoemde Commiſſariſen ſullen mogen ſtellen enen goeden Rentmeeſter tot allen incomen van de goederen voornoemt, omme alvoren daer van d'oude impotenten te alimenteren.* Ex iiſdem Ann. 1583. 19. Jul. *Henrick van Cothen* cum ſociis *is by den Rade in cope gegoſt, de Oeſtzyde vant pandt der Prekers, dat laetſt onvercoft gebleven is, mit de gront van dien voor de ſomme van hondert en tachtich gulden.*

FUNDATIO XVII.

Ædis S. SPIRITUS Trajectenſis

ANN. CIↃ. CCC. VII.

Gwy by der gratie Gods Biſcop t'Utrecht, allen den ghenen die deſen brief ſullen leſen doen wy condt, dat wy hebben geſien enen letter beſegelt met enen uythangenden ſegel onſer Stadt van Utrecht, in manieren die hier nabeſchreven ſtaet: In den name des Vaders, des Soons, ende des Heyligen Geeſts Amen. Wy Schout ende Scepemen der Stadt van Utrecht, doen kont allen den ghenen, die deſen brieff ſien ſullen oft hooren leſen, dat voor ons quam int gerecht Heer Ermbrecht, *Heer* Ermbrechts *ſoon, ende Iuffrou* Sophia *ſyn wyf, ende gaven haer huyſinge ende haer Hofſtede, gelegen tuſſchen Heer* Ians Vrencken *Hofſtede aen de overſyde ende tuſſchen die Backerſteghe aen de nederſyde, behouden Heer* Ian *ſynen broeder daer aen drie pont gelts voor ſyn vyfden deel, voort ſo gaven ſy al dat erve dat ſy hadden binnen ende buyten der Stadt Utrecht, behouden hoerder*

der beyde haer lyftochte, ende alle roerende goet, dat hem blyfft na heuren doot tot eens Huys behoeff, dat ſy noch willen ſtichten, off die ghene die ſyt bevelen, in die eere des Heyligen Geeſts, ende dat ſal heten des Heyligen Geeſts *huys, in der manieren dat met dit goet ende al dat daer noch toe gegeven mach worden, datmen daer mede ſpyſen ende vervullen ſal die arme Huysſitten in die eere des Heyligen Geeſts, alle Kersdaghen, alle Derthiendaghen, alle onſer Vrouwen daghen, alle alder Heyligen daghen, op ons Heeren Hemelvaertsdach, alder Apoſtelen dagen, ende alle Sondagen alſo veel als van den goeden comen mach, dat ſullen ſy ordineren die ghenen die ſy 't bevelen. Ende waert dat ſaecke dat ymant totten voorſz. Huyſe aelmoeſſen gave aen penningen, ofte aen eenige goeden, dat ſoudemen aen erven leggen, ende renten mede copen, om die aelmiſſe daer mede te vermeerderen in den voorſz. dagen. Dit huys bevelen ſy te bewaren aen Heer* Peter *ende Heer* Mattheus *heuren broederen, ende in defect van deſen bevelen ſy 't* Ian *hoeren Broeder, ende Heer* Gerrit Cockart, *ende na deſen* Ermbrecht Pellecuſſen, *ende Veren* Haſe *heur Suſter, alſo lange als daer enich van heurluyden leeft, ende na heure alre doot ſo bevelen ſyt den Doemdeken van Utrecht, ende den twee Burgemeyſteren van Utrecht, diemen alle jaer vernywet, die in der tyt ſullen weſen, ſo wat die twee over een dragen dat ſal die derde volgen, ende ſy ſullen daer toe mogen ſetten ofte ontfangen een ofte twee, het ſy man of wyf, die des* Heyligen Geeſts *huys oorbaerlicken ſy, die de renten ontfaen ſullen, ende die aelmoeſſen uytreycken, daer ſy wel beſteet ſullen ſyn met voorwaerden, dat Heer* Ermbrecht *oft Iuffrou* Sophia *ſyn wyff, of die ghenen die ſyt bevolen hebben wel mogben erve copen ende vercopen, ende anderſints het goet des* Heyligen Geeſts *te verbeteren, ende niet te argeren, ende een* Capel *in den huys te weſen, om die aelmoeſen ewelick te blyven. Dit geſchiede onder* Ian *Heer* Frederics *ſoon Schoute, Heer* Frederick Soudenbalch, *Heer* Gysbrecht Pellecuſſen, *Heer* Allert Eert, *Heer* Herman Grawert, Aelbrecht *den* Viſſcher, Pieter *van den* Velde, Ian *van* St. Marien, Gerart *van* Voorſchoten, Berthout Pont, *ende* Gysbrecht *ſonder* Galle *Schepene t'Utrecht. Ende op dat dit vaſte ende ſtade blyve, ſo hebben wy Schoutet ende Scepenen voorgenoemt onſer Stadt ſegel aen deſen brief gedaen t'enen oerconde Anno duſent drie hondert en ſeven. Welcke fundatie in alle ſyne pointten wy confirmeren als Biſſcop ende Overheere, ende willen dat dit vaſt blyvet. In oerconde des briefs beſegelt met onſen uythangenden ſegele. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *en ſeven op St. Agnieten daghe.*

I. *tot*

I. *tot eens Huys behoeff, dat ſy noch willen ſtichten &c. in de eere des Heyligen Geeſts.* Extructa etiam mox apud pontem urbanum, qui nimirum è regione eſt turris S. Martini. Appendix ad Bekam *pr.* de Ioanne van Vernenborch: *Civitatem decenter ingreſſus eſt, & Prælati & Canonici eccleſiarum Trajectenſium in eccleſia Trajectenſi congregati ad pulſum tractæ campanæ epiſcopalis eidem obviam venerunt cum vexillis uſque ad pontem urbis & ibidem in domo ſancti Spiritus Pontificalibus ornamentis fuit indutus & productus in medio eccleſiæ.*

II. *alle Kerſdagen, alle Derthiendagen.* Dertiendach eſt dies XIII. à natali Dominico, qui incidit in trium Regum, Braut *hiſt. der Reform. lib.* I. *part.* I. Vetus Bekæ interpres *to.* 5. *Analect. p.* 143.

III. *ende Veren Haſe haer Suſter.* Paſſim olim *Veren*, qui jam vulgo *Mevrouwen.* Sic in veteri charta, *Ver Machtelt Vrouwe van Woudenberch.* In alia: *overmits Veren Aleyden doode, die Hermans wyf was over de Vechte.* Florentii V. Comitis Hollandiæ charta Ann. 1284. *dat wy Ianne van Haerlem Veren Aleyden ſone onſen Knape gegeven hebben den Campe &c.* Alia Ann. 1307. *Aernout van Berckenrode Ians ſoons Veren Aleyden ſone &c.*

FUNDATIO XVIII.

Monaſterii S. SERVATII *Trajectenſis*

SECULO XIII.

Clauſtra quæ admittebant puellas tantum nobiles Ultrajecti erant tria, S. Servatii, Albarum virginum, & S. Cæciliæ. Tria item in ſuburbiis, Vrouwencloſter, Alduica, & Vallis S. Mariæ. Cœnobium S. Servatii è loco Abſtede dicto in ſuburbio Trajectenſi primus tranſtulit Ultrajectum Willebrandus ab Oldenburch epiſcopus Trajectenſis, ut teſtata olim inſcriptio, quæ ſtante adhuc monaſterio ad ſepulchrum ejus lecta, quod ad partem borealem, *Willebrandus in Oldenburch* XXXII. *Epiſcopus Traject. fundator primus hujus monaſterii monial. Ord. Ciſtercienſis hic ſepultus, ſedit ann.* VIII. Idem teſtatur Beka in ejus vita: *Anno*, inquit, *Domini* CIↃ. CC. XXXIII. VI. *Kal. Aug. Willebrandus epiſcopus in Zwollis adimplevit vitæ terminum, poſtquam annis* VIII. *Trajectenſe rexiſſet Epiſcopium, qui deinde tranſlatus in Monaſterio*

S. Servatii Trajectenſis honorifice requieſcit. Nam ad ejuſdem eccleſiæ fundamentum primitialem lapidem jecit. Sed hic quædam difficultas. Si ſedit octo annis, ut ſe habet inſcriptio, qui fieri poteſt, ut deceſſerit anno CIↃ. CCC. XXXIII. electus ann. 1227. & ſequenti demum inauguratus? Ut ſolvat nodum Buchelius, fato demum putat functum Ann. 1336. adductis verbis ex deſcriptione, quam ſubjectam ait imagini urbis Ultrajecti: *Willibrandus de Oldenborch fundavit in Trajecto monaſterium S. Servatii, in quod Sanctimoniales ex villa de Abſteden tranſtulit, eodem in loco magnifice tumulatus Ann.* 1236. Verum quanti deſcriptio hæc, & quis Auctor, non ſcio. Certum eſt, quod impoſſibile, ut hæc magni momenti. Nam qui ſucceſſit Willibrando Otto III. jam epiſcopus Ann. 1335. Duæ id probant chartæ quarum altera ſic incipit: *Otto Dei gratia Trajectenſis Electus univerſis præſentium literarum inſpectoribus &c. Actum apud Horſt anno domini* CIↃ. CCC. *triceſimo quinto*, XIV. *Calend. Junii.* Altera autem ita: *Otto Comes Gelrenſis omnibus Chriſti fidelibus in Domino ſalutem. Noverint univerſi, quod diſſidentibus domino Ottone Trajectenſi Electo & nobis ſuper opido Embricenſi &c. Acta ſunt hæc apud Vorthuſen anno domini* CIↃ. CC. *triceſimo quinto in craſtino beatæ Margaretæ.* Aliud ergo non reſtat, quam ut facto initio ab eo anno quo electus 1227. ut dixi ad Aronymum, quem edidi Ann. 1690. prorogemus epiſcopatum uſque ad Ann. 1335. & ſic ut annum inchoatum habeamus pro complero ſecundum *l.* 8. *ff. de mun. & hon. & l.* 74. *ff. ad Sect. Trebell.* Sed nondum hac ratione procedet quod ait Beka, niſi levi mutatione reſcribas, pro XXXIII. quod neceſſe eſt, XXXIV. *Abſtede* autem locus, ubi cæſus à conjuratis Florentius Comes III. Idem Beka in *Andrea epiſcop.* Wilhelmus Procurator ad *Ann.* 1132. & Auctor Chron. Rhythmic. ad *Ann.* 1137. E quo poſtquam in urbem facta eſt tranſlatio tenues adhuc & non magnæ monialium facultates. Unde & opus ad ſuccurrendum conventui laboranti Papali reſcripto, cujus tenor hujuſmodi.

Innocentius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui monaſterii ſancti Servatii Trajectenſis, Ciſtercienſis ordinis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Graviſſimo in Chriſto filio noſtro Willelmo Rege Romanorum illuſtri ſignificante nobis, quod monaſterium veſtrum adeo eſt in facultatibus tenue, quod ex his commode ſuſtentari non valeat, nos volentes vobis continuo fidelium ſubſidio ſubveniri, & cupientes dictum monaſterium venerabiliter viſitari, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in feſtivitate beati Servatii, ad cujus honorem eſt conſtructum, uſque ad octo dies ſequentes, ipſum monaſte-*

naſterium annuatim venerabiliter viſitabunt, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Apoſtolorum ejus Petri & Pauli auctoritate confiſi miſericorditer diebus ſingulis relaxamus. Datum Mediolani VII. *Kal. Aug. Pontificatus noſtri anno* IX.

I. Prima in urbe Abbatiſſa fuit Chriſtina, quæ obiit Ann. 1241. Catalogum earum habeo, in quo & annus, quo quæque obiit. Non abs re erit, ſi addam hic:

Chriſtina	Obiit --	Ann. 1241
Beſſela	Obiit --	Ann. 1247
Eliſabeth		Ann. 1255
Clementia		Ann. 1268
Berta filia domini Giſelberti de Goye militis & dein *Commendatoris* ſeu Præfecti domus Teutonicæ Traj. ad Rhenum		Ann. 1284
Agatha		Ann. 1286
Eliſabeth de Zulen		Ann. 1316
Margareta Zoudenbalch		Ann. 1341
Adeliſa de Wulven		Ann. 1346
Eliſabeth de Weyde		Ann. 1350
Eliſabeth de Noerdeloes		Ann. 1358
Vrederuna de Wulven		Ann. 1369
Catharina † de Montfoorde	Obiit --	Ann. 1402
Mechtildis de Yſelſteyne		Ann. 1409
Gisberta van Amſtel. Omiſſa hæc in Catalogo, ſed charta ejus apud me eſt		Ann. 1431
Hadewigis * de Clarenborch		Ann. 1436
Beatrix de Orem		Ann. 1445
Hildegondis Witten		Ann. 1458
Machteldis de Iudſaes		Ann. 1482
Eliſabeth de Denemarcken		Ann. 1494
Maria Taets ab Amerongen		Ann. 1505
Hildegonda de Blochoven		Ann. 1506
Gertrudis de Erdell		Ann. 1517
Ermgardis de Lochorſt		Ann. 1520
Elizabeth de Amſtel		Ann. 1549
Alſarda de Rodenburch		Ann. 1555
Beatrix de Nyenrode		Ann. 1564
Sybilla Taets ab Amerongen		Ann. 1602

† Charta ejus Ann. 137. Lunæ poſtridie S. Victoris.

* Charta ejus apud me eſt Ann. 1431.

II. Nobiles hæ omnes. Prima eſt Chriſtina. Forſan prima ex Abbatiſſis. Hiltrudis Prioriſſæ enim Henricus meminit Thaborita ad Ann. 1225. *lib.* 8. *Chron. cap.* 9. *Anno*, inquit, *domini* 1225. *ſanctimoniales beati Servatii in Trajecto mutata nigra cuculla griſeum acceptarunt habitum contra Hiltrudis Prioriſſæ ſuæ voluntatem.* Nam ubi eſt Prioriſſa plerumque ibi & Abbatiſſa, etſi fateor non ſemper. Vid. infra. h. chartam Ann. 1345. Virgo illuſtris, quæ præerat. Plebejæ enim non admiſſæ. Electa à Conventu communi omnium conſenſu. Et electio olim libera, ab alterius olim nutu aut arbitrio non pendens. Adhibitus tantum in conſilium Abbas ordinis Ciſtercienſis, qui ſimul ſtatum monaſterii inſpiciens viſitabat, & relata in libellum, quæcunque erant monaſterii, tradebat ſucceſſori, ut abunde id ſatis patet ex eo quod ſequitur.

Nos frater Henricus *Abbas monaſterii Campenſis ordinis Ciſtercienſis Colonienſis diœceſis, Univerſis & ſingulis præſentium tenore notificamus, quod venerabilis quondam dignæ memoriæ domina* Mechteldis de Iudfaes *monaſterii ſancti Servatii Trajectenſis inferioris dicti ordinis Abbatiſſa, cujus anima per Dei piisſimam miſericordiam in pace requieſcat, in domino defuncta, cujus obitus ipſo die ſancti Vincentii martyris anni præſentis extitit, ſui ſtatum monaſterii in ſpiritualibus & temporalibus reliquit laudabilem. Poſt cujus tranſitum invenimus die datæ præſentis in dicto monaſterio moniales profeſſas triginta duas, novitiam unam, perſonas regulares, ædificia monaſterii una cum eccleſia erecta, & plurimum meliorata in diebus ſuis, vaſa argentea diverſi generis in Abbatia & cochlearia pondere viginti & unius talentorum uſualium & unciarum quatuor, in promtis pecuniis antiqua ſcudata Francorum aurea viginti duo. Item cum effigie agni bonos aureos tres & alium antiquum bonum aureum unum. Adhuc equitem Hollandiæ aureum unum. Præterea monetæ currentis in auro & argento adhuc triginta ſeptem florenos Renenſes, proviſionem in bladis diverſi generis invenimus veriſimiliter uſque ad novam trituram futuri anni habundantiam ſufficientem, in carnibus ſalſis diverſi generis annalem juxta morem competentiam. In animalibus equos & equas numero ſimiliter decem & novem. Paledros anniculos præterea ſeptem. Boves univerſos diverſi generis viginti quatuor, & porcos adhuc mactandos pingues decem, & alios paſcuales juxta conſuetudinem numeroſos. Debita monaſterii in diebus dominæ præmiſſæ centum ſexaginta quatuor florenos Renenſes monetæ currentis. Redebita quibus alii debitores obligantur monaſterio invenimus mille quinquaginta quatuor florenos Renenſes monetæ currentis in facie totius Conventus ſic demonſtrata, & adhuc præ manibus omnes redditus monaſterii pecuniarios de terminis Martini anni* LXXXI.

& cathedræ Petri anni præſentis, demptis duntaxat ducentis & quatuor florenis Renenſibus vel circa monetæ currentis, quos domina prædicta jam locaverat in uſus & neceſſaria præſentis anni. Porro ſtatum ejuſdem monaſterii ſic ut præmittitur venerabili dominæ Elizabet de Denemercken noviter canonice & ordinate electæ & confirmatæ in ſpiritualium & temporalium regimine ſecundum noſtri ſacri ordinis inſtituta commiſimus. In quorum omnium præmiſſorum evidens teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum. Datum in dicto monaſterio noſtro S. Servatii Sabbato poſt Dominicam Oculi XVI. *Martii anno Domini* CIↃ. CCCC. *octuageſimo ſecundo.*

III. Carolus V. Imperator poſtquam rerum potitus tranſlata in eum diœceſi ab Henrico Palatino jus à Papa impetravit Abbatiſſam nominandi. Nec præter nominatam alia deinceps tum electa. Exemplum habet nominatæ libellus, qui ſequitur:

Kaerle *by der gratie Gods Roomſch Keyſer, altyt Vermeerder 's Ryex, Coninc van Germanien, van Caſtilien, Leon, Arragon, Navarre, Granade, van Naples, Sicilien, Majorque, Sardaine, van den eylanden Indien ende vaſten lande der zee Oceane, Eertshertoch &c. Onſen lieven ende wel geminden in Gode de Religieuſen van den Convente van ſinte Servaes van ſinte Bernaerts ordine binnen onſer Stadt van Utrecht Salut. Alſo by privilegie ende indult Apoſtolycke ons competeert ende toebehoirt te mogen nomineren mette bequame perſonen, ende ons aengenaem ſynde tot allen Prælaturen ende digniteyten, ſo geeſtelycke als weerlycke gelegen binnen onſen erflanden van herwaertsover, als die vacerende ſyn, ende het nu t'onſer kenniſſe gecomen is, dat onlancx de Abdye ende Overheyt van U. lieder kercke van ſinte Servaes, tegenwoordich vacerende is by der aflyvicheye van wylen Iontfrouwe* Alpharda *van* Rodenborch *leſte Abdeſſe,* DOEN *te* WETENE, *dat wy willende gebruycken van onſen voorſz rechte ende privilegie Apoſtolycque, volcomelyck geinformeert ſynde van den eerlycken en deuchdelycken leven onſer wel geminde in Gode Iontfrouwe* Beatrix *van* Nyenrode *u lieder Priorinne hebben wy u deſelve genomineert ende nomineren by deſen, als genouchſaem, ende bequaem, ende ons aengenaem ſynde totter voorſz digniteyt van Abdeſſe ende Prelature van ſinte Servaes, Verſoeckende daeromme ende ontbieden u, dat procederende ter electie ende proviſie van eene andere Abdiſſe, ghi kieſt ende neemt die voornoemde Iontfrouwe* Beatrix *van* Nyenrode *voor uwe toekomende Abdiſſe, ende deſelve ſtelt ofte doet ſtellen in behoirlycke poſſeſſie ende gebruyck van der voirſz digniteyt, mit den ſolemniteyten dair toe behorende, behouden dat deſelve Priorinne gehouden ſal weſen der*

te verwynnen van heuren Overſten behoorlycke brieven van proviſie daer toe dienende. Onbieden oic onſen lieven ende getrouwen den ierſten ende anderen van onſen Rade t'Utrecht, ende allen anderen onſen Richteren, Iuſticieren, ende Officieren, wien dit aengaen mach, dat in 't gene des voorſz is, ſy u aſiſteren ende byſtant doen, indien van noode ſy, ende voorts dat ſy der voernoemder Ioncfrouwe Beatrix van Nyenrode van deſe onſe nominatie laten peyſelick ende vredelick genieten ende gebruicken, ceſſerende alle wederſeggen ende beletten ter contrarie, Want ons alſo gelieft, Gegheven in onſer Stadt van Antwerpen den vierden May, int jaer ons Heeren CIↃ. IↃ. *vyf ende vyftich van onſen Keyſerryche t'*XXXVI. *ende van onſen Rycke van Caſtilien ende andere t'* XL.

Eſt & aliud exemplum quod ad manum hujuſmodi : *Ad univerſorum, quorum intereſt, aut quomodolibet in futurum intereſſe poterit, nos frater Iohannes ab Huts Abbas monaſterii veteris Campi Ciſtercienſis ordinis Colonienſis diœceſis notitiam deductimus per præſentes, quod nos poſt Reverendæ ac religioſæ dominæ* Eliſabet de Aemſtel *quondam Abbatiſſæ dilecti noſtri Deo dicatarum virginum ſancti Servatii in civitate Trajectenſi obitum* XXIX. *die menſis Ianuarii anno quadrageſimo octavo à dictis Chriſti virginibus epiſtolico ſermone pro novæ Abbatiſſæ creatione requiſiti, paterna cura atque amore una cum Reverendo domino Priore de Yſelſteyn ac portario noſtro accedentes dictum ſancti Servatii monaſterium, omneſque & ſingulas Chriſti virgines ſonitu campanæ ad Capitularem locum convocantes poſt abſolutionem Reverendæ dominæ piæ memoriæ, capitulum Regulæ de eligendo Abbate, ſtatuta Papalia & cetera id genus, quæ electionis concernunt actum, publice legi juſſimus, & poſt longam admonitionem, Prioriſſæ, Suppriorisſæ, & Cellerariæ injunximus, ut omni affectione poſtpoſita nobis electrices nominarent, ac convenirent. Quæ ſtatim in ſcriptis nobis tradiderunt videlicet Petram de Solmis Prioriſſam, Mariam Pots, Aleydim Groen, Ermengardim Taets, Cathrinam de Zulen, Mechteldim Mulart, Clementiam de Voers, Beatricem de Nytriran, Alpbardam de Rodenborch Subprioriſſam, Magdalenam de Amerongen, Mabiliam de Wulven, Rutgeram de Wynſen, illiſque coram nobis ſtantibus adhortando præcepimus, ut illam ſibi ſuiſque in Abbatiſſam eligerent, quæ eſſet laudabilis vitæ, & competentis literaturæ, quæ nedum præeſſe, ſed etiam prodeſſe poterit, & miſſa de Spiritu Sancto decantata, eiſque euchariſtiæ ſacramento munitis, juramentoque præſtito à ſingulis, major & ſanior pars vota ſua dirigens in honeſtam & religioſam virginem Alpbardam de Rodenborch Subprioriſſam, habitoque ejuſdem conſenſu, &* Te Deum laudamus *decantato, fidelitatiſque juramento*

præ-

præſtito eandem auctoritate Summi Pontificis, Capituli generalis, atque propria, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti confirmavimus, & cetera, quæ electionis actum concernunt juxta ordinis ritum complevimus. Præfuitque prædicta veneranda domina Eliſabeth de Amſtel, cujus anima requieſcat in pace, ſatis laudabiliter & religioſe, uti celebris rumor & fama teſtatur, circa viginti & octo annos, relinquendo inprimis viginti ſex ſatis honeſte & laudabilis vitæ velatas virgines cum tribus juvenculis, eccleſiam multis ornamentis, tabulis, ac divino cultu decoravit, auxitque, & circa nonnulla nova ædificia & reparanda inſudavit, & perfecit. Vaſa argentea, phiolas decem & ſeptem, ciphos triginta ſeptem, cochlearia viginti, urceolos duos reliquit, etiam promptis in pecuniis quingentos quinquaginta florenos Caroli. Item proviſionem annonæ in ſeſqui annum ſufficientem, in carnibus ſalſis proviſionem uſque ad Auguſtum, boves pingues pro futuro mactandos XXVII. *vitulos elapſi* XIV. *vaccas mulgendas numero* XVIII. *vitulos præſentis anni* XVII. *equos ſimul & equas* XXXIV. *cum* XI. *pullis nondum à lacte ſemotis, porcos Victoris mactandos decem, preterea paſcuales quindecim, oves pingues octodecim, oves paſcuales quadraginta octo, debita nulla, redebita quibus debitores alii monaſterio obligantur quam plurima, pomaria, certas terras, certoſque hortos in Abſteden, ubi quondam Conventui locus habitationis eſſe ſolet, redempta pecunia reſtauravit, annuos redditus plurimum monaſterio ſuo auxit, & agros ſcilicet quadraginta jugera, agros plurimos ad uſum Conventus ſui emit, præterea ultra ſummam mille florenorum Philippicorum breviter in redditus redimibiles expoſuit, qui Conventui loco prompta pecunia ad nutum cedent. Præterea tot exactionibus tempore, quo præfuit à ſecularibus & eccleſiaſticis vexata atque excoriata fuit, ut vix dici aut credi poſſit. Et hæc omnia in tanto diſcrimine dexterrime obivit. Quem ſtatum hujus monaſterii ſic inventum Reverenda domina Abbatiſſa noviter electa tradidimus intertenendum, meliorandum, ac augmentandum. In præmiſſorum omnium veritatis robur has literas noſtro Abbatiali ſigillo fecimus communiri. Datum in civitate Trajecti anno ſeſquimilleſimo* XLVIII. XXVIII. *die menſis Junii.*

IV. Habeo adhuc Necrologium, ſed aliquot monialium tantum obitum continens, quod & addam ne pereat.

Geextraheert uyt ſeeckere Memorie tafelen t'ſinte Servaes.

Ann. M. CCCC. *ende* V. *op ſinte Pancras dach, ſterft* Iohan *Hermans ſoon vander* Vliet. *Ann.*

Ann. 1415. *in Martio ſterſt Ioncfrou* Alyde, *Dirc van Zulens dochter.*

Int jaer ons Heeren M. CCC. XVII. *op ſinte Peter ende ſinte Pauwels dachs avont, ſterft* Dirc *van* Zulen, *Heer Dircx ſoon van Zulen hier begraven.*

Ann. 1420. *ſterft Ioncfrou* Lutgart *Ian Hermans ſoons wyf.*

Ann. 1421. *opten* XX. *Septemb. ſterft Ioncfrou* Wendelmoet *Henrick de Witten dochter.*

Ann. 1428. *opten leſten dach van Meerte, ſterft Ioncfrou* Alidt *van* Heeſwyck *Vrederic Witten wyf.*

Ann. 1432. *den* 12. *Decemb. ſterft* Vrederic *de* Wit.

Ann. 1445. *op ſinte Laurens avont ſterft Iuffrou* Haſa Witte *Braems wyf van Luttekenbuys.*

Ann. 1450. *den* 18. *Decemb. ſterft Vrouwe* Hildegont Witten, *Abdiſſe van St. Servaes.*

Ann. 1455. *op ſint Michiels avont, ſterft* Henrick *de* Wit.

Ann. 1457. *ſterft daechs na ſinte Bartholomeus Iuffrou* Wendelmoet Witte, *Nonne deſer Convente.*

Ann. 1439. *des Saterdachs na St. Ians te midſomer, ſterft Iuffrou* Iohanna *Roetards wyf van Lanſcroen.*

Ann. 1464. *Dynſdachs na ſinte Martyns dach, ſterft Ioncfrou* Beerte *van Eemskerck*, Dirc *van Zulens wyf.*

Ann. 1495. XI. *Mart. obiit Dna* Elizabeth *de* Denemarcken, *in Chriſto Venerabilis Abbatiſſa hujus loci.*

Ann. 1505. *proxema die menſis Septembris, obiit Dna* Maria *de* Amerongen, *Abbatiſſa hujus monaſterii.*

Ann. 1506. *die quinta menſis Auguſti, obiit Dna* Hildegondis *de* Blochoven, *Abbatiſſa hujus conventus.*

Ann. 1509. *ipſo die Viti & Modeſti obiit honorabilis Domicella* Hermanna *de* Reneſſe *de* Wulven, *monialis profeſſa hujus monaſterii.*

Venerabilis & egregius dominus Dns Hermannus *de* Lochorſt *eccleſiæ ſancti Salvatoris Decanus, qui teſtudinem eccleſiæ præſentis cum apparatu ſuo & aliis fieri fecit, dilectæ ſorori ſuæ in Chriſto Dnæ Ermgardi Abbatiſſæ hujus monaſterii defunctæ* M. D. XXXIX. *Febr. hoc epitaphium poſuit.*

Ann. 1549. *ipſis Nonis Decemb. obiit honorabilis Domicella* Mabilia *de* Wulven *monialis hujus conventus.*

V. Addiræ earum ſingulis erant ceſſetæ gentilitiæ, fractis tamen jam quatuor, Lutgardis ſcilicet vander A, van Ryn, Wulven, & Ny-

Nyenrode. Donationes quod attinet, non neceſſe eſt ut addam. Ingens earum numerus. Eſt & quæ huic facta & Albis dominis conjunctim. Et hæc ita ſe habet.

Officialis &c. quod perſonaliter in judicio conſtituto Michaele Naghelino *clerico, Syndico, & Procuratore, religioſæ Dnæ Abbatiſſæ & monaſterii S. Servatii Ordinis Ciſtercienſis, nec non Prioriſſæ & Conventu albarum Dominarum Trajectenſi ex parte una, nec non diſcreto viro Hermanno de Zulen armigero Trajectenſis diœceſeos ex altera, Dns Hermannus ſpontanea voluntate donavit donatione inter vivos irrevocabili propter Deum Dno Syndico & procuratorio nomine mediam partem manſi terræ, cujus alia medietas ad* Mechtildim *Dnam de* Beverweert *&* Bertam *uxorem* Ottonis *de* Bueren, *& ejus liberos, indiviſe pertineret, ſiti in parochia de* Iutfaes, *in juriſdictione temporali* Theodorici Schouten *de* Iutfaes *filii* Theoderici Schouten, *inter terram Dni* Frederici uten Ham *militis, ſalvo ſibi uſufructu quamdiu vixerit, unde Conventus monaſterii ſancti* Servatii *reddituus annuos trium librarum, & x. ſolidorum parvorum denariorum accipient, & de iis ſingulis annis exponent unam libram ejuſdem monetæ in anniverſario ſuo ad pitantiam, & unam libram in vigilia Paſchæ ad pitantiam. Nec non tradent Cameratiæ dicti monaſterii quinque ſolidos monetæ prælibatæ ad comparandum ſcopas ſive virgas diſciplinæ, & magiſtræ Refectorii x. ſolidos pro amphoris refectorii &c. & Cuſtodi ejuſdem monaſterii x. ſolidos ad conducendum presbyterum pro miſſis ibidem celebrandis & quinque ſolidos pro relliquiis dicti monaſterii ornandis, & ornamentis ejuſdem reficiendis, & Prioriſſa & Conventus* albarum Dominarum *ſingulis annis de dicta media parte manſi tollent* XIII. *libras, & de iis quolibet anno pro cultu divino in monaſterio augmentando, & Presbytero ſingulis diebus pro miſſa ibidem celebranda conducendo* XII. *libras & unam libram in anniverſario ſuo ibidem peragendo ad pitantiam exponent. Et quod ultra prædictas* XVI. *libras &* x. *ſolidos hoc dividunt inter ſe pro portione redditnum cujuſcunque. In quorum teſtimonium præſentes literas per* Hugonem Scobbel clericum *ſcribi & publicari mandavimus. Datum & actum in Conſiſtorio Trajectenſi anno Nativitatis Dni* M. CCC. XLV. *indictione* XIII. *menſis Januarii die ſeptimo, præſentibus Magiſtro* Alberto *de* Groeningen, *Baccalaureo in decretis*, Martino *de* Ema, Gerardo Criel, *&* Iacobo *de* Aelrenorit *clericis, & teſtibus.* *Ex Regiſtro albarum Dnarum.*

VI. *ad pitantiam.* Quid *pitantia* jam dixi *to.* 3. *Analect. p.* 487.

VII. *ad comparandum ſcopas ſive virgas diſciplinæ.* Locus notabilis. Abbatiſſæ in moniales idem prorſus jus, quod Abbati in monachos, virgarum ſcilicet in contumaces. Moris autem, ut qui rei per ſe ipſi adferrent ſcopas, ultro ipſi offerrent ſe procumbentes ad diſciplinam. Thom. Cantipratan. *lib. 2. cap. 39. Surgite ergo, ait Decanus, & ſatisfaciatis eccleſiæ, & dorſum ad diſciplinam coram fratribus præparate, eo quod ſine veſte nuptiali chorum cum Canonicis contra regulam intraſtis.* Ægid. aureæ vallis monachus *hiſt. Leodienſ. cap. 72. & commotus citavit ambos in craſtinum ad Capitulum, & conſilio ſeniorum juſſit, ut ſubdiaconus exuta camiſia pro reatu verborum exciperet corporalem diſciplinam.* Ekkeard. Junior *de caſib. monaſt. S. Gall. Ceteris exemplum dando reccum exuit, & coram ſe expandit, ſuperque illam ſe extendit, utque puniretur pro tali neceſſitate gemens oravit.* Flagellum è columna in Pyrali pendebat, id eſt, loco, ubi focus. Pyrale eſt à πῦρ. Πῦρ idem quod ignis. Idem *d. lib. cap. 3. Ratperte autem mi rapta flagello fratrum, quod pendet in Pyrali, deforis accurre.*

VIII. Nequid autem omittam addam Anniverſarium, quod prioti poſterius, ex majori excerptum, ut ad oculum ſatis liquet.

Pridie Calend. Febr. Ann. 1539. *obiit Domicella* Wendelmodis *Brinckeſteyn uxor Cornelii de Ridder de Lunenborch mater Ioanna monialis noſtræ, de qua habuimus vinum.*

6. *Idus Martii Ann.* 1513. *obiit domicella* Wendelmodis Spall, *uxor Ioannis de Ridder mater Aleydis monialis noſtræ, de qua qualibet monialis habet quartam vini.*

7. *Idus Maji Ann.* 1542. *obiit domicella Aleydis de Ridder de Gruenеſteyn, quæ dedit eccleſiæ argenteum calicem, & ſepulchrum dominicum in choro cum imaginibus ſculptis.*

6. *Kalend. Junii Ann.* 1565. *obiit* Antonia *de* Groeneſteyn, *Canonica in regis Campo, ſoror Aleydis noſtræ monialis.*

Pridie Calendas Junii Ann. 1540. *obiit domicella Mabilia Ridders uxor Erneſti Taets ab Amerongen, mater Sibyllæ Abbatiſſæ noſtræ in eccleſia noſtra ſepulta, de qua habemus quartam vini.*

9. *Calend. Auguſti Ann.* 1516. *obiit* Ioannes *de* Ridder *pater Aleydis monialis noſtræ, unde habemus quartam vini.*

4. *Idus Auguſti Ann.* 1500. *obiit domicella* Ioanna Ridders *de* Lunenborch, *quæ ſuis ſumptibus procuravit certos reditus eccleſiæ noſtræ pro ſeptem cereis accendendis in ſummo altari in majoribus feſti-*

festivitatibus & Conventui annuam pitanciam. Fuitque monialis & cellaria hujus monasterii. Requiescat in pace.

14. *Calend. Septembr. obiit Domicella* Weyndelmodis *de* Reumst *de* Werensteyn *ex sorore nepris Ioannis de Ridder de Lunenboroh cellaria nostra in ecclesia nostra sepulta, qua dedit cuilibet monialium quartam vini & annuam pitanciam.*

6. *Calend. Septembr.* 1558. *obiit* Cornelius *de* Ridder *de Lunenburch pater Ioanne monialis nostre, de qua habuimus vinum.*

Ipsis Calend. Octob. Ann. 1561. *obiit Domicella* Antonia Riddere *uxor Francisci de Reumst de Werensteyn, soror Ioanna de Lunenborch monialis nostre, de qua habuimus vinum.*

IX. Fuit S. Servatius Tungrensium episcopus, & ut volunt, qui exactius ponunt calculum, numero fuit decimus. Vixit seculo quarto, & interfuit inter ceteros Concilio Sardicensi Ann. 346. Portentosa sunt, quæ de eo ait Sigebertus ad Ann. 399. fuisse scilicet consanguineum Servatoris nostri Iesu Christi. Ita enim fabulatur: *Servatius quoque* X. *Tungrensium episcopus, domini nostri Iesu Christi consanguineus, non solum ex eo, quod voluntatem Dei patris faciebat, sed etiam secundum carnem. Qui natus quidem in Persida filius fuit Emmiu, cui pater fuit Eliud, frater Elizabeth, qua peperit Ioannem Baptistam &c.* Quæ tam absona & absurda, ut nec fidem inveniant apud ipsum Baronium ad martyrol. Roman. ad III. Idus Maji.

FUNDATIO XIX.

Monasterii ALBARUM VIRGINUM *Ultrajecti Anni incerti.*

Quis fundarit & quando frustra hactenus adhuc quæro. Ex vetustissimis tamen fuit. Facit charta Giselberti de Amstelle Ann. CIↃ. CC. LXXXIX. *Ego Giselbertus dominus de Amstelle miles notum facio universis presentes literas visuris, quod dedi Conventui albarum dominarum in Trajecto, apud quas filia mea Elisabeth in consororem & monialem est recepta omnem decimam meam majorem & minutam in Bodegraven pure & simpliciter propter Deum in elemosynam perpetuo possidendam. Volo autem & constituo, quod dicta Elisabeth*

filiæ meæ tres libras, & Eliſabeth de Inſula moniali prænominati loci, quæ jam dictæ filiæ meæ præeſt, una libra denariorum in Trajecto uſualium dentur de ſupra dictis decimis, quoad vixerint, annuatim. In cujus rei teſtimonium duxi ſigillum meum præſentibus literis appendendum. Datum anno Domini CIↃ. CC. LXXXIX. *feria quinta poſt feſtum beatæ Agathæ virginis.* Charta item Wilhelmi Comitis Ann. CIↃ. CCC. XIX. *Wi Willem Grave &c. ontbieden jn onſen Rentmeeſter van Woerden, die nu is, of hier namaels weſen ſal, dat gi jaerlix betaelt den* Witten Vrouwen *van Utrecht hondert grooten Conincx tornoyſen uyt onſen tiende te Bodegraven, die 's Heeren van Aemſtel was, ende die hi mit ſiene dochter gaf den Witte Vrouwen voorſz, in allen manieren, dat haer brief ſpreeckt, die ſi daer af van hem hebben, ende des en laet niet, Gegheven tote Utrecht des Vridages na ſinte Lucien dach, int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *ende* XIX. Facit etiam incendium, quo conflagraſſe ait monaſterium Wilhelmus Procurator Ann. 1223. *Cujus horrore*, inquit, *non ſolum laicorum domicilia, verum etiam quædam puellarum, albarum videlicet dominarum, habitacula devaſtantur.* Nec habeo quod addam, niſi quod nobiles admiſſæ hic duntaxat. Albæ autem idcirco, quod veſtitus earum albus. Supereſt Necrologium ex reliquiis monaſterii, ſed breve & conciſum.

Geextraheert uyt die Memorie taſelen in de Panden te Wittevrouwen hangende.

I. *Ann.* 1429. *des Manendachs na ſinte Lutyen dach, ſterft Ioncfrou Haſa Proys.*

Ann. 1449. *ſterft Ioncfrou Alydt Ians dochter over de Vecht.*

Ann. 1455. *obiit Egberta van Vleuten Prioriſſa.*

Ann. 1479. *obiit Lutgaert van Compoſtelle onder Priorinne.*

Ann. 1498. *ſterft Ioncfrou Adriana vander Weteringe, die Hugo Vuyſtinx wyf was.*

Int jaer ons Heeren M. D. *ſterft Ioncfrou Alydt Iohans dochter vander Haer.*

Ann. 1511. *ſterft Ioncfrou Wendelmoit van Lanſcroen, Nonne deſer Clooſter.*

Ann. 1514. *obiit Belia van Voerde Supprioriſſa.*

Eodem anno 5. *Septembr. obiit Iutta de Teylingen monialis hujus conventus albarum dominarum.*

Eodem anno ſterft opten derden dach in Auguſto, Ioncfrouwe Eliſabeth vander Haer, Nonne te witte vrouwen.

Ann. 1516. *op beylich Cruysdach ſterft Ioffr. Hildegont van Teylingen, die Iohan vander Haer wyf was.*

Ann.

Ann. 1519. *obiit* 29. *Mart. Aleydis de Blocboven filia Iohannis de Oeſtrum.*

Ann. 1520. *obiit Chriſtina de Herdenbroeck, monialis hujus Conventus.*

Ioncfrou Lubbrecht van Erp Hendricks dochter is geſtorven Ann. 1520. *clooſter Iuffrouwe te Wittevrouwen.*

Ann. 1528. *ſterft opten* 1x. *dach van April Vrouwe Heylwich vander Haer, Priorinne van deſen Convente.*

Ann. 1532. *op St. Stevens dach, ſterft Ioncfrou Cecilia vander Haer, Nonne deſer Convente.*

Ann. 1537. *ſterft Magdalena uten Enghe Supprioriſſa.*

Ann. 1556. *ſterft Ioncfrou Geertruyt van Zulen van Amerongen, Iohans dochter Nonne deſer Clooſter.*

Ann. 1576. *obiit Catharina van Sebooten Ysbrants dochter, Abdiſſe tot Wittevrouwen.*

Ann. 1581. *ſterft Ioncfrou Alydt van Erp, Govaerts dochter, Nonne deſer Convente.*

II. Præfectæ electio olim libera. Rerum Cæſare potito, nec facta Cæſaris injuſſu, nec niſi quam Cæſar, ut in ceteris Abbatiis, commendaſſet electa. Ex Curiæ Provincialis tertio Memoriali.

't Hof Provinciael van Utrecht, geadverteert ſynde van het overlyden van myn Vrouwe van het clooſter van de Witte Vrouwen *binnen Utrecht, heeft achtervolgende ſekere acte van de Majeſteyt van de Coninginne van Hongaryen, hoochloſt. memor. Regente deſer Nederlanden in date den* VII. *Februar. gecommitteert Mr. Ian van Lent, ende Anthonis van Gryſperre Raden &c. omme hem van ſtonden aen te laten vinden binnen den voorſz Convente, ende te bevelen die van den ſelven Convente van 's Conincx wegen, dat ſy niet en procederen tot electie van eene nieuwe Vrouwe, ter tyt ende wylen ſyne Majeſteyt genomineert ſal hebben, op pene van t'incurreren d'indignatie van ſine voorſz Majeſteyt. Ende dat de gene die contrarie deſen geeligeert ſal weſen, gehouden, ende gereputeert ſal worden voor onbequam, ende niet idone tot die Prelature voorſz, ende dat ſyne Majeſteyt evenwel procederen ſal, tot nominatie van enen anderen ſyne Majeſteyt aengenaem weſende. Actum t'Utrecht den* 2. *Ianuar.* 1576. *A. van der Burch.*

III. Supereſt etiam ex tabulis accepti & expenſi quid, quod cum ſtatum monaſterii ob oculos nonnihil ponat, non abs re erit, ſi addatur hic.

Int jaer ons Heeren CIↃ. IↃ. LV. *is geſtorven Heer* Amelis *van* Nyvelt, *Prooſt van Leyden, Canonic in den Dom tot Utrecht, die heeft gegeven dat Convent van den Witte Vrouwen hondert Karolis guldens ende vyf, om dewelcke dat Convent gecoft heeft ſevendalve gulden jaers los rent, hem den penningh ſeſtien euwelyc ende erffelyc te blyven. Daer voor is dat Convent ſchuldich te houden op St. Thomas avont te veſper tyt, ende op den dach na die hooch mis een enwige memorie voor ſyn ende voor ſyn ouders ſielen, een* miſerere mei Deus *te leſen in die kerck voor den hoogen altaer, mit dat cruys, ende onder die homis een leſende miſſe van requiem. Hier voor ſellen die Iofferen hebben van dat cloeſter een goede heerlycke maeltyt mit x. cannen wyns op die middach.*

Item noch heeft hy gegeven een ſchonen beker van ſerpentyn, mit een vergulden deckſel daer op, die welcke ſyn Suſter Ioncfrou Gerrit *van* Zuylen *van* Nyvelt *verwiſſelt heeft, mit conſent van haer overſte voor een ſilveren beker, die nu tegenwoordich int Convent is, ende euwelyck blyven ſal. Wiens ſielen moeten ruſten in vreden, Amen.*

Int jaer ons Heere CIↃ. IↃ. LV. X. *dach Mey, is geſtorven Ioncfrou* Gerrit *van* Zuylen *van* Nyvelt, *Heer Amelis van Nyvelts ſuſter, Nonne van deſen Clooſter, ende heeft gelaten vyftich Carolus gulden, die welcke ſy verſpaert heeft van haer ſpeulgelt, dat ſy ſelf gewonnen heeft mit haren handen, ende ſy beleyt heeft tot drie gulden 's jaers, ende haer begeeren is geloſt wordende te weſen een ſchoon tafel in de kerck opt hoge autaer, indien het dan niet geloſt en is, als die tafel reede is, belooft hare Overſte die penningen te verſchieten, ende die Renten daer voor te boeren. Doen ſy des niet, heeft ſy 't geſet op hore conſcientie.*

Item noch ſo heeft ſy in den clooſter gebracht doen ſy gecleet worden twee mergen lants, het welcke genaemt is Crejenhoeff, dat doe gelden twe gulden s' jaers erflycken, ende int jaer van vyf ende vyftich ſeven gulden erffelyck, het welck hare Ouders haer gegeven hebben, doen ſy in den Clooſter quam, ende erflyck haer blyven ſoude.

Item noch heeft ſy in hare Camer gelaten twaelf gulden tot ſes ſilvere lepelen, ende noch een ſilveren lepel, die altyt in hare camer blyven ſullen, Noch een ſchoone memory tafel met een nieu bed, ende noch meer andere, die hier niet geſchreven en ſtaen. Wiens ſiele moet ruſten in een enwige vrede, Amen.

Dit

Dit ſyn die renten die Ver Sophie Kockaerts *den Conuente gelaten heeft. In den eerſten een pont gelt jaerlicx in v. morgen gelegen te Loepick. Item in Hermelen die helfte van* VII. *morgen, die Ver* Sophia Kockaerts *voergenoemt, ende* Clemenſie *van* Zulen *oefren. Item te Loepic* I. *morgen. Item in Loeſdrecht twee pont in* 2. *acker lants.*

Item XXV. *groot nyt des Convents gemeen goeden. Deſe voergenoemde renten ſal opboeren die Koſterin, na Belyen doot in deſer manieren, dat ſy ſal geven tot H. Gerrit Kockaerts jarichtide* II. *pont ſwarte. Item tot H. Willem Kockaerts jarichtide, Ver Sophyen vader, ende Ermbrecht haers Broeders* X. *groote. Item tot Ver Sophyen jaerichtide voergenoemt* II. *pont. Item tot Ver Haſe Kockaerts jarichtide hare moeder* I. *pont. Item die Koſterin ſal hebben* I. *pont jaerlix na Belyen doode, op dat ſy deſe jarichtiden verwaer. Voert wat daer overloopt, ſal ſy die ſiecke Ionefrouwen geven, ende geen renten en hebben, ende warender in een jaer geen ſiecken, te houden tot datter ſiecken waren.*

Dit ſyn die Renten die in der Coſteryen hooren opten Choor. In den eerſten ſo geeft 't Convent van Witte Vrouwen, vyf pont 's jaers tot ſinte Martyns miſſe, ende tot ſint Peters miſſe. Dat ſalmen eyſchen den Priorinnen, ende den tween Iuffrouwen, die 't Convents goet mit haer verwaren. Item dat ſelve Convent reyckt nyt ſes pont 's jaers in der Coſteryen opten Choor. Dat ſalmen eyſchen den tween Iuffrouwen die de preſentie verwaren, ende die ander renten die hier toe horen tot ſinte Martens miſſe ende tot St. Peters. Item ſes pont 's jaers die eerſamen luden hier gecoft hebben, daer men een lampe mede ſal bernende houden opten Choor nacht ende dach, alſo lange alſt clooſter ſtaet, ende alſo dicke als ſy nytgaet, ſo ſal menſe weder ontſteken.

Item twee pont 's jaers die Ironefrou Peternelle Witte *hier gecoft heeft totter ſelver lampe mede te lichten. Item Iuffrou* Mechtelt *van* Ameronghen, *heeft hier gemaeckt ſimplex feeſt van ſinte* † *Quiryn. Daer heeft ſy toe gecoft* X. *ſcillingen 's jaers. Dat is geſet in der Coſteryen den Godsdienſt mede te lichten. Item een pont 's jaers die Iuffrou* Catheryne Langhen *hier gecoft heeft totter vigilien lichte, en alſo 't Convent tegenwoordich opten Choor vigilie ende ſeven pſalmen leeſt, ſo en ſalmen ghene lampen nyt doen. Item drie pont 's jaers, die Ioncfrou* Korſtyne Pots *hier gecoft heeft in der Coſteryen opten Choor den godsdienſt te bet te lichten, ende den oerbaer in den Choor mede*

† Sub Diocletiano paſſus. Oculorum & aurium, ut vulgus vult, medicus. Venant. Fortunat. *Africa Cyprianum dat, Siſcia clara Quirinum.*

de te doen. Item twee pont 's jaers die Ioncfrou Eliſabet Vrode *hier gecoft heeft, dat men die lampe op ten Dormpter niet uyt doen en ſal des wynters eert dach is. Item een pont 's jaers dat Iuffrou Peternelle Witte hier gecoft heeft, daer men keerſſen mede copen ſal, die men ſal bernen in die laterne, die voor den Choor hangt. Item tien ſcellingen 's jaers, die Ioffrou Glorie van Everdingen hier gegeven beeft, erfelyck in der Coſteryen opten Choor, die ſal men halen jaerlicx in der vaſten, in die Heylige Geeſt proven. Item twintich groot die tot Montfoort leggen, die ons Willem Iacopſoon jaerlycx uytreyckt of ſyn erfgenamen, die ſalmen eyſchen te Palme. Item deſe Renten die deſe Iuffrouwen ende anders eerſamen luden hier gegeven hebben, Godsdienſt mede te lichten, ende den oerbaer in den Choer mede te doen, ende alſo lange alſet Convent ſinget ende leſet, ſo en ſal men ghene lampen uyt doen nacht noch dach.*

Dit ſyn die Renten die Ver Mechtelt *van* Langerack *den Convente gegeven heeft. Item in Heyencoep vier mergen lants, dair die Heeren van ſinte Catharynen t'Utrecht, ende Tydeman de Goyer boven naeſt gelant ſyn, ende die Heeren van ſinte Marien beneden, des die twe mergen den Convente toebehoren, ende die ander twe mergen Ver* Mechtelden *van* Langerack. *Item Ver Mechtelt ende Ian van Brienen, hebben gecoft tegens Ermgard die Hermans wyf was van den Ryn die helfte van vier mergen lants, alſo alſe gelegen ſyn tot Iutfaes, dair Ioncfrou Hildegont, die Otten wyf was van den Veen, die ander helfte onverdeelt af toebehoort. Daer Herman van Lochorſt naeſt gelant is aen die overſyde, ende daer die Papelycke proven eens altaers, in der kercken van ſinte Marien t'Utrecht naeſt gelant is, aen die nederſyde, dat Heer Herman Vincke nu beſighet. Ende deſe vier mergen renten* XXXII. *pont.*

IV. Albas dixi à veſtitu, qui non alius quam albus. Iis quondam uſitatus, qui magiſtratum petebant. Unde & dicti Candidati. Sacerdotes dein uſi, & illi qui baptizati. Sed hi octiduum tantum uſi. Quo elapſo deponebant. Interim dicti *in albis* eſſe, in *albis* poni, conſtitui. Paul. Diacon. 6. *hiſt.* 15. *Cedoaldus rex Anglorum &c. cum Romam perveniſſet, à Sergio Papa baptizatus, Petruſque eſt appellatus, & adhuc in albis conſtitutus ad regna cœleſtia migravit.* Add. *l.* 5. *C. Th. de ſpectac.* Du Cange *gloſſ. in Alba.* Labentibus dein ſeculis alba propria eſſe cœpit certi ordinis religioſorum, monialium, nonnarumque.

FUN-

FUNDATIO XX.

Monaſterii S. CÆCILIÆ *Trajectenſis*

ANN. CIↃ. CCC. XCVII.

S. Cæcilia clariſſima olim virgo ſub Alexandro Mammææ filio paſſa, ut dicitur, Ann. 1232. converſis prius ad fidem ſponſo ſuo Valeriano, ejuſque fratre Tiburtio, ut Baronius habet ad eum annum, qui & martyris adducit Acta. Quæ ſi vera & genuina haud dubie fabulis tamen mixta. Suffocari juſſerat concluſam balneo Turcius Almachius Præfectus urbis Romæ. Illæſa cum exiiſſet juſſerat capite eam plecti. Ter percuſſerat ſpiculator, & necdum caput cum præcidiſſet, conſternatam reliquit. Qui adſtabant, ut habent Acta, *ſpongiis mox ſanguinem ficcaverunt, ac linteis abſterſerunt, ſicque tribus adhuc diebus ſuperſtes vixit, quæ Dei ſunt loquens, confirmans eos in Chriſti nominis confeſſione, & quæ reliqua erant ſuæ ſubſtantiæ diſtribuit per Urbanum Papam in pauperes: quem rogavit, ut domum ſuam faceret eccleſiam Chriſtianorum. His ſic diſpoſitis, ac Deum precata, Domino animam ſuam commendans* XXII. *Novembris martyrium conſummavit.* Et ſic in literas etiam rem retulit, ſed ad Annum 1230. Iac. Philippus Bergomas *lib.* 8. *Chronic.* Corpus ejus Romæ reperit & in eccleſia poſuit ejuſdem nominis Paſchalis Papa primus, qui cœpit anno DCCC. XVII. & ſedit annis ſeptem, diebus XVII. Magn. Chron. Belg. *p.* 55. *Iſte Paſchalis Papa corpus beatæ Cæciliæ, ipſa revelante, in cœmeterio Prætextati cum corpore ſponſi ſui Valeriani, & linteamina ipſius martyris infuſa ſanguine invenit. Quæ cuncta manibus ſuis pertractans collegit, corporaque Sanctorum Tiburtii, Maximini &c. in eccleſia beatæ Cæciliæ cum magna honorificentia collocavit.* Et ſic fere & Sigebertus *ad Ann.* 891. Nec Romæ tantum ei templum, ſed & alibi paſſim. Etiam Ultrajecti. Quod Ultrajecti, extructum à Theodorico vander A monialibus introductis, quarum clara nobilitas Ann. CIↃ. CCC. XCVII. Nec moniales hæ tantum, ſed moniales recluſæ, *beſloten Suſteren*, ut nuncupantur in charta Ann. 1403. Idem dotem etiam conſtituit, ab aliis dein auctam, prout habent ſe tabulæ, quæ ſuperſtites remanſere. Nec quod addam aliud in promtu eſt. Quod ad tabulas, charta eſt Ann. 1403. in qua & ſitus monaſterii, quod jam prorſus diſparuit, indicatur non obſcure, inter duos nimirum pontes, S. Iohannis

& pecuarium, de Viebrug, ad foſſam veterem, & hæc ita ſe habet:

I. *Allen den genen, die deſen brief ſullen ſien of hooren leſen, doen wy verſtaen* Dirc Pyl *Borger t'Utrecht, ende* Geertruyt *ſyn wyf Dircs dochter vander A &c. dat wy de buſinge ende hofſtede, gelegen tuſſchen de Viebrugge ende St. Iobans brugge, aen de Ooſtſyde van der grafte, die ons Dirc vander A onſe vader voorſeyt overgegeven heeft, ende wi &c. in rechten geleven ende betrouwen ontfangen hebben tot behoef der beſloten Suſteren van ſinte Cetilien, die nu ter tyt binnen der voorſz. Hofſtede beſloten ſyn, ende die namaels tot euwigen dagben daer inne beſloten ſullen mogen worden. Ende want Dirc vander A ende Lucie ſyn wyf voorſz, mit deſer buſinge ende hofſtede voorſz, boer teſtament beſetten wouden tote ſalicheyt hoerre ſielen, ende hoerre ouder ſielen &c. ende gevenſe ende gonnenſe puerlic om Gods wille den beſloten Suſteren voorſz, nae boerer twyer doot te gebruken euwelyc, weme ſy met ontfermicheden aenſagen, dat de voorſz Suſteren nauwe ſaten, ende luttel ruyms hadden, ende oock kenlyeken om dat* Lysbeth *boere twyer dochter, onſe Suſter, daer mede in beſloten is, ende ſy ons den eygendom van der voorſz buſinge ende hofſtede beſt betrouweden, totter beſlotene Suſteren behoef voorſz, t'ontfangen in allen manieren als voorſz, ende wy geen recht ofte toeſeggen daer aen en hebben &c. So hebben wy met goeden voorſien ende wel beraden ſinnen, om onſer ende om onſer erfgenamen ende nacomelingen ſielen ende conſcientien daer mede te beſorgen, ende te bewaren voor quader becooringe ofte begeerte, daer wy in vallen mochten, als deſelve buſinge ende hofſtede aen ons te hebben ende te behouden, oft dencken mochten, dat ſy ons ende onſen erfgenamen ende nacomelingen toebehoorden &c. mit geſamender hant ende elc voor al ende ongeſcheyden den beſloten Suſteren voorſz die buſinge ende hofſtede voorſz over te geven, ende voor den Scepene t'Utrecht in den Gerechte &c. Gegeven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ende drie, des Donredaegs na St. Marcus dach Euangeliſt.*

II. Addam adhuc, quæ huc faciunt ex tabulis accepti.

Anno CIↃ. CCC. XCVII. *gaf* Dirck *van der A onſe vader ende Lucia ſyn huysvrouwe ſyn Hofſtede, ende erve, daer 't Convent nu ſtaet. Stichten het lage autaer, ende gaf daer toe een ornament, ende een miſſael, ende tot der ciboryen het meeſte deel, ende veel andere weldaden ende gunſten.*

Sophia *van* Saenen *onſe moeder, heeft geſticht dat hoghe altaer in onſer Capellen, daer ſy toe gaf te renten* 13. *mergen lants,* 8. *hont, ende drie*

and a sacrifice of salvation, and a victim of the first fruits.
And to make a return according to these, and with free will to offer a thank-offering,
and to render to the Most High according as he hath given,
and with a cheerful eye to offer the first fruits according as he hath found.
And to the gifts and to every donation make a cheerful countenance,
and with gladness sanctify your tithes.
Give to the Most High according as he hath given to you,
and with a cheerful eye according to your ability offer the first fruits of your hands.
For the Lord recompenseth, and will give you seven times as much.
Offer not to him of the unjust, for he will not receive them.
Because the Lord is a God of judgment,
and with him there is no respect of persons.
He will not accept any person against the poor,
and he will hear the prayer of the oppressed.
He will not despise the petition of the fatherless,
nor the widow when she poureth out her complaint.
Do not the tears of the widow run down her cheeks,
and her cry against him that hath caused them?
And her groaning ascendeth from the earth,
and the Lord heareth it, and is not slack to revenge.
Patience shall he have with them,
and in meekness shall he render to them justice.
He will execute judgment upon the oppressed,
and will not delay the vengeance of the unjust.
And he will break the jaws of the unmerciful,
and will render vengeance to the nations.
He will take away the proud,
and will destroy the sceptre of the unjust.
He will render to every man according to his works,
and to the devices of men according to their doings.
He will judge the cause of his people,
and will rejoice in his mercy.
Mercy is seasonable in the time of affliction,
as clouds of rain in the time of drought.
He will comfort the meek,
and will give glory to the humble.

de ſullen onſe Prieſters geven elck drie ſtuvers Hollants, ende onſe Suſteren ſullen hebben elck een pint Rynſche wyn, ende een ſchoon broot.

Herman *van* Weede *ende* Goude *ſyn huyſvrouwe twee onſer ſuſteren vader ende moeder by teſtament jaerlycks* XII. *Karolus gulden tot een jaerlyckſche,* pitantie *van goet gebraden, ende elcke ſuſter een pint wyns, ende een oortgens wegge op haer beyder jaergetyt ontrent ſinte Catharinen. Sterf* Herman *van* Weede 1541. *op St. Ian middeſomers avont.* Goude *van* Wede *ſterf op ſinte Catharinen avont Ann.* 1566.

Ann. 1574. *den* 19. *Novemb. ſterf* Willem Foeyt. *Ende den* 25. *Ianuar. int ſelve jaer is geſtorven* Geertruyt *van* Wyngaerden *ſyn huyſvrouwe. Ende den* XI. *Ianuar.* 1576. *is mede geruſt* Nechgen Foeyten *haer beyder dochter leggende t'ſamen begraven opt Choor voor ons lieve Vrouwen autaer in een kelder van ons gecoft. Ende* Willem Foeyt *met ſyn broeders ende ſuſteren, hebben doen maecken tot den dienſt Gods in onſer kercken een ſwart caſufel met twee dienrocken, met* 3. *ſwarte lakenſe autaer cleden, met een crucifix, hare wapenen, mitte crucen, ende fraignen verciert, die meer dan t'ſeventich Karolus gulden gecoſt hebben. Waerom wy gehonden ſyn trouwelick voor haer te bidden.*

Mr. Iohan *van* Weede *twee onſer Suſteren broeder Canonick in den Dom twee bondert guld. tot eenre memorie ende pitantie naer uytwyſen van der rente. Sterf* 1585. 21. *Iul. Iuffr.* Eliſabeth *van der* Borch, *heeft ons Convent gelaten* 7. *guld. 's jaers voor haer memorie. Sterf* 1587. 24. *Novembr. Iuffr.* Maria *van der* Duyn *weduwe van ſaliger* Folcaert *van* Schoordyck *ſterf int jaer ons Heeren* 1604. *den* 8. *Decembr. Heeft ons Convent gegeven eens vyftich guld. Hare ſiele moet in den Heere ruſten.*

III. *behalven dat wy haer doot van haer hadden.* Aut ſermo eſt de ſepultura, quæ nulli gratis conceſſa, aut de lucro ex miſſis pro defuncta faciendis, ſeptimo ab ejus obitu, viceſimo, triceſimo, & qui quotannis recurrebat, obitus ipſius die, *c. ex parte ext. de verb. ſign. in* 5. *Compil. verb. nec non & de his quæ pro anniverſario, ſeptimo, trigeſimo, ac vigeſimo faciendis &c. à quocunque legantur &c.*

IV. *wyn te coopen voor der ablucien.* Laicis non dabatur communio ſub utraque. Panis tantum dabatur. Vinum erat ſacerdotis. Id quod ſerius tamen cœpit. Nam ſeculo adhuc decimo communicatum ſub utraque. Iuſtell. *ad Cod. can. eccleſ. Afr. p.* 50. Hoſpinian. *hiſt. ſacram. lib.* 4.

lib. 4. *p.* 291. Alteſeir. *ad Gregor. Turonenſ. lib.* 3. *in fin.* Sacerdos cum bibiſſet, ne ſanguinis Chriſti vel guttam ſervaret calix inexhauſtam, vino eum abluebat, & id *vinum ablutionis*, quod laicis dabat ebibendum. Henricus à Rebdorf. *Quum devote ſumeret corpus & ſanguinem dominici ſacramenti, in ablutione calicis per quendam fratrem ordinis Prædicatorum immiſſum eſt venenum in calicem.* Diſenbach *tr. de vit. & mort. Henr.* VII. *ſect.* 3. §. 4. Vid. *to.* 2. *Analect. ad Teſtam.* 5.

V. *als onſe gulden lakenſe caſuſel. Caſuſel* caſula eſt, planeta, genus veſtis in ſacris à ſacerdotibus uſurpatum, ante & retro uſque ad talos demiſſum. Ἀπὸ τ πλάνης planeta. Planeta autem idcirco, quod latiſſima olim veſtis, veſtis item ſine manicis, unde & limbus ſuper ſcapulas & brachia projectus circum corpus velut fluctuans & tantum non errabundus. Papias ex Iſidoro *lib.* 19. *cap.* 24. *Planeta Græce, & Latine dicitur Caſula, veſtis dicta quod oris errantibus evagatur.* Onuphr. *voc. eccleſ. tr.*

VI. *Item noch* 20. *Petermans.* Nummus eſt, præferens imaginem Divi Petri. Petrus alibi, *een Pieter*, ut *to.* 3. *Analect. p.* 427.

ende 36. *goude. Rudolphus Poſtulaets guldens*: Cudi juſſi à Rudolpho van Diepholt epiſcopo Trajectenſi, cujus etiam imaginem impreſſam habebant ſinguli. *Poſtulati* autem, quod Rudolphus *Poſtulatus* non electus. Poſtulari dicitur non eligi, qui eccleſiæ jam affixus ad aliam evocatur. Ad quam tamen non tranſit, nec volens etiam tranſferri poteſt, niſi Papa id permittat. *cap.* 3. *cap. ult. ext. de poſtul. Prælat.* Anonymus, quem primus edidi Ann. 1690. *cap.* 26. *Ab omnibus convenitur in dominum Wilbrandum Paderbornenſis eccleſiæ tunc epiſcopum. Pro cujus poſtulatione honeſti nuncii ad Curiam & ad dominum Papam tranſmittuntur.* Ziegler. *lib.* 2. *de epiſcop. cap.* 12. *pr. & lib.* 4. *cap.* 21. *n.* 4. *& ſeq.* Rudolphus autem epiſcopus erat Oſnaburgenſis, cum eum Trajectenſes epiſcopum peterent. Vid. *man. ad jus Can. lib.* 1. *cap.* 14.

VI. Ex anniverſario dominarum, quo nomina continentur & ejusdem monialium, & eorum earumve, qui in eas benefici, & pro quibus propterea etiam preces quotannis fuſæ, excerpta hæc habeo, quæ adjeci hic.

JANUARIUS.

VIII. *Innocentium* —— *Dire vander A, ende Lucie ſyn wyf.* —— —— —— *Ann.* 1411

XIV. *Ianuar.* —— *Maria van Wede onſe moeder* 14. *jaer* 1601

VII. *Kl. Ianuar. Iſidori epiſc. Elſgen van Winſen onſe ſuſter ann.* 1519

XIV. *Ianuar.* —— *Lucia van Leuwen onſe ſuſter ann.* 1564

Eod. —— —— *Grietjen vander Borch onſe ſuſter* *ann.* 1593
XXVIII. *Ianuar.* —— *Iuffrou Gillis van Opynen* *ann.* 1505

FEBRUARIUS.

II. *Febr. purif. Mar.* *Alidt Suermonds onſe ſuſter* *ann.* 1421
Eod. —— —— *Dydel van Erler onſe moeder* *ann.* 1435
XIII. *Febr.* —— *Heyle Grauwert onſe ſuſter* *ann.* 1518
XV. *Febr.* —— *Steyne van Erler* —— *ann.* 1411
XX. *Febr.* —— *Eliſabet van Sevender onſe ſuſter* *ann.* 1518

MARTIUS.

XIV. *Mart.* —— *Eliſabeth van Zulen onſe ſuſter* *ann.* 1559
XXII. *Mart.* —— *Ermgart van Zulen onſe ſuſter* *ann.* 1511
XXIII. *Mart.* —— *Cecilia Piex van Tienhoven miniſtra onſes huyſes* —— —— *ann.* 1551
XXVI. *Mart.* —— *Wyntgen over de Vecht onſe ſuſter* *ann.* 1430
XXX. *Mart.* —— *Lume van Hattum onſe ſuſter* *ann.* 1515
XXXI. *Mart.* —— *Alyd Trienden onſe ſuſter* *ann.* 1483

MAIUS.

I. *Maji Philippi & Iacobi.* *Alydt Direx dochter van Houdaen onſe ſuſter* —— *ann.* 1445
Eod. —— —— *Mechtelt van Hove onſe ſuſter* *ann.* 1521
III. *Maji* —— *Ioanna van Accoy miniſtra onſes huyſes* —— —— —— *ann.* 1482
V. *Maji* —— *Alienora Vrouwe van Zuylen met Dirck haren ſone* —— *ann.* 1404
Eod. —— —— *Eliſabeth van Beeſt onſe ſuſter* *ann.* 1569
VI. *Maji Ioannis ante portam Latinam* *Alydt van Lynteren Vrouwe van Zuylen* — — — *ann.* 1445
Eod. — — *Mechtelt van Vianen onſe ſuſter* *ann.* 1508
IX. *Maji* —— *Cely van Ryn onſe ſuſter* *ann.* 1541
X. *Maji* —— *Heer Haes van Lyntheren ende Cecilia ſyn huysvrouwe* —— *ann.* 1410
XXIX. *Maji* —— *Hadewich van Lanſcroon onſe ſuſter* *a.* 1480

IUNIUS.

XII. *Iunii* —— *Wilhelmus Veen van Voorſt onſe medebroeder* —— —— —— *ann.* 1446
XV. *Iun.* —— *Iutte van Scenauwen onſe ſuſter* *ann.* 1452
Eod. —— —— *Steyne Trienden onſe ſuſter* *ann.* 1457
XVII. *Iun.* —— *Heurica van Everdingen onſe ſuſter* *a.* 1438

IU-

IULIUS.

IV. *Iulii* —— *Ionefrou Hadewich Direx wyf van Houdaen* —— —— *ann.* 1413

Eod. —— *Hasa van Pallaes onse suster ann.* 1484

V. *Iul.* —— *Hasa van Drackenburch onse suster a.* 1470

XIX. *Iul.* —— *Heyla Iohans dochter van Nyenrode onse suster gestorven ende begraven tot Delft in den gilden tyde* —— *ann.* 1458

Nella Direx dochter van Houdaen onse suster —— —— —— *ann.* 1446

Stephania van Beest onse suster ann. 1518

AUGUSTUS.

VIII. *Aug.* —— *Maria van Vianen onse suster ann.* 1438

XIV. *Aug.* —— *Iohanna van Dolre onse suster ann.* 1470

XVI. *Aug.* —— *Geertruyt van Bommel onse suster ann.* 1419

XXII. *Aug.* —— *Griet van Hattum onse suster ann.* 1420

SEPTEMBER.

II. *Septemb.* —— *Mechtelt Uytenbroeck met haer ouders ende vrienden* —— *ann.* 1537

IV. *Sept.* —— *Griete van Boechout onse suster ann.* 1420.

Eod. —— *Iohanna van Elten onse suster ann.* 1518

VII. *Sept.* —— *Elisabeth Pots onse suster ann.* 1518

XI. *Sept.* —— *Griete van der Marck onse suster ann.* 1420

XII. *Sept.* —— *Hase over de Vecht onse suster ann.* 1439

XIV. *Sept.* —— *Hadewich van Gelre onse suster ann.* 1474

XVII. *Sept.* —— *Diregen van Anerongen onse suster ann.* 1566

XVIII. *Sept.* —— *Mechtelt Gerrits dochter van Eck onse suster* —— —— —— *ann.* 1451

XVIII. *Sept.* —— *Ionefrou Margriet van Zuten ann.* 1474

Eod. —— *Beatrix Ian Cranen dochter onse suster* —— —— —— *ann.* 1420

XXX. —— *Alydt van Erler onse suster ann.* 1420

OCTOBER.

XI. *Octobr.* —— *Aleyse Direx dochter van der A. onse suster* —— —— —— *ann.* 1409

XVI. *Octobr.* —— *Sophia van Sanen fundatrix des hoogen altaers, ende moeder van onsen huyse a.* 1421

XXIII. *Octobr.* —— *Haesge van Wyck onse suster ann.* 1548

XXVIII. *Octobr.* —— *Alydt van Heeckeren onse suster ann.* 1558

Eod.

Eod. —— —— *Heer Ian van Alverdingen* *ann.* 1516

NOVEMB.

IX. *Nov.* —— *Margriet van Reumſt onſe ſuſter* *ann.* 1532

XIII. *Nov.* —— *Mechtelt Willams dochter van Bueren onſe ſuſter* —— —— *ann.* 1447

DECEMBER.

XV. *Decemb.* —— *Oedel Claes Erdelen dochter onſe ſuſter* —— —— —— *ann.* 1434

XXX. *Decemb.* —— *Iohanna van Znylen van Blaſenborch a.* 1560

Aliud excerptum ex eodem.

IANUARIUS.

XXIV. *Ianuar.* —— *Bartholomeus van Wede een onſer ſuſteren vader* —— —— *ann.* 1504

FEBRUARIUS.

VI. *Febr.* —— *Gysbertjen van Wede* —— *ann.* 1567

VIII. *Febr.* —— *Alyt Feyten onſe ſuſter* —— *ann.* 1571

Eod. —— *Lysbeth Walen onſe ſuſter* — *ann.* 1512

Eod. —— *Paula van Beeſd miniſtra ons Convents* 36. *jaer* —— —— *ann.* 1590

XVIII. *Febr.* —— *Barbara Saſſen onſer ſuſteren moeder geweeſt* XX. *jaer langh ſterf* —— *ann.* 1592

Eod. —— *Beerntgen van der Borch onſe ſuſter a.* 1607

XXI. *Febr.* —— *Alidt van Wely onſe ſuſter* *ann.* 1513

XXVIII. *Febr.* —— *Heer ende Mr. Aernt van Eſch Canonick St. Ian, Pater omtrent* 36. *jaer* — *ann.* 1610

MARTIUS.

XVI. *Mart.* —— *Oborch Walen onſe ſuſter* — *ann.* 1511

XIX. *Mart.* —— *Wendelmoet van Wede onſe ſuſter moeder* — — — — *ann.* 1534

XXV. *Mart.* —— *Hadewich van Wede, twee onſer ſuſteren moeder* — — *ann.* 1465

APRILIS.

Bely van Heeſwyck onſe ſuſter — — *ann.* 1464

Mr. Gerrit van Bronchorſt Cantor t'Oudemunſter onſe Vader *ann.* 1412

MAJUS.

VIII. *Maji* —— *Beertgen van Cuyck ons mede ſuſter a.* 1616

Eod. —— *Lysken van Heeſwyck ons ſuſter ann.* 1461

J V.

IUNIUS.

VIII. *Iunii* —— *Neelgen Verborch onſe ſuſter* *ann.* 1599
XI. *Iunii* —— *H. Wermbout onſe waerdige Vader wel* 30. *jaer* — — *ann.* 1413
O. —— —— *Herman van Weede twee ons ſuſteren vader* — — — *ann.* 1541

IULIUS.

XXI. *Iulii* —— *Mr. Ian van Wede Canonick ten Doem, twee ons ſuſteren broeder* — *ann.* 1585

NOVEMB.

VIII. *Novemb.* —— *Henrick van der Borch, onſer drie ſuſteren broeder met ſyn ouders ende vrienden* — — — *ann.* 1596
O. — — *Gouda van Wede, twee ons ſuſteren moeder* — — — *ann.* 1566
O. — — *Iuffrou Eliſabet van der Borch, met haer ouders ende vrienden* —— *ann.* 1542
O. — — *Dave van Wede onſe Suſter* *ann.* 1542

Legaten ons by teſtament gegeven.

Ian Trienden *ons Suſter broeder vyftich Bourgoenſche ſchilden Ann.* 1458.

Mr. Hubert *van* Boechout 40. *Rynsgulden, Ann.* 1459.

Hubert *van* Pallaes *ons Suſter broeder* x. *Aernhemſe guld.*

De Vrouw van Schagen *een grauwen ſyden tabbaert tot een caſufel ons voor haer te bidden* — — — *ann.* 1484

Iuffrou Alfera *van* Zevender *een ons Suſteren Suſter een gouden croon.*

Iuffrou Mechtelt *van* Homoet 12. *Rynsgulden.* —— *Ann.* 1492

Die Iuffrou van Zweten 20. *Rynſche gulden, daer wy om gecoft hebben 't Cruyce op ons blauwe caſuyfel fluweel.*

Bartholomeus *van* Wede *ende* Wendelmoet *ſyn wyf een ons ſuſteren vader ende moeder* 65. *guld. daer van gemaeckt een Brudſe aen onſe cap. Noch hondert gulden om voor te bidden.*

VIII. Patres, quorum mentio hic, Confeſſores ſunt monialium. Miniſtræ, quæ à ſervitiis. Quæ habitu non mutato profeſſæ operas & obſequium & ſe & ſua omnia in monaſterium traducunt. Choppin. *lib.* 1. *monaſt. fol.* 136. Miniſtræ ejuſmodi etiam monachis. Etiam ordini Iohannitico, ſeu equitum Melitenſium. Exemplum habet luculentum charta Ann. CIↃ. CCCC. XIII. *want Noede Scutenbacker ende Hille ſyn echte wyf &c. voir ons ende onſen Capittel ootmoedelycke gecomen*

men ſyn, ende hebben tot Gods eeren, ende hoirre euwige ſalicheyt hoir lyff ende goet dat ſy nu hebben, ende namaels werven ende krygen mogen, Gode van Hemelryck, den goeden ſunt Iohan, met vryen wille, in onſen handen Broeder Aernts van Doenen Baliers ende Commandeurs voorſz. tot behoeff des ſelven Convents &c. geheelichlic opgedragen ende overgegheven, ſo hebben wy &c. Et ſic quamvis monialibus cum viris nullum commercium, & Confeſſor tamen fuit, & fratres fuerunt laici, qui ab obſequiis ipſis, à ſervitiis, ſe & ſua ipſis devoverant, monachi ad ſuccurrendum, *Leken-monnicken*, ut in Actis Ultrajectinis ad Ann. 1546: *des Saturdachs den x. Iul. Beſleſt by den Rayde op huyden vergadert weſende, alſe datmen tot deſer Stadt coſte van Stads wegen beſtbryven ſal een Lekenmonnick van Mariendael, ende noch andere perſonen, die kenniſſe hebben van den ſtroom in der Lecken te bedwingen ende te leyden.* Nemo autem admiſſa, quin mox ab ingreſſu ſponderet, quod ſpondendum, hac aut ſimili verborum forma: *Ego ſoror Adriana promitto ſtabilitatem meam & converſionem morum meorum & obedientiam ſecundum regulam S. Benedicti coram Deo & ſanctis ejus in hoc monaſterio, quod eſt conſtructum in honore S. Mariæ virginis, ſanctique Laurentii martyris in præſentia domini Petri Licentiati, Confeſſoris noſtri, & domina noſtræ Gertrudis Abbatiſſæ.* Etiam monialibus, ut ex chartis paſſim patet, uſitata Latinitas. Nequis miretur: in eccleſiis Occidentis, ut à Græcis diſtinctio eſſet, non alia olim uſi, inſciis tamen vi verborum, ne ullis locus fallaciis, prius certius declarata.

FUNDATIO XXI.

Monaſterii XI. MILLIUM VIRGINUM *Ultrajecti, quod & vulgo* BRANDOLY

ANN. CIↃ. CCCC. XII.

Fundatio ejus hæc eſt: FREDERICUS *de* Blanckenhem *Dei gratia epiſcopus Trajectenſis univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem in domino ſempiternam. Speciosus forma ſponſus eccleſia Dn. Ieſus Chriſtus inter cetera ſanctitatis inſignia præcipue diligit caſtitatem, ut ſibi virgini nato de virgine virgines famulen-*

tur.

tur. Statum etiam vidualem à ſua miſericordia non repellit, cum juxta ſacræ ſcripturæ eloquia non ſolum conſtat virgines ſed etiam devotas viduas ad regna cœleſtia pervenire. Hac conſideratione commoniti honeſti viri Abraham Dole civis Trajectenſis & Dn. Iacobus filius ejus presbyter, ac nonnulla virgines ac vidua cupientes terrena in cœleſtia & tranſitoria in aterna felici commercio commutare, quasdam annuas penſiones, terras, & alia bona, nec non ædificia per nos in domum Conventualem erecta cum Capella & altari de noſtra licentia conſecratis in honore omnipotentis Dei, & glorioſæ virginis Mariæ, ac ſanctarum undecim millium virginum honeſte & congrue conſtrui procurarunt congrua portione pro ſuſtentatione Rectoris ipſius Capellæ aſſignata, ad hoc ut in eadem habitatione virgines & viduæ reciperentur & hujuſmodi bonis uterentur, deſiderantes ſub modo vivendi Ordinis de pœnitentia vivere in communi. Et cum hujuſmodi virgines & viduæ aliquot annis ſub modo vivendi hujuſmodi ordinis laudabiliter fuiſſent invicem converſatæ, arctioris vitæ deſiderio æſtuantes elegerunt de conſilio Curatorum ſuorum civilis eccleſiæ Trajectenſis ſub clauſura perpetua vias ſuas dirigere, & accenſis lampadibus predicto obviam ire ſponſo, ſupplicantes humiliter quatenus hujuſmodi piæ intentioni noſtrum dignaremur patrocinium impertiri. Nos ipſarum piis deſideriis inclinati volentes earum devotionem favore proſequi gratioſo Venerabili & religioſo viro Dn. Arnoldo Abbati monaſterii S. Pauli in civitate noſtra Trajectenſi committimus & mandamus, quatenus virgines ac viduas ſupradictas per unius anni ſpatium, quod eis pro probationis anno aſſignamus in Capella & ædificiis antedictis auctoritate noſtra diligenter includat, ut ſic medio tempore hujuſmodi clauſuræ experiantur rigorem, ne unde ſpiritualis profectus quæritur propter inexperientiam ſalutis diſpendium ſera pœnitentia ſubſequatur. Et ſi infra annum probationis hujuſmodi vel eo revoluto omnes vel earum aliquæ exire voluerint liberum eis concedat egreſſum. Si vero ibidem permanere & perpetuo includi elegerint in nomine Domini auctoritate noſtra hac vice duntaxat includas eaſdem, vel ſaltem tot ex eis, quot de bonis temporalibus ſibi à Deo collatis poterunt commode ſuſtentari, ipſum incluſorium prout moris eſt benedicendo, ita quod ipſæ ibi perpetuo maneant ſub clauſura, nec ulli earum quacunque ratione vel cauſa ipſum incluſorium pateat, nec ſit deinceps egrediendi facultas, niſi aliqua tam rationabilis cauſa ſuperveniret, propter quam nos vel noſtri ſucceſſores epiſcopi Trajectenſes ad concedendum eis egrediendi licentiam merito poterimus inclinari. Et quo-

tiens ipſis inclusis pro tempore viſum fuerit aliquam aliam vel alias in futurum cum ipſis de novo debere includi, Rectori pro tempore dictæ Capellæ ſanctarum undecim millium virginum *juxta formam premiſſam auctoritatem committimus includendi, eidem Rectori per ipſas incluſas pro tempore viſitationis ſecundum formam Regulæ earum annuatim fiendæ de conſilio & conſenſu viſitatoris & miniſtri annis ſingulis eligendi ſtrictè committimus injungendo, ut pervigili cura ſuper ipſas incluſas & earum congruo regimine pervigilet, de illicitis ſiquæ commiſerint vel ſi inſolentes fuerint auctoritate noſtra ordinaria corrigendo. Et ſi pertinaces quod abſit reperiæ fuerint, & culpa talis extiterit nobis vel noſtro pro tempore ſucceſſori, vel in ſpiritualibus Vicario, ſeu etiam ipſarum viſitatori ſecundum inſtitutionem Regulæ earum de conſilio miniſtri denunciet arctius puniendas, ceteraque omnia & ſingula in litteris, quibus præſentes noſtræ litteræ ſunt tranſfixæ, contenta auctoritate ordinaria confirmamus harum noſtrarum teſtimonio literarum. Datum anno Domini* CIↃ. CCCC. XII. *menſis Octobris die nona.*

Nos Petrus *filius* Iohannis *&* Iohannes *alter* Elſweert *Curati in ſolidum civilis eccleſiæ Trajectenſis per duos ſolitæ gubernari, dilectis nobis in Chriſto miniſtris & ſororibus domus* undecim millium virginum *ordinis* de pœnitentia S. Francisci *infra parochiam noſtram conſtitutis Salutem & ſinceram in domino caritatem. Ea quæ pro cuſtodia & devotione perſonarum fœminei ſexus noſtræ* † *parvitatis commiſſarum expediunt eo libentius concedimus, quanto conſtat eas propter ſexus fragilitatem propenſiori auxilio indigere. Quatenus igitur devotæ perſonæ parochianæ noſtræ ſorores ordinis* S. Francisci de pœnitentia *nuncupatæ, uſque ad viginti quatuor perſonas inclusive, & non ultra, donec Domino per noſtrum conſilium includendæ infra dictam parochiam noſtram in Conventu* undecim millium virginum *commorantes, gratia majoris devotionis & cuſtodiæ, honeſtum & diſcretum presbyterum in earum Confeſſorem eligere valeant, qui de mandato & commiſſione noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum recipiet auctoritatem, ut valeat in ipſarum Capella miſſas & alia divina officia etiam cum nota celebrare? ipſis quoque ſororibus pro tempore exiſtentibus, earum commenſalibus continuis per ſpatium dimidii anni ad minus cum eiſdem commorantibus, auditis confeſſionibus & pro modo culpæ pœnitentia ſalutari injuncta, abſolutionis beneficium impendere, & eiſdem, quotieſcunque devotio exegerit, & opportunum fuerit, verbum Dei prædicare, & eccleſiaſtica ſacramenta videlicet corporis Chriſti*

† paternitati.

& ex-

& extrema unctionis valeat miniſtrare. Quæ ſacramenta pro majori earum devotione in Capella prædicta in loco ad hoc decenti & ornato continue conſervari, & ut honeſti viri Abrahæ *dicti* Dole *civis Trajectenſis, &* Criſtinæ *uxoris ejus, & Dn.* Iacobi *filii eorundem, qui dictam Capellam fundaverunt, & prædictarum ſororum, ac earum commenſalium, ut præmittitur, pro tempore decedentium corpora cum frequentatione exequiarum, prout moris eſt, per earum Confeſſorem in prædicta Capella ſepeliri poſſint, volumus; eamque commiſſionem nos & noſtri ſucceſſores dabimus dicto Confeſſori abſque omni difficultate, dummodo auctoritas ordinaria epiſcopi Trajectenſis ad præmiſſa acceſſerit, & preſentibus indulgemus, ita quod alii parochiani noſtri ibidem non ſepeliantur, niſi noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum petita licentia & optenta, Salvo tamen quod nobis & ſucceſſoribus noſtris pro tempore Curatis eccleſiæ noſtræ prædictæ annuatim dabunt duo ſcuta antiqua monetæ Regis Franciæ, vel valorem eorundem, prout eccleſia Trajectenſis pro tempore recipient. Et pro qualibet perſona dicti loci, ut præfertur, pro tempore decedente unum loet argenti, quod ſorores dicti Conventus pro ſe & earum ſucceſſoribus pro tempore pro portione canonica & oblationibus occaſione ſepulturæ ac alias undecunque provenientibus, & pro indemnitate ipſius eccleſiæ prædictæ, ac aliis obventionibus univerſis, ſingulis annis, mediam partem in octava Paſchæ, & reſiduam partem in feſto S. Victoris realiter & in effectum promiſerunt ſolvere. Et ſi* Abraham Dole *&* Criſtina, *ejus uxor, ac Dn.* Iacobus *presbyter filius eorum prædicti ibidem ſepeliri elegerint, dabit quilibet earum ſolis pro oblationibus noſtris unum antiquum ſcutum monetæ prædictæ, vel ut præmittitur valorem ejus. In quorum omnium teſtimonium præſentes literas ſigillorum noſtrorum fecimus appenſione muniri. Datum anno Domini* CIↃ. CCCC. XII. *Dominica poſt feſtum beati Bartholomei Apoſtoli.*

1. *ut ſibi virgini nato de virgine virgines famulentur.* Non puella tantum virgo, ſed & omnis, qui cœlebs. Liutprand. l. *hiſt.* 5. *Videamus igitur quid Ioannes, non quilibet, ſed virgo ille egregius, cœleſtis ſecreti conſcius &c. ſuper talibus dixerit.* Omnis quæ innupta. Nam & vidua vocatur virgo & ea quæ peperit. Horat.

——— *miſeræque nuper*
Virgines nuptæ.

Virgil. *eclog.* 6. de Paſiphae trium liberorum matre:

Ah virgo infelix, qua te dementia cepit.

Quod ad eam, quæ peperit, Terentio & hæc virgo, ut in Adelph.

Hieron. *in Proleg. S. Ioannis: Ioanni ſuam matrem pendens in cruce commendavit dominus, ut virginem virgo ſervaret.*

Puer natus, nihil habet virgo. Salutari jubet Ignatius epiſt. ad Smyrnæos τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας. Et Clemens Alexandrin. *lib.* 1. ἡ χήρα, inquit, διὰ σωφροσύνης ἄνθις παρθένος, *vidua propter continentiam rurſus virgo.* Vid. Taubman. *ad Plaut. Ciſtell. act.* 2. *ſc.* 3. *& ad Stich. act.* 1. *ſc.* 3. Velſer. *ad Paſſion. S. Afr. n.* 14. Ziegler. *de Diacon. cap.* 19. *n.* 23. Goldaſt. *philolog. epiſt.* 27.

II. *glorioſæ virginis Mariæ, & ſanctarum undecim millium virginum.* Hæ, ut fama eſt, ab Attila cæſæ apud Coloniam circa Ann. cccc. lv. aut præter propter. Otto Friſingenſ. *lib.* 4. *hiſt. cap.* 28. *Hic etiam, dum ubique terrarum diſcurreret,* xi. *millia virginum apud Coloniam Agrippinam martyrio coronavit.* Sola cladi elapſa S. ut ajunt, Cunera, quæ erroribus poſtquam feſſa in diœceſin ſe contuliſſet ad Haymonem quendam † toparcham, unde nomen Haymonis monti, vulgo *den Heymenbersch*, Rhenenſi opido imminenti, non ob corporis tantum formam, ſed ob virtutem etiam & induſtriam, dilecta ab eo & adamata eſt. Sed quum uxor non ferret tractata peſſime à miniſtris, ſuffocata etiam tandem, & in ſtabulum abjecta, diu autem demum poſt locum incolis indicantibus tranſlata à Willebrordo. Et hæc ipſa eſt S. Cunera, qua Rhenum opidum in diœceſi gloriatur patrona. Habet fabulam, & eam latius exponit Io. à Leidis *d. lib.* 1. *cap.* 4. *& ſeqq.* Add. Buchel. *ad Hed. hiſt. Ultraj. p.* 185. Virginum corpora viginti quatuor inventa apud Coloniam aſſerit Albericus ad Ann. 1223. addita ibi fabula, cujus fides ſit penes ipſum: *Apud Coloniam*, inquit, *intrante Auguſto viginti quatuor corpora ſunt inventa de ſocietate undecim millium virginum; ubicunque autem corpora virginum debent inveniri, candelæ videntur ardentes ſuper tumbas apparere, & illas candelas non poſſunt niſi virgines videre pueri vel puellæ.* Sparſæ ipſarum reliquiæ & veræ & ementitæ. Et ut vulgo fit credulis paſſim aliquid oſtentatur. Henr. Wolter. *apud Meibom. to.* 2. *rer. Germ. ad Ann.* 1436. *Item deſtinavit eundem Capellanum ad monachos in Huda, & obtinuit duo capita* xi. *millium virginum, quæ adhuc ſunt in Vardis, cum duabus tibiis de iiſdem.* Verum fabulam exploſit, etiam ex Pontificiis, doctiſſimus quiſque. Merum habuit commentum, & cauſas addidit non contemnendas ſcriptor non proletarius Gobelin. Perſona *Coſmodrom. ætat.* 6. *cap.* 14. Nec in alia ſententia fuit ſuperiori ſeculo Herm. Flejen SS. Theol. Doct. & S. Cuniberti Colonienſis Decanus de fabulæ loquens vanitate. *Ex quibus*, inquit, *p.* 701. *manifeſtiſſimum eſt doctiſſimum virum, & in eccleſiaſticis rebus diu multumque felicisſime verſatum* (ſermo eſt de Baronio) *omnes illos, qui revelationes, de quibus ſupra diximus,*

† Rheni regem Inepte Io. à Leidis *lib.* 1. *hiſt. cap.* 4. ubi & mendoſe pro Renen *Reney* eſt.

Digitized by Google

mus, in deſcribenda virginum hiſtoria ſequuntur, repudiare, neque ullam illi fidem attribuere, quomodo & plerique ante ipſum, ut Melchior Canus epiſcopus Canarienſis lib. 11. de loc. Theolog. obj. 13. item Crantzius in metropoli, Trithemius Abbas in epitome hiſt. Francor. & his antiquior Gobelinus, & nullam vel certe parvam iiſdem revelationibus & viſionibus fidem hactenus adhibuerunt. Et ad me quod attinet libere & ingenue profiteor mihi revelationes iſtas ſemper fuiſſe ſuſpectas. Nec vero ſine cauſa: multa enim in revelationibus iſtis proferuntur abſurda, inter ſe pugnantia, & à veritate prorſus aliena, & alibi: *quoniam nulla nituntur veritate, merito non tantum revelationes iſtas habui ſuſpectas, ſed & hiſtoriam virginum ex iiſdem conſcriptam.* Ut veram tamen hiſtoriam tuetur mordicus & defendit Hermannus Crombachius vaſto opere in id edito Ann. 1647. voto ad id obligatus, cum ex febri decumbens, puellis his invocatis, quæ in rerum natura nunquam, remedium ſenſiſſet mali. Sed audiamus, ſi placet, virum longe doctiſſimum Joh. Philippum à Voorburg. *rer. Germ. vol. 3. p. 160. Cur*, inquit, *Sulpitius Alexander, qui, ut Gregor. Turonenſis ex ejus hiſtoriis lib. 2. cap. 9. ait Francos Genebaldo, Marcomere, & Sunone Ducibus Ann. 388. in Germaniam prorupiſſe, ac pluribus mortalium limite irrupto cæſis fertiles maxime pagos depopulatos, Agrippinenſi etiam Coloniæ metum incuſſiſſe teſtatur, ſtragem tot & tantarum ex regio & illuſtri ſanguine virginum tam inſignium tacuit? Cur Ambroſius tantus virginitatis præco dum Hunnos atque Alanos Galliæ appropinquaſſe epiſt. 17. dicit, in Galliam etiam & ad Rhenum penetraſſe, atque tam nobilem ſanguinem hauſiſſe, non addidit? Cur Hieronymus tantus impudicitiæ cenſor, qui à Vandalis præcipuas à Rheno ad Sequanam civitates everſas, qui Romam ab Alarico captam epiſt. 16. memorat, tam diram Hunnorum crudelitatem omittit? Cur Oroſius ſummus Catholicæ religionis patronus eam tacet? Cur Proſper Aquitanicus, cur Comes Marcellinus, cur Iornandes, cur hiſtoriæ Miſcellæ Auctor, hanc nec attingunt quidem? Cur Socrates, Sozomenus, & Theodoretus, tanti religioſarum fabularum & miraculorum captatores iſtam tamen fabulam præterierunt? Cur, inquam, quia nec dum nata erat.* Sufficit, ni fallor, id. Si cui non ſufficit Meibomium porro adeat ad *d. loc. Gobelin. rer. Germ. to. 1.*

III. *deſiderantes ſub modo vivendi ordinis de pœnitentia vivere in communi.* Franciſcani in tres ordines ſeu claſſes diſtincti. Tertia eſt Pœnitentium. Hoſpinian. *de orig. monachat. lib. 6. cap. 12.*

IV. *arctioris vitæ deſiderio æſtuantes eligunt &c. ſub clauſura perpetua vivere.* Arctioris vitæ, cum cœpiſſent, monachi olim omnes. In de-

ſertis

ſertis primum non in urbe. Vitabant hominum frequentiam. Solitudo in deliciis. Incluſi cellis, ut piſcis aquæ. Hieronym. ad Paulinum: *Sin autem cupis eſſe quod diceris, monachus, id eſt, ſolus; quid facis in urbibus: quæ utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum.* Unde & illud Rutilii *verſ.* 439.

Proceſſu pelagi jam ſe Capraria tollit
Squallet lucifugis inſula plena viris.
Ipſe ſe monachos Graio cognomine dicunt.
Quod ſoli nullo vivere teſte volunt.

Sed ut nihil immotum, nihil ſtatu eodem manens, ſic nec eadem ſemper monachis manſit mentis conſtantia. In urbes poſtquam migrarunt, quod factum in Oriente circa Annum CCCLXX. in Occidente circa Ann. CCCLX. ut Ambroſius teſtatur *epiſt.* 62. *ad Vercellenſem eccleſiam*, poſtquam deſcivere ab illo vetere inſtituto è cellis paſſim vagabundi, ſucceſſerunt, qui memores primævæ ipſorum vitæ, ut abſtracti à terrenis cœleſtium duntaxat vacarent contemplationi, devoverunt ſe cellis, pedem hinc non moturi, niſi cauſa prius cognita, & licentia egrediendi ab epiſcopo conceſſa. * *Incluſi* vulgo, *Recluſi*, ἔγκλειστοι, ut dicunt Græci, quorum paſſim exempla.

* Hinc cella ſeu locus incluſum continens Cluſa. Wilbrandus ab Oldenburg. apud Allat. in συμμικτ. n. 133. *In medio vero monte &c. ait caſtrum &c. ſub cujus pede videmus cluſam, in qua beata Maria Magdalena per tempus egit pœnitentiam.*

Sororibus domus undecim millium virginum. Vulgus Trajectenſium vocat *Brandoly*. Sed nec novit Auctorem, nec unde ita denominetur. *Brandole* olim dictum. Vox compoſita & quæ coaluit ex *Abraham Dole*, qui eſt loci Fundator. Olim ibi domus, cujus dominus Iohannes Droom, à quo Dromenburch dicta, ut vidi ex literis Ann. 1347. Meminit Tydemanni Droom habitantis in capite plateæ dictæ *Nyeſtraet* charta Ann. 1338. Situm domus expreſſit, & ſimul domini ejus nomen charta Ann. 1405. * *Allen &c. doen wi &c. dat voor ons quam int gerechte* Iohan Droom, *ende gaf Gerrit van Raepborſt den vryen eygendom van der helfte van de huſinge ende hoffiede tot Dromenburch, alſo alſe gelegen is onder die Smede tuſſchen der Reguliersbrugge ende Rodenburger brugghe, eggen ende eynden, ende voort voor ende after mit allen boeren toebeboren, alſe gelegen ſy, ende mitten poortwegen, die daer toebeboren, alſe die eene uytgaende in de nieuwe ſtraet, ende ander in de Rodenburger ſteghe &c. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ende vive des Donderdachs na St. Ambroſius dach.*

Cæterum addam hac occaſione, quod quum clerus Ultrajecti eſſet, ut & alibi, à tributis immunis, nec propter prædia quicquam penderet, eſſent autem urbis reditus, quotannis hac ratione, quum creſceret ſuperſtitio, non modicum imminuti, cautum quidem à magiſtratu, nequit

quis prædia quocunque titulo in manum mortuam transferret, Ann. 1446. *'sVrydachs op St. Servaes dach*, ſed exceptis nominatim quatuor monaſteriis, in quæ licuit nihilominus, ex quibus & hoc, de quo nobis jam ſermo eſt. Eodem anno *des Donredages opten* XIII. *avont: Overdroegen die Raide out ende nye, dat die vier Suſterhuſe binnen onſe Stat, alſe van ſante Cæcilien, den* XI. *duſent magheden, bi onſer Vrouwen gaſthuys in den wyngaert in der Oudelle, ende van ſante Agnieten an ſunter Claes Kerckhof, ruſtelic behouden ſullen ſulcke Hoffſteden ende getimmerten als ſy nu bewonen, ende andere daer toe mogen copen, gelyc die brieven, die ſy daer of hebben en geven ſellen, dat inhouden ſelken mit meer woorden.*

FUNDATIO XXII.

Ædis S. BARBARÆ, *& ejuſdem dotatio*

SECULO XIV.

I. Seculo XIV. haud dubie ædes fundata. Fundator civis exiſtimatur, cui *Backer* cognomen, ædes habens prope pontem, qui & nomen ab eo habet, vulgo *de Backerbrugh*. Sic vidi in Adverſariis à Lappio notatum. *Seculo* XIV. dico. Sequentis enim initio inſigne hoc augmentum acceſſit doti, quod ſequitur:

Wy Willam *van* Wede, *Prieſter ende beſitter op deſe tyt des autaers in ſinte* Barbaren *gaſthuis aen de plaetſe t'Utrecht*, Dirc Haſart *ende* Iacob *van* Dyck *Procurators in deſer tyt*, Pauwels *van* Nymagen, Tyman Droem, Willam Voerloep, Tyman Trinde, Peter Pot, Willam *van* Mierſen, Gerrit *van* Wede, *ende* Aernt Ewouts *Broeders ende Regeerders des gaſthuys voornoemt, doen condt ende kenlick allen luden, dat wy met goeden voorſien ende wel beraden voer ons ende voer alle onſe nacomelingen, de na ons Prieſters, Procuratoers, Broeders ende Regeerders des Gaſthuis voorſz weſen ſullen, ons verbonden hebben, ende verbinden met deſen openen brieve aen handen* Timan Trinde *ons medebroeders voernoemt, ende Iontfrou* Beatrix *ſynen wyve, ende horen nacomelingen, die in elker tyt t'huys te* Bliderſteyne . . . . . Tyman *voorſeyt den voorn. Gaſthuſe daer op gegeven heeft den vryen eygendom vander helft van derdehalf mergen lants, alſo hy die liggende had tot* Vlueten *in vyftien mergen lants gemeen mitten broeders des Gaſthuys*

voorſz, ende metten Suſteren die after opter voorſeyder Hofſtede woonen, welck lant Willam Giſebrecht Hugen *ſoons ſone van* Malſem *op deſe tyt bruyckt, in der eeren Gods te houden ende te voldoen ten ewigen dagben alſulcke punten en weldaden, ende in alſulcken manieren als hier na beſchreven ſtaet. In den eerſten ſo ſelmen alle jaer opten witten Donderdach die broeders te ſamen doen comen in den voorſz Godshuyſe, alſe de clocke een ſlaet na middach, ende daer ſel die Prieſter des autaers voorſz mede weſen, en ſal enen Prieſter tot hem nemen, ende ſes klercken, En dan ſal onſe Prieſter mette Procuratoers dat ambocht beginnen van den* mandaten, *alſe gewoonlic is in andere Godshuſen, ender daer ſellen ſi der ſiecke voete dwaen, ende dan ſalmen geven elken broeder die daer is, ende den tween Prieſteren elck een* mandaet, *dat is te weten een broot van anderhalf kerve, ende een nieuwe ſcottel mit appel ende noten als gewoonlick is te* Buerkercke, *ende elcken ſieckeu die daer in den huſe leyt een* mandaet, *dats te weten elck een broot, de helfte minre dan der broeder broot, ende een ſcottel mit appel ende noten. Voort ſo ſelmen drie werven onder dat ambacht wyn ſchencken, alſe gewoonlick is te* Buerkerck, *ende ſullen wy mede dan geven alle jaer eweliecken den Suſteren, de after opter Hofſtede voorſz woonen een take wyns, ſulcks alſe dat ten tappe loopt tot hoere* mandaet, *om dat ſy bidden ſellen voor* Tyman Trinde, *ende Ioncfrouw* Beatrix *ſynen wyve voorſz, ende voor hoir kynder, ende voir hoir twier ouders. Ende die geene die dat huys te* Blidenſteyn *ſyn waer alſe voorſz is, die ſel altoos hebben tot ewigen dagen des witten Donderdachs een volle* mandaet *ende een vleſſche wyns, ſulx alſe dan ten tappe loopt, om dat hy toeſien ſal, dat alle punten geſchieden, alſe bier voor ende hier na beſchreven ſtaet. Ende de clerck ſal hebben een broot ſo groot alſe vier uyt een kerve, ende wat appel ende noten. Ende rechtevoort na der* mandaten, *ſo ſal die Prieſter metten broederen voor den autaer begangeniſſe doen met den veſpere, met* miſerere *en* de profundis, *ende de commendatien die dair toebehooren voor* Tyman Trinde *ende Ioncfrou* Beatrix *ſyn wyf ende haer kinders, ende hoer twier ouder ſielen, ende daer ſys voor begeeren, als men te* Buerkercke *Heer* Iohans *van* Lewenberch *pleegt te doen. Voort ſo ſellen de Procuratoers dan rechtevoert, eert volck wechgaet, enen goeden man bewerven, die dat heylige avont na in der Capellen predickt, ende die ſal hebben 't payement van eenre vleſſche wyns voor ſyn arbeyt. Ende wie van de broeders bedde vaſt waer, ofte buten der Stat waer, dat kenlick waer om dingen, die hy te doen hadde, die ſoude ſyn* mandaet *hebben, gelyck dien die daer waren, ende anders niet, ſonder arch. Ende*

wan-

wanneer dat Sermoen *uyt is, ſo ſel onſe Prieſter, ende de ander Prieſter, ende de klercke de die* mandaet *gehat hebben, ende de broeders daer verſament, de dommel metten ſingen, ende doen ſingen, alſo ende in allen manieren, als men in des heylich Cruys Capelle t'Oudemunſter pleegt te doen. Des waert dat ſaecke, dat dit voorn. gaſthuys verginge, dat Godt verbieden moet, ofte datmen alle deſe punctten niet en dede volcomelicken, als voorſz is, ſo ſoude de helfte van derde half mergen lants voornoemt, komen aen de kerckmeeſters van de* Buerkerck *t'Utrecht, ende die ſouden d'een helft uytreycken totter* mandaten *te help, die men jaerlicx te* Buerkerck *doet, ende ander helft ſouden ſy jaerlix ewelick uytreycken den ghenen, die in elcker tyt t'huys te* Blidenſteyn *ſyn waer, alle arch uytgeſeyt, Ende waere dat deſe brief gatich ende gequeſt worde, of enich ſegel aen braecke, dat en ſoude aen deſen brief oft loſte niet hinderen of ſchaden, Ende om dat wy willen dat alle deſe voorn. punten vaſt ende ſtade bliven, ende wel gehouden weraen tot ewigen dagben, ſo hebben wy des Gaſthuys ſegel voornoemt aen deſen brief gedaen, Ende om die meerre ſeeckerhede ende veſteniſſe, ſoo hebben wy ons ſelfs ſegelen mede aen deſen brief gedaen. Deſer brieven ſyn twee. Des hebben wy eene in des Gaſthuys kiſte, ende ander heeft* Tyman Trinde, *ende ſal hebben en behouden de gheen die* Blidenſteyn *ſyn is, alſe voorſz is. Gegeven int jaer ons Heeren duyſent vier hondert en veertbien, des Woensdachs na ſint Mattheus dach Apoſtel ende Euangeliſt.*

II. *des autaers tot ſinte Barbaren gaſthuys.* Et hæc inter Divas. Meminit S. Barbaræ, quæ ſub Diocletiano martyrium paſſa in Etruria, Hermannus Contractus ad Ann. Chr. 300. Natam Antiochiæ dictitaſſe ait famam Wilbrandus ab Oldenborch, qui iter fecit in Syriam Ann. 1211. poſt epiſcopus Trajectenſis Ann. 1227. Vid. ejus itinerarium quod inter *σύμμικτα* juſſit edi Leo Allatius *p.* 133. Debetur prima ejus celebritas Leoni Philoſopho, qui imperio potitus ab Ann. 886. uſque ad Ann. 912. & qui primus Conſtantinopoli poſt delatum eo corpus ei ædem extruxit. Corpus deinde Legati Veneti, ubi dono ipſis datum, Anno 1003. in Capellam Ducalem tranſtulerunt Venetias. Anno autem 1109. tranſiit ad eccleſiam S. Ioannis Evangeliſtæ, ſervatum hodie à Ieſuitis, ut ſcribit Papebrochius 1. *Reſponſ.* 11. §. 14. *n.* 106. Sed de toto id accipiendum an de potiſſima ejus parte ratio eſt dubitandi, quod Albericus teſtetur, quod major corporis pars Genuæ. Ita enim ad Ann. 1131. In *Lombardia fundatur Abbatia ſancti Andreæ Ianuenſis. Ibi habetur major pars corporis ſanctæ Barbaræ virginis, quæ paſſa eſt in Tuſcia.* Alioquin nec Euſebius, nec veterum Græcorum

quiſquam, uſpiam ejus meminit. Nec habet quicquam Morellus, quod aut ætatem ejus ſpectet, aut annum, quo vixit. Etiam dubitat Papebrochius, an Barbara verum nomen, & an non datum defunctæ, quum incertum eſſet ejus nomen, quod advecta ex Barbaria *ibid. n.* 110. Moris enim Pontificii, ut & mortuos baptizent, id eſt, nomen aliquod iis indant, ſeu viri, ſeu fœminæ, quorum nomen incertum, & quorum agnita tamen ſanctitas & re diſcuſſa approbata. Idem 1. *Reſponſ. art.* 10. §. 4. De hac poſtquam conſtitit, etiam cultus invaluit, & hic poſtquam invaluit, mox & adſunt virtutes, quæ vulgo Sanctis tribuuntur. A proprio, ut ajunt, patre cum Chriſtianam intellexiſſet, incluſa primum turri, ad Præſidem dein ducta, & patris poteſtati ab eo rurſum permiſſa, propria cæſa ipſius manu. Docet hymnus Anonymi, quem Græce ſcriptum in ejus laudes Morellus edidit Pariſiis Ann. 1614. Latius rem exponit Ioannes Damaſcenus, ut Allatius teſtatur *lib. de Symeonum ſcriptis p.* 113. Vixit autem Damaſcenus medio ſeculo VIII. ut teſtis eſt Papebrochius *ibid. n.* 111. credulus nimis Auctor, nec fabulas ab hiſtoriis diſcernere ſatis ſciens. Scripſere ejuſdem commatis poſterioris ætatis Græci, Georgius Grammaticus & Arſenius Corcyrenſis miris paſſim encomiis. Allat. *ibid. p.* 90. & 92. Quibus nec Latini, qui ſecuti eos, pareunt. Henricus Thaborita, qui ſub Maximiliano & filio ejus Philippo vixit, Auctor hactenus nondum editus, & cujus autographum utendum conceſſit vir & doctrina & judicio præcellenti Menſo Alting Conſul Groninganus, ad tempus Diocletiani paſſionem ejus refert *lib.* 3. *Chron. cap.* 16. ubi paucis de ea ita: *Barbara virgo pulcherrima & nobilis à patre deprehenſa, quod eſſet Chriſtiana, tradita eſt Muciano Præſidi. Et quum videret eam in fide immobilem juſſit eam virgis cædi, deinde verſis pedibus ſuſpendi, & cum malleis caput ejus tundi. Poſtea juſſit eam in eculeo ſuſpendi, & ad latera ejus lampades applicari, & mamillas amputari. Deinde juſſit eam per totam civitatem nudam duci, ſed ſtatim angelus ei apparens ſtola candida cooperuit eam &c. Tandem à patre decollata migravit ad Chriſtum. Et cum pater de monte deſcenderet, ſtatim cecidit ignis de cælo, & conſumpſit eum, ita ut nec pulvis de eo remaneret.* Matrem vocant *confeſſionis*, & patronam confitentium, & de eo etiam non dubitant, quin quamvis non confeſſus, ea tamen confiſus, confeſſionis fiat particeps ut & euchariſtiæ, & ejus fructum percipiat. Colvener. *ad Thom. Cantipratan. lib.* 2. *cap.* 29. Vulgo etiam habent ad eam preces hujuſmodi:

II.

II. *Ave martyr glorioſa,* *Barbaraque generoſa.*
Paradiſi vernans roſa, *Caſtitatis lilium.*
Ave virgo pulchra tota *Charitatis fonte lota,*
Dulcis, mitiſque devota; *Vas virtutum omnium.*
Ave criminis ignara, *Sponſum audis voce clara;*
Veni pulchra, veni cara; *Veni, coronaberis.*
Ave Barbara ſerena, *Pulchra quaſi luna plena,*
Singulari cantilena *Sponſum agnum ſequeris.*
Ave Barbara beata, *Quæ cum ſponſo præparata*
Nuptiarum ad optata *Tranſiviſti gaudia.*
Ave fulgens margarita, *In corona Ieſu ſita,*
Tam in morte quam in vita *Sis nobis propitia.*

Verſ. Specie tua & pulchritudine tua. Reſp. Intende, proſpere procede, & regna.

Oratio.

Interceſſio quæſumus Domine S. Barbaræ virginis & martyris tuæ ſemper nos adjuvet, ut non ſubito moriamur, ſed ante diem mortis noſtræ ſanctiſſimi corporis & ſanguinis domini noſtri ſacræque olei unctionis ſacramentis ſalubriter muniamur, & ab omni malo protegamur, ut ad cœleſtia regna perducamur. Per eundem Dominum.

Habent & aliam de eadem Antiphonam:

Gaude Barbara divina, *Summe pollens in doctrina,*
Angeli miniſterio. *Gaude virgo Deo grata,*
Quæ Baptiſtam imitata *Es in vitæ ſtadio.*
Gaude cum te viſitavit *Chriſtus vita, & curavit*
Plagas actu proprio. *Gaude quia meruiſti*
Impetrare quod petiſti *Dante Dei filio.*
Gaude, namque elevata *Es in cœlo & delata*
Nobili martyrio. *Te laudante familiam*
Trahe poſt ad gloriam *Finito exitio*

Verſ. Ora pro nobis beata Barbara. Reſp. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oratio.

Interceſſio quæſumus Domine beatæ Barbaræ virginis & martyris tuæ ab omni adverſitate nos protegat, ut per ejus interventum glorioſiſſimum ſacroſancti corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti ſacramentum ante dies exitus noſtri per veram pœnitentiam & puram confeſſionem percipere mereamur. Per &c.

III. Neceſſe eſt obiter, ut miremur hic inconſultam hanc pietatem. Sed ſuperſtitio eſt non pietas. Omiſſo eo, qui ſolus vitam, ſolus gratiam largitur, ſolus pro nobis paſſus, pro nobis mortem excepit, ſolus apud Deum intercedit pro nobis, mediator Dei & hominum, ſolus nos exaudit ſervator noſter Chriſtus, itur ad S. Barbaram, cujus tamen & hiſtoria & paſſio non ſatis certa eſt. Sed non eſt quod miremur. Ipſi ſuperſtitiones ſuas rident paſſim Pontificii. Arenæ Comitis habebant ruſtici divam virginem patronam. Poſuerant ei ſtatuam. Venerati hanc ſubſannabant adjecta hac inſcriptione,

Onſe lieve Vrouwe te s'Graveſande is ons te wille,
Sy heeft twee houten armen, twee peere bomen bille.

Verum ſic ſolent, qui cœco feruntur impetu. Siquid adverſi & non ex voto contingat, Divos Divaſque execrantur, quos colunt. Feſtus dies Sanctorum Pauli & Urbani ſi in fœdam incidat tempeſtatem, eo inprimis, qui dicatus Converſioni S. Pauli, ſi cœlum minetur pluvias, ſolo allidunt ſtatuas, conculcant, abjiciunt. Et ea eſt veſania: Stati dies ſunt quotannis, quibus eas circumferunt, & ingenti cum ſtrepitu, ut fruges lætius proveniant, per agros paſſim deportant. Si non ſuccedat res, conſpurcant, ac ut ſenſu præditas & intellectu probroſis verbis excipiunt. Vulgo etiam architecti perfecto à ſe operi quamcunque addebant notam, etiam infamem. Paſſim id olim moris. Sic in templi pariete pictus aſinus Noribergæ ſacerdotis inſtar dicentis miſſam. Statua ibidem monachi licentius nonnam contrectantis. Porcus Argentorati in majori eccleſia, quem hircus comitatur una cum reliquiis, &c. Et plura ejuſmodi alibi. Wagenſel. *Noriberg.* 1. *cap.* 7. Hotting. *part.* 3. *des Wegweiſers p.* 32.

IV. Cæterum fuit Ultrajecti fraternitas etiam S. Barbaræ, in cujus fundatione expreſſe etiam occurrebat hoc, *ende die myne Iuffron ende martelareſſe ſinte Barbara, die een ſonderlinge vertrooſterſſe is, om te verwerven een goet eynde, ende waerachtige biechte te ſpreken mit berouwe der ſonden, ende mit ontfanckeniſſe der heyligen ſacramenten &c.*

V. *dat ambocht beginnen van der mandaten. Mandatum* hic eleemoſyna eſt, ut ex charta hac paſſim patet, annonæ, pecuniarum, aut cujuſvis rei largitio. Edmundi de Hadenham Annal. *eccleſ. Roffenſis Angl. ſacr. to.* 1. *Ann.* 1148. *Walterus conſecratur in epiſcopum Roffenſem, qui dedit terram, quæ pertinet ad mandatum pauperum in Borſtalle. Mandatum* etiam idem, quod pedum ablutio, quæ cum fiat in *Cœna Domini*, & fieri exiſtimetur juxta Chriſti mandatum pridie

die quam moreretur lavantis pedes Apoſtolorum, & dicentis, quod cantatur tum, *Mandatum novum do vobis*, nec fiat pedum ablutio, niſi lotis etiam nonnihil detur, factum hinc, ut eleemoſyna dicatur etiam *mandatum*. Apud d'Achery *to. 6. Spicil. Decernimus quoque; ut in die Cœna Domini triginta pauperes pro eo mittantur ad mandatum.*

VI. *ſo ſal die Prieſter metten broederen voor den autair begangheniſſe doen. Begangheniſſe doen* eſt factis precibus pro defuncto devote viſere, & circumire ejuldem ſepulchrum. Dixi ad Alciati & Variorum *epiſt. p.* 491.

ende de dommel metten ſingen. Mette eſt cantus Metenſis, ubi primum id genus cœpit. Dixi *mannd. ad jus Canon. cap.* 4.

VII. Erat porro hoſpitale hoc extructum in uſum pauperum, debilium, & ægrotantium, ſervitio ipſorum conſecratis religioſis aliquot fœminis, caſtitatem profeſſis, quarum meminit ſpeciatim Fredericus van Blanckenheim epiſcopus Trajectenſis, ob navatam ab iis operam indulgentiis conceſſis charta Ann. 1394. quæ Latine ad eas ſcripta, & in modum, qui ſequitur:

Fredericus *de* Blanckenhem *Dei gratia epiſcopus Trajectenſis dilectis nobis in Chriſto Aleydi Cluten, Agneti de Kenen, Katerina de Iutfaes, Aleydi de Orke, Agneti de Enſe, Fredericæ Zoudekyns, Ava de Gouda, Mechteldi de Bueren, Wendelmodi filia Petri, Belya de Heuſden, Eliſabethæ filiæ Iohannis, Aleydi Beren, Aleydi de antiquo cymiterio, Eliſabetha de Renen, Mechteldi filia Wilhelmi, Brechta filiæ Theoderici, & ceteris panperibus perſonis fœminini ſexus in hoſpitali beatæ* Barbaræ *in civitate noſtra Trajectenſi commorantibus ſalutem in domino ſempiternam. Ut vos humiles in paupertate & caſtitate viventes, eccleſias devote frequentantes, Romanæ eccleſiæ ejuſdemque Prælatis & Curatis reverenter obedientes, nullis erroribus vos involventes, ſed intimo caritatis affectu vobis invicem ſerviendo ſimul ac invicem in humilitatis ſpiritu in dicto hoſpitali Altiſſimo famulando juxta conſtitut. qq.* XI. *quæ incipit.* Ex injuncto &c. *& pauperibus in eodem hoſpitali æternæ retributionis intuitu fideliter juxta tenorem literarum, quibus hac noſtra præſens litera eſt tranſfixa, miniſtrare valeatis, vobis & ceteris devotis mulieribus vos in dicto hoſpitali in hujuſmodi pietatis miniſterio ſuccedentibus & in præmiſſis vos effectualiter imitantibus auctoritate Apoſtolica atque noſtra licentiam concedimus ſpecialem, hoc ſuperaddentes, ut eo fidelius præmiſſa peragatis, quod quotieſcunque vos & ceteri*

ſer-

ſervientes manualiter in ſervitio pauperum langnentium in dicto hoſpitali cibando, potando, in vigiliis nocturnis laborando, & in qualibuſcunque aliis miniſtrando, eiſdem manus porrexeritis adjutrices de omnipotentis Dei miſericordia & auctoritate beati Martini patroni noſtri confiſi vobis his præſentibus quadraginta dies indulgentiarum miſericorditer indulgemus noſtrarum teſtimonio literarum. Datum anno Domini CIↃ. CCC. XCIV. *menſis Junii die* XV. *Ende was onderteeckent: Io. Thici. Ende beſegelt met een ſegel van roden waſſche door een anderen brief getransfixeert. Collatione facta cum ſuo originali concordat præſens copia, teſte me W. van Galen.*

VIII. Altare in eo conſecratum Deo Opt. Max. beatæ Mariæ matri, Simoni & Iudæ Apoſtolis, & S. Barbaræ prædictæ. Dotem continent codicilli Ann. 1375.

Wy Procuratoers ende gemeene Broeders van ſinte Barbaren Broederſchap der Capellen ende Hoſpitaelhuys t'ſinte Barbaren *Capelle, ter hoger ſtrate neffens der plaetſe t'Utrecht maken condt allen luden, dat wi mit gemenen conſente eendrachtelic gegeven ende bewyſt hebben, geven ende bewiſen mit deſen openen brieve der Papelicker provende des autaers in onſer Capellen voorſeit nywelic geconſacreert, ende gedoteert, ende fundeert in der eeren Gods, ſinte Marien ſynre liever moeder, ſint Simon, ſint Iuden Apoſtelen, ende ſinte Barbaren voorſz, te genaden Ghiſebrecht Backers ende Woudraden ſyns wyfs, ende Gerrit Weddecoeps hoers ſoons ſielen, die dat huys ende erve ter hooger ſtraten mit alle ſinen toebehoren, in al der manieren alſt geordineert is, ind geconſacreert geeſtelic goet te bliven, Gode ende ter armen behoeff dair toe gegeven ende bewyſt hebben, ende der gemeenre Broederen van ſinte Barbaren voorſz levende ende doode, ende mede ten trooſt ende genade alle der geenre ſielen, die den armen in den huſe voorſz mit hore aelmoeſſen te hulpe comen, ende om den ſiecken in den huſe in der Capellen daghelix miſſe te doen, die niet wandren en mogen, hebben wi al alſulc goet, als hier na beſchreven ſtaet, den Papelicken provende in der Capellen voorſz annexeert ende gegheven mit alſulcken goede ende rente, alſe noch hier na ter Papelicker provende des autaers voorſz verſinen ende gegheven mach worden, enen Eerſamen Prieſter van Prieſter te Prieſter, die daer mede verſien wert tot ewighen daghen te verdienen in der Capellen voorſz; in den eerſten twintich margen ende twee hont lants, dair die Vroedſchap ende dat huys voorſz den eygendom off ontfaen hebben, die Willam Awel bruket, ende gelegen ſyn int Zuyteynde van Bertengen, dair*

Heer

Heer Giſebrecht *van* Nywenrode *ende* Dirc *van* Oudaen, *mit haren medewerckers naeſt gelant ſyn aen die overſide, ende Claes Maederkyns erfnamen aen die nederſide, voort acht ende half morgen lants, die Geryt Heynen ſoon bruyckt ende geheten is t'Zullant, gelegen int Noorteynde van Bertengen, Wilc erve ende renten, die dair of verſcinen ſellen ende comen, ſellen der Papelicker provende voorſz. mit allen rechten toebehoren, ende die noch daer toe gegheven mogen worden. Ende hebben tot deſer tyt om nutſcap ende oerbair des voorſz. Huys dair mede voorſien ter eerſter giften* Gerardum Weddeloep *voorſz, want hi daer minne ende vlyt toe draget, ende ſyn goet daer toe gegheven ende bewyſt heeft, alſe voorſeyt is, dat hi die renten jaerlix ſal heffen, opboren, ende verdienen in der Capellen alſo lange alſe hi leeft, ende alſe hi oflivich wert, ende ſterft, ſo ſellen die Prieſters van Prieſter te Prieſter, die daer mede verſien ſullen werden, die renthen heffen ende opboeren uyt den voorſeyden erve jaerlix, die een helfte tot allen ſinte Martyns miſſe in den winter, entie ander helfte tot ſunte Peters miſſe* ad cathedram, *of die Procuratoers van der Broederſcap voorſz ſellen hem alſo vele renthen, alſe dair of comen mach, jaerlicx ten voorſeyden pachtdagen uytreycken ende overgeven van anders der Broederſchap goede ende renthen, alſo verre alſe die Prieſter na Gerardus doot voorſz in der tyt niet verſumet en hadde in der manieren als deſen brieff hout, ende alſo voert jaerlix in dusdanigen manieren eweliken, dat die Prieſter, die na Gerardus Weddeloeps doot voorſz die renten in elker tyt in die Capelle voorſz verdient, dagelix miſſe ſel doen den armen ſiecken in der Capellen voorſz, alſo verre als hi alſo geſont is van live, ende daer toe bereyt, dat hi miſſe doen mach ſonder arch. Ende waert dat die Prieſters na Gerardus doot voorſz, die miſſe dagelicx niet en deden in der manieren alſe voorſz is, ſo ſonden die Procuratoers des Huys des Prieſters renten, alſe hyt verſumet hadde, heffen ende inhouden, alſt beliepe na der tyt dat hy verſumet hadde, ende wederkeeren an enen anderen Prieſter mede te leven als hyt verſumede, of totter Armen behoeff in den Huſe voorſz, alſo dicke alſt geſciede. Ende tot elcker tyt alſe die Papelicke provende vaciert ende open wert, ſo ſellen die Procuratoers, die dan ſyn in der tyt, binnen eenre maent na datſe open wert, die gifte dair of geven puerlicken ende ſimplycken om Gode enen goeden geleerden Prieſter, of enen goeden geleerden man, die binnen jaers Prieſter ſal werden, die de rente in der Capellen voorſz verdienen ſal, ende waert dat hi binnen jaers geen Prieſter en*

worde, ſo verlore hy die rente, ende ſo ſoudemen enen anderen goeden man dair mede verſien, in der manieren alſe voorſeyt is, Ende waere dat die Procuratoers in der tyt die gifte niet en gaven binnen eenre maent na daſe open ware, ſo ſouden die twee Burgermeyſters van der Stadt van Utrecht, die dan waren in der tyt binnen XIV. *daghen na dier maent die gifte geven, alſo dicke alſt die Procuratoers verſumeden. Ende waert dattet die twee Borgermeyſters verſumeden, dat ſiſe niet en gaven alſe voorſz is, ſo quam die gifte aen onſen Heere den Biſſcop van Utrecht, alſo dicke alſt die Borgemeyſters verſumeden, behoudelic den Procuratoers des Huys voorſz, altoos dan voertane hare giften, alſo verre alſe ſyt binnen der maent geven in der manieren alſe voorſz is. Ende preſenteren enen Eerſamen Vader in Gode onſen lieven Heere* Aernde *van* Heurne *bi der Genaden Gods Biſſchop t'Utrecht* Gerardum Weddeloep *voorgenoemt, om inſtitutie te hebben tot deſer Capellen, ende ontaer voorſz, ende bidden onſen lieven Heere van Utrecht, dat hy deſe Capelle ende Huys voorſz, deſe dotatie, gifte, ende fundatie wille confirmeren in allen manieren alſe voorſz is, ewelic geeſtelic goet te bliven ende volcomelicken alle geeſtelyc recht na coſtuymen ende gewoonten der heyliger kercken te genieten en te gebruycken, behoudelicken der kercken van Buerkercke alle hoers rechts. In orconde deſer dingen ſo hebben wy Procuratoers ende gemene Broeders des Huys van ſunte Barbaren Broederſchap voorſz deſen brief beſegelt mit onſer gemeenre Broederſchap ſegel ons Huys voorſz. Gegeven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *vyf ende t'ſeventich op ſunte Margrieten dach. Ende was beſegelt met een ſegel van roden waſſche in een dubbelde ſteerte beneden wythangende. Gecollationeert jegens ſyn principael geſchreven in francyn ende beſegelt als voren. Ende accordeert deſe Copie, By my Notaris publycq binnen Utrecht reſiderende,* W. *van* Galen.

'FUNDATIO XXIII.

GYRGATHI *Trajectenſis* ANN. CIↃ. CCCC. LXI.

Wy Borgemeiſters, Schepenen, Rade, ende gemeyne Ondermans van den ouden Rade ende van den nieuwen der Stadt van Utrecht,

Ἀφρικῆς ἐν τῷ Ἰνδικῷ πελάγει· ἐν ᾗ ἡ Ταπροβάνη νῆσος, ἡ καὶ Σιελεδίβα καὶ Σιελεδίβη καὶ Σιελεδίβ

ten beſmet ſullen weſen, ende geen onthout hebben en ſellen, ende als dan binnen der Stadt voorſz of der vryheyt voorſz woonachtich ſyn ofte vallen ſellen wel int ſelve gaſthuys voorſz, op ſonderlinge ſteden daer toe geordineert, ſel mogen ontfangen, tot ſo veel perſonen toe als men als dan gadelyck daer in mogen ſel leggen ende havenen, ende die ſelve haer nootorfte doen, gelyck den voorſz dullen menſchen, behoudelyck dat alle die voorſz ſiecke menſchen, die int voorſz huys oſtyvich worden ſullen, ende die geen arme openbaer kinders after hem en laten, int voorſz huys laten zellen ter armer behoeff alſulcke roerende goet, als ſy achter hem laten ſellen nae hare doot, boven witachtige ſchout, alſo verre als hoer ſtreckt. Ende die voorſz ſullen ontfangen ende in haer bewaringe nemen die gemeen broeders van St. Barbaren *ende* St. Bartholomeus *gaſthuyſen voorſz, ende die ſellen uyt elck van hoeren broederſchap ordineren ende ſchicken twee goede mannen, die dat voorſz huys regeeren ſellen ter eeren Gods in manieren voorſz, ſonder eenich tytelick loon daer van te hebben. Ende die ſellen die dollen ende die ſiecke menſchen voorſz by de vier Overſten van onſer Stadt in der tyt weſende ontfangen, ende oock wederſeggen mogen na hoeren vyf ſinnen ende goetduncken, ende die ſellen alle dat goet, dat Godt onſe Heer, ende die goede luyden daer toe geven ende verlenen ſellen, hoe ofte in wat manieren dattet toecomen mach, uytgeven ende regieren, behoudelyck dat ſy alle jaer eens rekeninge doen ſellen van allen ontfangen ende uytgeven, ende dat in tegenwoordicheyt van onſen Overſten, off die ſy daer toe ſchicken uyt den Rade, ende mede in tegenwoordicheyt van den Huysmeeſters van beyden Gaſthuyſen voorſz, ende die vier broeders voorſz, ſellen noch tot hem nemen twee goede mannen, geſeten in der Parochien van* St. Niclaes *voorſz, by rade van den ouſten Cureyt daer geſeten, of by rade van den Kerckmeeſters der kercken voorſz, ende die twee ſellen met die ander vier voorſz mede ten beſten helpen raden, ende daden ter eeren Godts ende der armen profyt, Ende men ſal die ſes perſonen voorſz alle jaer wel eens verſetten mogen, off enich van hem beſonder, ſo verre men wil in manieren voorſz. Ende want wy willen alle punten ende voorwaerden voorſz ten eenwigen dage vaſt, ſtede, ende onverbreken gehouden hebben, ſoo hebben wy onſer Stadt ſegel aen deſen brief doen hangen. Gegeven int jaer ons Heeren duyſent vier hondert een ende t'ſeſtich, des Manendachs na* St. Pauwels *dach converſio.*

I. *by*

I. *by ſint Niclaes kerckhof t'Utrecht.* Et jam ibi & olim. Quod & olim docet charta hæc Ann. 1468.

Alle den genen die deſen brief ſullen ſien of booren leſen, doe ic verſtaen Peter Lambertsſoen *Scout tot Schalckwyck, van wegen myns lieſt Ionckeren van Culenborch, van den Weerde, ende van Lienden, dat voir my ende voor die lantgenoten ende bueren, die hier na beſcreven ſtaen, quam int gerecht voorſz Gysbert Gysbertsſoon, ende begeerde aldaer eens oordeels, of dien eygendom van eenre viertel lants, alſo als die gelegen leyt in den gerecht van Schalckwyck voorſz opt Waelvelt, ſtreckende uyt Scalckwycker weteringe totten Waelre opſlach toe, daer Ionefrou Trynden boven, ende Ians erfnamen van der Levender beneden naeſt gelant ſyn, alſo vry ende loſſe ſyn ware, dat hy die vrilicken mocht vercopen, verſetten, verſellen, ende overgeven, wien ſo dat hy woude. Ende hem wert gewyſt mit recht ende mit oordeel, dat hy 't wel doen mocht, ende dattet mit recht ſtedicheit hebben ſoude. Ende aldaer rechtevoert ſo gaf Gysbert Gysbertsſen voorgenoemt mit recht over Wigger Preut, tot behoef ſinte Martyns gaſthuys in den Weerde buten Utrecht, ende mede tot behoef des Dolhuys, beneven ſinte Agnieten clooſter by ſinte Niclaes kercke binnen Utrecht, den vryen eygendom van den voirſz viertel lants, alſo als die hier voren beſcreven ende bepaelt ſtaet. Ende* Gysbert Gysbertsſoon *voergenoemt verteech dair toe of, ende van allen retht ende toeſeggen, dat hy hadde aen den viertel lants voirſz, ende mede van allen brieven, die dair of roerende ſyn tot behoef des Gaſthuys ende des Dolhuys voorſz, alſe recht ende oirdeel wyſde dat recht was, ende hy mit recht ſchuldich was te doen. Ende dat deſe gift ende verticht mit recht ſtedicheyt hebben ende houden ſal, ende die Procuratoers ende Huysmeeſters, die in elker tyt weſen ſullen van deſen Gaſthuys ende Dolhuys voorſz, noch niemant van hairre wegen en ſullen tot genen tyden, om geenreley ſaken wil dit voorſz lant vercopen, verſetten, verſellen, noch overgeven in geenre wys, mer het ſal ten euwigen dagen blivende weſen ende behoren deſen Gaſthuys ende Dolhuys voorſz even diep ende gelyck tot profyt, behoef, ende noottorft der gerechter armen lude, die daer in weſen ſullen om Gods willen voor des voorſeyden Gysberts ſiele, ende ſynre vrienden, dair hy dat voir begeert ende gegeven heeft ſonder enich argeliſt. Hier waren over ende aen, daer dit aldus geſciede* Willam Gerytsſoon *van den Velde, Ioannes Willems ſoon, ende Gheryt Bernts ſoon, lantgenoten ende bueren in den Gerechte voorſz, ende meer goeder lude. Ende op dat dit vaſt ende ſtede blive, ſo heb ic Peter Lamberts ſoon Schout voergenoemt deſen brief over my ſelven, ende mede over die lantgenoten en-*

de bueren voergenoemt, om hoirre beden wille mit mynen ſegel beſegelt. Ende wy lantgenoten ende bueren voergenoemt oerconden, ende tugben dit onder Schouten ſegel voirſz, ende hebbem hem mede gebeden deſen brief over ons te beſegelen mit ſynen ſegel, tot enen oerconde van des Gerechts wegen voirſz, want wy hier mede over ende aen geweeſt hebben, daer dit aldus geſchiet is, gelyck als hier voor beſchreven ſtaet. Gegheven int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. LXVII. *opeen* 20. *dach in der maent gheheten November.*

II. *by willen ende conſent der vier Overſten onſer Stat.* Creati Conſules quotannis duo. Collegiorum item opificum Decani duo primarii. Vid. *lib.* 3. *de Nobilit. cap.* 2.

III. *by rade van den outſten Cureyt daer geſeten.* Atqui ſingulis olim titulis unus tantum ſacerdos *c. unum c. qui plures* 21. *qu.* 1. *cap.* 3. *ext. de cler. non reſid. cap. ult. ext. de relig. domib.* Alteſerr. *ad cap. cum eccleſia ext. de conceſſ. præb.* Verum eſt. Olim. Lapſu temporis uſitatum, ut quemadmodum uni plures interdum tituli, ſic ob hominum multitudinem unus interdum titulus diviſus in partes, plebano ſingulis aſſignato. Sic eccleſia civilis ſeu popularis, quæ Ultrajecti, cum eſſent minimum ei octo aut novem millia communicantium diviſa in duas partes habebat duos Paſtores, Ioannem Opperdoes & Lucam de Kruyf Ann. 1569. Sic in S. Iacobi duo item Curati Ann. 1425. Iacobus Herboert & Hugo van Weteringe. Vid. *ſupr. ad Fundat. monaſt. Hieroſolymit.* Duos etiam habebat eccleſia de Gaſparde, ut eſt in charta Fundationis eccleſiæ de Everdingen Ann. 1294. *& incorporavit eam eccleſiæ de Gaſparde, quæ ſolebat per duos ſacerdotes celebrari*, & mox: *& ut in communibus bonis ſacerdotes Capellanum inſtituerent in Gaſparde, qui cum ſacerdote in Gaſparde celebraret, ſeu ipſam eccleſiam officiaret.* Parochia etiam de Iutfaes per unum olim gubernata accepit deinceps duos, ut in charta eſt Ann. CIↃ. CCCC. XII. Nec de pluribus tamen legi. Plures quidem aræ, & ſuus ſingulis ſacerdos. Sed hos reditus tantum aræ, non eccleſiæ, ſequuntur. Nec his aut baptiſmi, aut ſepulturæ emolumentum, aut ſacræ euchariſtiæ. Dicta fundatio: *quod dicti ſacerdotes & eorum ſucceſſores dotationem & collationem dicti altaris ſibi retinerent, & ſacerdos ad dictum altare celebrans nihil in eccleſia habere deberet &c. præter id quod erat ei à ſacerdotibus promiſſum.* Ejuſdem etiam altaris non unus tantum ſed & plures, in una interdum ara plurium fundatis miſſis, dicendis ſcilicet à diverſis. Ab eodem enim eodem die bis dici non poteſt. Vid. *man. ad jus Canon. lib.* 2. *tit.* 4.

IV. Cœtesum quod ad gyrgathum, magnum cepit incrementum

dos,

dos, data ei olim, ſub initium tumultus Belgici, bonis in eum omnibus & mobilibus & immobilibus hoſpitalis S. Marthæ, quod portæ Albarum virginum extra urbem objectum, urbi prorſus incommodum, & quod ſi hoſtis invaderet, ut flagrante tum quam maxime cum Hiſpanis gravi bello, præſens ei ſemper minabatur diſcrimen, à magiſtratu transfuſis, & hoſpitali deſtructo. Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1585. *'s Manendachs den* XIII. *Ianuar. Gereſolveert datmen ſinte Martha gaſthuys gelegen voor de Wittevrouwen poort of doen breken, ende de materialen van dien vercopen ſal ter fortificatie behoef deſer Stadt, ende de goederen ſo mobile als immobile, des ſelven Gaſthuys heeft den Rade gegoſt ende gegeven tot behoeff van den armen ellendigen menſchen, die int Dolhuys onderhouden worden, Ordonnerende den Regenten van ſinte Marthe gaſthuys dit te obedieren, ende de huysmeeſters vant Dolhuys na de voorſz. goederen uyt te ſien, op pene van fulcx op hem te verhalen.*

FUNDATIO XXIV.

Monaſterii S. BRIGITTÆ *Trajectenſis*

ANN. CIↃ. CCCC. LXXXIV.

AD VINEAM *item in valle veteri*

ANNI INCERTI.

S. Brigittæ ſub Davide epiſcopo conſtructum, ut notat Heda in ejus vita: *Anno*, inquit, LXXXIV. *&c. Quo tempore ordo divæ Brigittæ Trajecti inſtituitur ex religioſis fœminis, ſolutæ tamen vitæ, quas Beginas vocant, à velo capitis, quo involvi ſolent, ſic dictæ. Solutæ*, inquit, *vitæ.* Atqui recluſæ, ſi idem S. Brigittæ, & quod ad Vineam in valle veteri, ut vult Lappius ad Hortenſ. *in not. marginal. p.* 37. Charta Ann. 1444. poſtridie S. Odulfi: *Ende aldaer ſo gaven &c. rechte voort over Heren Aernt van Brenk Prieſter, bewaerre der beſloten ſuſteren in den Wyngaert t'Utrecht, tot beboef der gemeene Suſteren des Convents in den Wyngaert voorſz &c.* Recluſæ autem non ſolutæ, ſed rigidioris vitæ, ad quas vix ulli aditus, exemptas prorſus conſpectui. Gregor. Turonenſ. *lib. 6. cap.* 29. *Et ſic valefaciens omnibus, & oſculans ſingulas quaſque recluſa eſt, obſtructoque aditu, per quem ingreſſa fue-*

De velo capitis quod dicit vid. Carol. du Freſne Dn. du Cange *gloſſar. in Beguinagium.*

fuerat; ibi nunc orationi ac lectioni vacat. Sed quin fallat Lappium opinio, & diversa sint cœnobia hæc, dubitari non potest. Utrumque in valle veteri. Utrumque monialium, sed alterum solutæ vitæ, S. scilicet Brigittæ, alterum quod *ad Vineam*, arctioris clausuræ, & vitæ admodum rigidæ. Extructum S. Brigittæ Anno 1484. ut Heda & Lappius *dd. locc.* contra quod ad *Vineam*, diu jam ante, cum ejus mentio jam fiat Ann. 1444. ut & apud Anonymum 2. *Analect. ad Ann.* 1482. *p.* 95. An dici forsan potest, quod prioris locum destructi occuparit posterius? Ne id quidem potest. Sed fieri tamen potest, ut ex hospitali, quod cœnobio recluſarum adjunctum, factum tandem sit cœnobium S. Brigittæ, ut vult Buchelius ad Hed. in not. *p.* 313. Facit quod adduxi ex Actis publicis supra Fundat. XXII. in fin. Ann. 1446. *&c. Overdroegen die Rade out ende nye, dat die vier Susterhusen binnen dese Stat, alse van sinte Cecilien, der* XI. *dusent maghden, bi onser Vrouwen gasthuys in den Wyngaert in der Oudelle &c.*

II. *Brigitta* autem an *Brigida* dicatur, nihil refert, Fuisse alioquin duas ejusdem nominis Brigittas, Scoticam, Suecicamque ibi notat Buchelius. Vixit Scotica circa annum 530. æqualis S. Benedicti. Hospinian. *de orig. monachat. lib. 6. cap.* 39. Sed hic variant scriptores. Certe ad Ann. 530. non accessit, si ut alii ajunt obiit anno tertio Imper. Iustini Senioris, qui Christi fuit 521. secundum Fastos Onuphrii, ut Marianus Scotus in Chron. si ut Sigebert. Ann. 518. aut ut Albericus si Ann. 514. Vid. utrumque ad eum Ann. Habentur quædam ejus Acta apud Surium to. 1. Sed prolixiora se legisse ait in veteri manusc. monasterii S. Cœciliæ trans Tyberim Baronius ad *martyrol. Roman.* IV. *Non. Febr.* Suecica quæ soror regis Sueciæ, circa annum claruit 1360. Volaterran. ad eum Ann. Magn. Chron. Belg. *p.* 300. *Istius tempore* (Clementis VI. Papæ) *claruit fœmina quædam Brigida, à vulgo Brigitta nominata, quæ de regno Sueciæ post mortem viri sui Principis regni illius cum filia Romam venerat peregrinationis causa, quæ vitam ibi cœlibem duxit. Ista plurimas à Deo visiones habuit &c.* Vidisse dicitur inter cetera Papam moriturum, quamprimum is Roma Avenionem conferret se. Quod & factum dicitur, ut dixit. Fidem forsan excedet, sed sic Auctor ejusdem Chronici *p.* 313. *Urbanus Papa cum rursum Avenionem redire vellet, domina Brigida Romæ existens in visione beatam virginem Mariam audivit sibi dicentem: Papa vult adire Avenionem contra Dei voluntatem, sed si fecerit statim morietur. Istam igitur revelationem domina Brigida per manum Alphonsi Confessoris sui Papæ &c. aperuit: quam dominus Urbanus nihil pendens ab Italia recessit,*

fit, & ſtatim mortuus eſt. Add. Io. à Leidis 27. *hiſt.* 14. Vocat Sueciæ Principiſſam Henricus Thaborita *lib.* 10. *Chron. cap.* 16. laudatque eam à ſanctitate, à virtutis præſtantia, à vitæ genere & inſtituto, quo eodem in clauſtro conjunxit mares & fœminas, diſtinctis tamen ædificiis, nequa ſcilicet turpitudinis oriretur ſuſpicio. Regulam quam iis ſcripſit confirmavit mox, ut ait, Urbanus Papa V. Ad quem non ad Clementem confirmationis cauſa eam dicit ſe contuliſſe. *Ad Urbanum*, inquit, *Pontificem pro hujuſmodi religionis confirmatione cum magno, religioſo, & honeſtiſſimo comitatu Romam venit &c. Hanc religionem Brigitta ſpiritu ſancto revelante hoc modo inſtaurare & renovare viſa eſt, ut virorum ædificia connexa haberentur. Habitantes tamen ita ſejunctæ, ut de una ad aliam niſi urgente neceſſitate tranſire poſſent. Eorum tamen baſilicam cenſuit eſſe communem, ita ut fratres in inferiori parte, ſorores vero ſeorſim in ſuperiori officium exſolverent.*

III. Hujuſmodi autem clauſtra, in quibus ſexus uterque, viri ſcilicet fœminæque, olim non pauca, ut Murenſe in Helvetia, Marchianenſe, Haſnonienſe, & Bononienſe in Belgio. Vid. Miræum *notit. eccleſ. Belg. cap.* 41. *in not. & ibid. cap.* 114. & 162. Sed, ut dicit Thaborita, ſexus tamen & ædificiis & cellis diſtinctus. Nec ad fœminam viro aditus, aut de cella ad cellam tranſitus, niſi evidens & inevitabilis urgeret neceſſitas. Ad ſcandalum ſcilicet evitandum, etſi nihilominus id vitari vix potuit, Chronic. montis Sereni ad Ann. 1223. *Plerique hæc audientium conſueto laicis more loquentes dicebant, moniales illas à monachis ſtupratas eſſe, quibus jam pariendi tempus inſtaret &c.* De Baccerodana fratrum ſororumque in uno hoſpitio nec pudice nec religioſe viventium familia vid. Rentelium Chronic. Hillesheimenſ. §. 42.

dat tweede huys zuytwerts naeſt de poorte vant Convent, daer inne Dominicus *van* Haerlem *woont, item dat derde huys dair inne woont* Agniet *van* Stoipen *weduwe, item dat vierde huys daer inne woont* Cornelis *de* Bor, *item dat vyffte huys mit een poortken, daer inne woont* Geerburch *van* Zwol, *item dat ſeſte huys daer inne woont Meeſter* Herman *de* barbier, *item dat ſevenſte huys dair inne woont* Frans Heynricksſen, *item in Zuylenſteech aen des voerſz Convents hoff, daer die waſmoer van den Convente in plach te waſſchen, in de ſelve ſteghe daer Iongfrouw* Margriet *van* Stal *in woont, noch in deſelve ſteghe, daer* Aeltgen *inne woont, noch in deſelve ſteghe daer* Truytgen *inne woont, noch in deſelve ſteghe dair inne woont de weduwe van* Vyanen, *en in deſelve ſteghe daer Meeſter* Hermans *barbiers nichte inne woont, ende op de nywe grafte aen de afterſyde van t'voerſz Convent opten houck gheheten in de* Fonteyne, *daerinne* Ian *de backer oft bierdrager inne woont, daer aen Noortwerts een cleyn huyſken, daer inne woont mancke* Metken, *dat groot huys daer inne woont Ioffrouw* Marie *van* Herwerden, *ende aen t'voorſz Convents brouhuys t'huys, dair inne woont* Willem Key, *dat alle deſelve huyſen mit den erfven dair toe behoorende gheheel ende al blyven ſullen an de voerſz kercke ende Convent by den Carmeliten verlaten als toebehoirten van dien, t'ſelve tot behoeff van den voerſz Balyer ende ſyn ſucceſſeurs Balyers ende heuren medebroeders ende Conventualen van ſint Ians ordene binnen Utrecht, het ſy om dien te verbueren, oft te doen breken, ende den ſelven aen heuren Convente t'appliceren oft anders als van anderen toebehoerten van den ſelven Convente, daer af de voerſz Provinciael, Prior, ende Convent van den Carmeliten den voerſz Balyer terſtont overleveren ſullen alſulcke coopbrieven, ende andere tituley, als ſy daer van hebben, welverſtaende dat die gene van den voorſz huyſen, die de Carmeliten ten lyve vercocht hebben, ſullen die coopers van dien heur leven lang bliven, ende by hem gebruyckt worden na innehouden der brieven ſy daer aff van den Carmeliten hebben ſonder argeliſt, maer dat den termyn van de huyr van de ſelve huyſen, die verſchynen ſal te Paſchen naeſtcomende volgen ſal den voorſz Carmeliten ſonder meer, Dat den Balyer behouden ſal t'brouwe, getouwe, die ſteenen, orgelen, ende allen den anderen meubelen goeden ſy in de voorſz kercke ende Convent gevonden, aldaer by den Carmeliten gelaten, ende dat die Carmeliten den Keyſer ende oick den voerſz Balyer ende ſyn medebroeder ontlaſten ſullen van den renten, die ſy of heure voorſaten Carmeliten opt voerſz Convent ende den toebehoorten van dien vercocht ende verſet hebben, te weten aen jaerlickſe losrenten den penninck twintich,* Willem Foeyt *thien gouden gulden,* Steven *van* Cronenburg *thien gouden gulden, Meeſter* Dierick

van

van Maelſſen *thien gouden gulden*, Bruninck *oft de weduwe* Foeyten *de reſt die noch te loſſen ſtaet van thien Philips guldens, bedragende s'jaers omtrent drie Philips guldens, ende* Geertruyt Voſſen *ſeven Philips guldens, ende aen jaerlickſche lyfrenten die dienſtmaecht van Meeſter* Dierick *van* Maelſſen *twaelf gouden gulden*, Lyſbeth Smits *elf gouden gulden, den ſelven noch ſes gulden Utrechts, Meeſter* Anthonis *de* Barbier *ſeven gouden gulden*, Geryt Weſſels *weduwe acht gouden gulden, deſelve weduwe noch twaelf gouden gulden*, Alyt Ian Voſſen *drie gouden gulden*, Lysbet *Ians dochter tot Amersfoirt twee gouden gulden ende acht ſtuver Hollants*, Willem Geryts *drie gouden gulden*, Geertruyt Diericks *dochter thien gulden Utrechts, den Suſteren van ſinte* Pauwels *ende* Agnieten *acht gulden Hollants*, Cornelis *Ians dochter twee gouden gulden een oort*, Lucie Ians *dochter vier gouden gulden*, Margriet *van der* Stal *negenthien gulden Hollants ende vier ſtuvers*, Marie Geryts *dochter negen gulden Utrechts*, Maryke *weduwe ſes gulden Utrechts, die weduwe van* Steven Stevenſen *twelf gulden Utrechts, ende* Dieuwertgen Aernts *dochter acht gulden Utrechts. Ende van alle de voorſz los ende lyfrenten, ende van allen anderen laſten ofte renten het ſy erffelycke ter loſſe ofte ten lyve vercocht ende gehypothequeert by den voerſz Carmeliten ofte heuren voirſaten opte voerſz kercke, Convent, en de ſeventhien huyſen voerſz. ſullen de voirſz Prior ende Conventualen van den Carmeliten nu ſynde voir hem ende heurlieden nacomelingen beloven den Keyſer ende ſyn erven, den voerſz Balyer ende ſyn Succeſſoirs Balyers ende alle andere te ontlaſten, ende vry ende quyt te houden, ende deſelve renthen ende den cours van dien te betalen ende te dragen buyten ſchade ofte coſte van den Keyſer, den ſelven Balyer, ende heuren nacomers, Ende dat indien den Keyſer off den Balyer in der tyt enige ſchade dairom leden, dat den voirſz Balyer t'ſelve ſal mogen verhalen opte voirſz Carmeliten, heuren Convente ſy* by ſint Nicolas nieuw maken ſullen, *end op alle andere heure goeden ende renten, die ſy nu hebben of vercrygen moghen, dair af ſy heure brieven gehouden worden te geven onder heuren ſegel in goeder formen, ende by den ſelven den voirſz Balyer ende ſyne Conventualen tot ſynre Ordene behouff tranſporteren ſullen de voerſz kerke, Convent, meubelen, ende huyſen int viercant, ende beloven die te vryen ende t'ontlaſten in der manieren hier boven vertlaert, t'welcke al by den voorſz Provinciael onder ſyn ſegel geconfirmeert ſal worden, ende indien noot ſy, ende den Keyſer of myn voorſz Genadighe Vrouwe t'ſelve begeeren, by den Generael van der Carmeliten ordene ende anderen dien t'behoiren ſal, Ende dat den Keyſer overmits des voorſz is die ſomme van dertbien hondert gulden van* XL. *grooten Vlaemſcher munte*

den gulden den voerſz Conventualen van den Carmeliten binnen Utrecht geven ende betalen ſal tot conſtructie ende ædificatie van een nywe Convent van ſinte Nicolas prochie-kercke binnen Utrecht, *ende dit boven den drie duyſent gulden van den voorſz prys ben geaccordeert by den yerſten appointement hier voren geinſereert, wair op ſy vyff hondert gulden ontfangen hebben, ende hen daer en boven van beyden deſen parthyen noch comen drie duyſent acht hondert gulden, die hen betailt ſullen werden by handen van den Rentmeeſter van den Lande van Utrecht in vier naeſtcomende termynen, ende acht termynen, als ſint Jans miſſe ende Kerſavont vyftien hondert dertich. Te weten voor de yerſte termyn t'elcken termyn vyf hondert gulden, welverſtaende dat in de voorſz Renten die de Carmeliten hier voren t'heuren laſte nemen niet begrepen en ſullen weſen de voorſz thyns ende oudt eygen, als die Abdie van ſinte Pauwels die jaerlyex heeft opt ſelve Convent ſes gulden Utrechts twee ſtuvers, drie wit, verſchynende den* XII. *in Novembri, den Capittel van ſinte Pieter twee ſtuyvers, een wit, twe duytgens verſchynende . . . . . de* Knoops *in diverſche partyen van Oud eygen, die* Evert *de* Ridder *ende* Willem *van* Diemerbroeck *te hebben plegen, verſchynende Victoris ende Paeſchen, als jaerlycks enen gouden Arnoldus gulden, noch drie gouden Arnoldus gulden, item ſeven vierendeel loots ſilvers, item acht loot ſilvers, noch drie loot ſilvers, ende enen gouden Poſtulaets gulden, item twee loot ſilvers, ende vier gouden Arnoldus guldens, dair voor de Carmeliten jaerlycx t'ſamen betaelt hebben negentien gulden Utrechts in ponden van* XL. *grooten vyfthien ponden vier ſchellingen, ende* Herman Crom *enen Wilhelmus ſcilt s'jaers, die de Keyſerl. Maj. voortaen t'ſynen laſte nemen ſal, ende die aſſigneren op ſyn Domeynen, ende den voirſz Conventualen van den Carmeliten dair af ontlaſten, Blyvende t'voirſz appointement hier voren geinſereert in allen ſyn andere puncten in effect ende van goeder weerden, Den welcken appointement de voorſz Provinciael, Prior, ende Convent van den voorſz Carmeliten binnen Utrecht geaccepteert hebben, ende gelooft die te volbringen ende onverbreeckelyck t'obſerveren in allen ſyn punctten ende articulen. Ende in erkenteniſſe van dien hebben den voornoemden Grave van Hoochſtraten van wegen den Keyſer onder ſyn Majts. belieſte als voren, ende den voornoemden Provinciael ende Prior van den Carmelyten binnen Utrecht in der ſelver Stadt deſen ondergeteyckent op den* XXI. *dach Martii Anno* XVC. *negen en twintich, ſtyl van s'Keyſers Hoff. Aldus geteyckent* A. *de* Lalaing, D. *de* Gouda, Fr. Vincentius *de* Delft. *Doen te wetene, dat wy Provinciael, Prior, ende Supprior hier boven genoemt ſo voor ons als voor onſe medebroeders ende Conventualen binnen Utrecht,*

Utrecht, voor dewelcke wy ons ſterck maken, het appoinctement hier boven geinſereert voor bequaem, ende 't ſelve in alle ſyne punctten ende articulen ende een ygelick van dien geapprobeert, geratificeert, ende geconfirmeert hebben, ratificeren, approberen, ende confirmeren, ende alſo verre als noot ſy, van nieuws aennemen ende accepteren by deſen, ende by den ſelven geloven dat voirſz appoinctement te doen approberen ende confirmeren by den Generael van onſer Ordene, ende by anderen dient behoren ſal, als wy des van wegen den Keyſer of van myn Genadige Vrouwe verſocht ſyn ſullen, ende beloven 't voirſz appoinctement te voldoen ende te volbringen in al des wy by den ſelven gehouden ſyn, daer toe ons ende allen onſen goeden, die wy hebben oft namaels hebben ſellen, verbyndende, daer toe renuntierende van alle exceptien ende rechten, van den welcken wy ons ter contrarien ſouden mogen behelpen, ende overmits het volbringen ende furniſſemente van den voirſz appoinctement in der maniere hier voren verclairt by de Keyſerl. Maj. bekennen wy voor ons ende voor onſe nacomers voldaen te weſen, ende beloven als voren ſyn Maj. noch ſyn nacomers ten ghenen dagen, hem noch ſyn ſucceſſeurs yet te heyſchen, noch te mogen heyſchen van des wy ter canſe van onſe verlaten kercke, Convent, huyſen ende andere toebeboirten ende dependentien ſouden mogen gepretendeert hebben, oft namaels pretenderen. Des t'oirconde hebben wy Provinciael boven genoemt onſen ſegel, ende wy Prior, Supprior, ende andere Conventualen Carmelisten tot Utrecht reſiderende ons Convents ſegel aen deſen tegenwoordigen brief doen hangen, in der voorſz Stadt Utrecht, den vyſden dach Aprilis int jaer CIↃ. IↃ. *ende negenentwintich voor Paſchen ſtyl van 's Keyſers Hoff.*

IX. Equitibus, ut patet, non cœnobium tantum ceſſit, ſed ceſſere etiam ædes, quæ in quadrum habitatæ circumcirca à privatis. Quarum quædam cum eſſent non Conventus, ſed privatorum, emit eas ab iis urbs, & equitibus conceſſit. Contigit autem quiddam tum, quod notatu non indignum. Viduæ erat domus cum alio communis. Is partem ſuam vendidit florenis mille quadringentis XXV. Vidua noluit eo pretio, pluris dictitans ſuam eſſe. Ædes ergo à Iuratis, & rerum harum peritis, vocatis etiam ad id fabris, æſtimari juſſit magiſtratus. Florenis mille hi æſtimarunt. Quo audito magiſtratus quieſcere juſſit viduam datis tantum quingentis. Ex Actis Ann. 1530. den 20. May: *Alſo by ſeker contract gemaeckt van wegen die Keyſerl. Maj. mit den Weerdigen Heeren den Balyer uytten naem van de gemeen Conventualen van ſint Ians Oerde binnen der Stadt van Utrecht geaccordeet*

is, datmen in recompenſie van ſekere erven ende huyſen gelaten by den voornoemden Balyer ende Conventualen ter plaetſen, aldaer dat Caſteel Vredenburch gemaeckt is, den ſelven wederom ſoude doen hebben dat Convent, daer de Carmeliten *plagen haer reſidentie te houden, mitsgaders alle die huyſingen ende erven gelegen tuſſchen 't Zuylenſtraetgen, ende onſer Vrouwen broeders ſtraetgen, ende die eygenaers van dien te contenteren, ſonder coſten van den voorgenoemden Balier ofte Conventualen, omme die ſelve huyſingen ende erven tot hare commoditeyt te mogen gebruycken, ende ten eynde van dien ſyn die ſelve huyſingen ende erven, oft meeſte deel van dien gecocht, uytgeſondert d'een helft van ſekere huyſinge ende erve, toebehoorende Iuffrou Grauwert daer ſy nu ter tyt in woont, ende d'ander helft gecocht is van wegen de Keyſerl. Maj. van den eygenaer van dien, voor de ſom van veertien hondert* XXV. *Karolus gulden tot* XX. *ſtuyvers 't ſtuck, ende die helft toebehorende die voorſz Ioncfrou, dewyl men verſocht heeft van wegen der Keyſerl. Maj. mede om die weerde te copen, mer vermits die ſelfde Iuffrou ſuſtineerde haer helfte veel hooger en beter te ſyn, dan d'ander helft gecoft was, ende tot redene niet en conde verſtaen, is daeromme geordineert geweeſt by den Schout, Burgemeyſters, ende Schepenen der Stadt van Vtrecht, dat die Geſworen der ſelver Stadt, hem verſtaende om eſtimatie ende weerderinge van huyſinge ende erven te maken, viſiteren ſouden die huyſinge ende erve voorſz, ende by heuren eedt aenbrengen die weerde van dien. Gehoort 't rapport van den ſelven geſworens ende van ſekere werckluyden hem ſulcks verſtaende daer over geroepen, na dat ſy die huyſinge ende erve voorſz geviſiteert hadden, ende overleyt die weerde van dien, juſtificerende ende by horen eed ſeggende, indien die ſelve huyſinge ende erve hemluyden toebehoorde, dat ſy liever hadden die ſomme van duyſent Karoli guld. tot* XX. *ſtuyv. 't ſtuck, dan die voorſz huyſinge ende erve mit 't geene dat daer aen cleeft. Aengaende 't gene dat voorſz is, ſo is geordonneert by den Schout, Burgemeyſters, ende Schepenen der Stadt van Vtrecht, dat die voorſz weduwe Grauwerts ſonder langer vertreck laten ſal, tot behoeff der Keyſerl. Maj. uyt ſaecke als voren die voorſz helft van der huyſinge ende erve met dat daer op ſtaet ende toebehoort, mits hebbende die ſomme van vyf hondert Karoli guldens ten pryſe als voren. Alle dinck ſonder argeliſt.*

X. Interim id expeditum, & exemplum hoc ſatis docet nulli, quamvis in uſum publicum, niſi dato ſolatio, ut in *l.* 13. §. 1. *ff. comm. prad.*

præd. aut modico honoris gratia, ut in *l.* 15. §. 2. *ff. de rei vind.* quod ſuum eſt adimendum, §. 2. *Inſt. de h. qu. ſu. vel. al. jur.* Amay. 1. *obſ.* 1. *n.* 42. Fachin. 8. *contr.* 63. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt.* 48. Habemus aliud exemplum, quo quid ademptum uſus publici cauſa, ſed ſic ut ſervaretur poſſeſſor indemnis. Ex Actis Ann. 1543. Mercurii 12. Septemb. *Belieft by den Rayde, dat Jan Jacobſen Raeymaker voort ontberen ende afbreken van ſynre huyſinge ende getymmert lang weſende hondert ende twyntich voeten, dat hy ſtaende heeft gehadt by de Tolleſteger poirte, ſtreckende aen de bouwinge van ſinter Niclaes clooſter, ende oick voor alſulcke lengte ende deels van ſyne huyſinge ende erve voirſz, als overmits 't leggen van der nyuwer wallen, gelegen by der Tolleſteger poirt voirſz afgebroken, ende tot deſer Stadt behoef afgenomen, geoirbert, ende gemeten is omme een wech voor der nyuwer wallen tot commoditeyt van deſe Stadt, omme mit wagen ende peerden te beryden, ende te gebruyken, te behonden voor deſe Stadt, doir den Camerair van Stadts wegen betaelt ſal worden die ſomme van hondert ende t'ſeſtich gulden, binnen* XIV. *dagen toecomende, noch vyftich gulden vaſtelavont dair aen volgende, ende die reſte Paſchen dair naeſtcomende. Ende tot behoeff van ſyn coſten die hy doen ſal int funderen ende maken van ſyn nieuwe huyſinge, die hy weder ſetten ſal opt deel erfs, dat hy aldair noch behouden heefs, ende dat binnen 't beſteck, dat mit hem daer op gedaen ſal worden, ende anders nergens toe &c.*

XI. Verum totum id negotium quum ſpectaret res ſacras, deduci plene ad effectum abſque ejus etiam, qui ſacris præerat, aſſenſu non poterat. Aditus ergo Henricus Bavarus, qui quamvis jam temporali excuſſus dominio, nondum tamen, ut paulo poſt fecit, ceſſerat epiſcopatu. Nec is re intellecta in aſſentiendo difficilis. Aſſenſit ſed certa lege, quæ expreſſa codicillis, quorum tenor hujuſmodi:

Henricus *Dei gratia Electus confirmatus Trajectenſis Comes Palatinus Reni & Dux Bavariæ ad perpetuam rei memoriam. Ex Paſtorali ſollicitudine nobis commiſſa pro ſingulorum fidelium ſtatu ſalubriter dirigendo ſollicitæ conſiderationis noſtræ intuitum ad ea, per quæ ipſorum occurritur diſpendiis, profectuique conſulitur, libenter intendimus, nec non his quæ pro divini cultus incremento provide facta comperimus, ut illibata perſiſtant, libenter adjicimus roboris firmitatem. Sane pro parte Sereniſſimi & Invictiſſimi Principis & Domini Dni* Caroli *divina favente clementia Romanorum Imperatoris, tanquam Comitis Hollandiæ, Ducis Brabantiæ, & Domini civitatis*

& patrie Trajectenſis, nec non Prioris & fratrum ordinis beate Maria Carmelitarum Conventus Trajectenſis, nobis exhibita petitio continebat; quod ipſi Prior & fratres ordinis predicti habentes in civitate Trajectenſi Conventum ſeu monaſterium cum eccleſia, ambitu, dormitorio, refectorio, & ceteris requiſitis jam dudum ex conſenſu & licentia quondam Dni David de Burgundia competenter edificatum, in quo monaſterio jam aliquot annis de ejuſdem predicti Epiſcopi atque ſucceſſorum ſuorum aſſenſu & tam ordinaria quam Apoſtolica auctoritate erecto hactenus ſub regula dicti Ordinis, cum & ſub univerſis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, indultis, indulgentiis, & gratiis aliis quibuſvis dicto Ordini ab Apoſtolica Sede & alia quacunque inferiori poteſtate conceſſis militarunt, hujuſmodi Conventum ſeu monaſterium pro magna civitatis & patria Trajectenſis utilitate ad prefati Sereniſſimi Dni Caroli *Imperatoris Romani tanquam Comitis Hollandie, Ducis Brabantie, & Domini civitatis & patrie Trajectenſis inſtantiam in fratres ordinis ſancti Iohannis Hieroſolymitani ad inhabitandum loco Conventus illorum dicto Imperatori pro caſtro pacis in civitate Trajectenſi adverſus futuras tumultum & ſeditiones edificando nuper dimiſſi, noſtra ordinaria interveniente auctoritate tranſtulerunt, ea tamen conditione, quod ipſis* Priori *& fratribus predictis alia eccleſia & loca competentia aſſignarentur, & ad illa auctoritate noſtra loco dicti monaſterii dimiſſi, pro dicto Ordine in civitate Trajectenſi intertenendo, viciſſim cum univerſis & ſingulis redditibus, utenſilibus, bonis, rebus, & fundationibus hactenus in dicto eorum monaſterio habitis transferrentur. Verum quia Ceſarea Majeſtate intercedente dilectus nobis in Chriſto* Philibertus Naturelli *Prepoſitus & Archidiaconus eccleſie Trajectenſis, Collator parochialis eccleſie ſancti Nicolai Trajectenſis & duarum portionum Paſtoralium eccleſie ejuſdem dictis Priori & fratribus Carmelitarum, dummodo dilectorum nobis in Chriſto Decani & Capituli eccleſie noſtre Trajectenſis conſenſus ad hoc accedat, prefatam parochialem eccleſiam habendam ſimul cum duabus Paſtoralibus portionibus, poſtquam moderni* Portioniſtæ *dicte eccleſie ceſſerint aut deceſſerint, ad inibi & circa illam eccleſiam novum monaſterium cum requiſitis habendum, edificandum, & erigendum, conſuetis tamen juribus tam epiſcopalibus quam Archidiaconalibus & eccleſie noſtre Trajectenſis ſemper ſalvis, aſſignavit, conceſſit, & liberaliter donavit ea lege, quod quando primum dicta portiones per ceſſum aut deceſſum poſſeſſorum earundem vacaverint, Prior dicti Conventus ad portiones hujuſmodi ſingulos duos fra-*

fratres Archidiacono pro tempore Trajectenſi præſentabit, quos Officialis, Archidiaconi ejuſdem ſub conſuetis juribus in ipſas portiones inſtituet, & illis defunctis ipſe Prior alios ſemper fratres præſentabit modo antedicto, ſed eccleſiam ipſam regimenque adminiſtrationis & curam animarum per fratres, quos magis ad hoc idoneos cognoverit, faciet gubernari, Salvo quod dicti Prior *& Conventus ratione parochialis eccleſiæ & regiminis ejuſdem manebunt ipſi pro tempore Præpoſito & Archidiacono & Capitulo Trajectenſi, & omnes Vicarii perpetuo beneficiati ipſi Præpoſito & Archidiacono prædicto ſecundum antiquam hactenus habitam obſervantiam ſubjecti, Quodque collationes Vicariarum in dicta parochiali eccleſia ad collationem Curatorum portioniſtarum poſt ceſſum & deceſſum modernorum Portioniſtarum eorundem manebunt dicto Domino* Philiberto *& pro tempore Præpoſito & Archidiacono Trajectenſi reſervatæ, & ad Archidiaconi pro tempore collationem extunc deinceps ſpectare debebunt. Cum itaque ad effectum præmiſſorum dicti* Prior *& fratres nonnulla loca oportuna juxta dictam eccleſiam jam obtinuere pro novo hujuſmodi monaſterio conſtruendo nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus eis inſtantibus & contemplatione Cæſareæ Majeſtatis ſupradictæ id etiam affectanter poſtulantis prafatam tranſlationem, nec non parochialis eccleſiæ ſancti Nicolai aſſignationem, conceſſionem, & donationem ratificare, approbare, & auctoritate noſtra ordinaria confirmare & perficere, nec non dictarum portionum prafatæ eccleſiæ, dum & quando per ceſſum aut deceſſum vacabunt eis ſub formis, modis, & conditionibus præexpreſſis per Archidiaconum Trajectenſem conceſſionem ſimiliter ratificare, Quodque iis licentiam dictum monaſterium ædificandi juxta eccleſiam parochialem antedictam ad partem illius ſeptentrionalem contiguam eidem, & eandem per fratres præſentatos & ab Archidiacono prædicto pro tempore inſtitutos regendi & regi & gubernari faciendi, & hujuſmodi monaſterium ſic erigendi impertiri, atque in eodem omnibus & ſingulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, indulgentiis, & gratiis dicto Ordini conceſſis, uti alias in priori eorum monaſterio dimiſſo illis uſi ſunt, uti frui & gaudere poſſint & valeant etiam gratioſe concedere paterna pietate dignaremur, Nos itaque divinum cultum augere cupientes & cauſis attentis, propter quas prafata tranſlationes facta exiſtunt, ſupradictorum Sereniſſimi Imperatoris, nec non Prioris & fratrum ſupplicationibus & poſtulationibus favorabiliter annuentes præſcriptam tranſlationem, nec non parochialis eccleſiæ ſancti Nicolai aſſignationem, conceſſionem, ac donationem, & portionum illius, dum & quando per ceſſum aut deceſſum vacaverint, ſub formis, modis, & conditionibus*

præ-

præexpreſſis auctoritate noſtra ordinaria confirmamus, ratificamus, & approbamus, nec non dictos Priorem *& fratres* Carmelitas *ex Conventu, in quo hactenus habitarunt, cum univerſis & ſingulis utenſilibus, redditibus, bonis, rebus, & fundationibus hactenus in dicto eorum monaſterio habitis, obtentis & poſſeſſis ad dictam parochialem eccleſiam & loca prædicta transferimus, nec non eiſdem novum inibi monaſterium dicti Ordinis habendi, conſtruendi, & eandem parochialem eccleſiam per fratres modo quo ſupra Archidiacono Trajectenſi præſentatos & per illius pro tempore Officialem inſtitutos regendi aut per alios magis ydoneos regi & gubernari faciendi, & hujuſmodi monaſterium ſic erigendi licentiam impertimur, & deſuper auctoritatem & facultatem concedimus, auctoritate noſtra per præſentes, & nichilominus quod virtute tranſlationis hujuſmodi in hujuſmodi novo monaſterio omnibus & ſingulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, indulgentiis, & gratiis dicto Ordini conceſſis, quibus Prior & fratres hactenus in priori eorum monaſterio nuper prætextu hujuſmodi tranſlationis dimiſſo hactenus uſi fuerunt & uſi ſunt, deinceps plenarie uti frui & gaudere poſſint, valeant, & debeant, ipſis tenore præſentium indulgemus, juribus epiſcopalibus, Archidiaconalibus, & Capituli eccleſiæ noſtræ Trajectenſis, in quibus hactenus Curati, Portioniſtæ ratione dictæ parochialis obligati fuerunt & exiſtunt in omnibus & per omnia ſemper ſalvis. Datum ſub ſigillo noſtro ad cauſas anno Dni* M. *quingenteſimo viceſimo nono, die vero prima menſis Julii.*

XII. Quod addam porro de Carmelitis non eſt, niſi quod reperi inter factas eis donationes datas etiam ædes à collegio bajulorum in emphyteuſin perpetuam: *Wy Oudermanne ende gemeen gildebroederen van ſint Chriſtoffel, genaemt de ſackedragers, vant overeynde binnen der Stadt van Utrecht, geven in euwigen erfpacht den Convente van de Carmeliten, een huyſinge ende Hoffſtede alſo groot ende kleyn die gelegen is aen de Noortſyde van ſint Niclaes kerckhof, daer Iacob Gysbertſen die Coſter Ooſtwaert, ende Henrick van Gheer of ſynen nacomelingen Weſtwaert naeſt gelegen ſyn &c. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. IↃ. XXX. *den* IX. *Jun.* Dubitabit nonnemo cum acquiſitio immobilium clero plane interdicta, utrum donario hæc ſubſtiterit nec ne. Quæ alioquin enim ratio, quod ſic prædium interdum datum, ut redeat intra annum, aut intra aliud certum tempus, in laici poteſtatem? ut in charta hac verbi gratia: *Allen den genen &c. dat voor ons quam int gerechte Heer Steven Witvoet Prieſter, ende gaf over met ſyn gecoren mombers hant, daer hy mit recht ende mit oordeel aenquam*

over

over den Prior ende gemeen Convent van Vredendael alle ſyn goet, roerende ende onroerende, als hy heeft binnen Utrecht daer off ende van alle recht ende toeſeggen, dat hy daer aen hadde, ende mede van allen brieven, die dair af roerende ſyn, hy verteech tot des Priors ende Convents behoeff, alſe recht ende virdeel wyſde, dat hy ſchuldich was te doen, mit ſulcken voorwaerden, dat die Prior ende Convent voorſz, alle huſingen ende Hoffſteden binnens jaers weder in die weerlicke hant brengen ſullen &c. Datio certe in emphyteuſin alienatio eſt haud dubie, cum quaſi dominium transferatur in emphyteutam *l.* 12. *C. de fund. patrim. junct. l.* 1. *in fin. ff. ſi ag. vectig. pet.* Verum eo non obſtante, etſi in manum mortuam transferri prædia non poſſunt, ſi conſideretur manus mortua perinde ac ſi non mortua, & ſi ſolvantur nihilominus functiones publicæ & tributa, quin donatio ſubſiſtat, cum ceſſet ratio prohibendi, dubitandum non puto. Et deinde advertendum, quod quamvis cautum jam olim, etiam Ultrajecti, edictis ſæpius repetitis, nequis in manum mortuam ullo modo transferret prædia, exceptis quatuor tantum monialium monaſteriis, de quibus ſupra, Fundat. 21. *in fin.* ut verbi gratia edicto. quod ſeculo XIV. relatum in librum Rufum, qui Ultrajecti in Archivis. *Die ſyn erve vercoopt of in aelmoeſen geeft geeſtelicken luden, die verbeurt twintich pont, ende die Scepene die over die gifte ſyn, verbeuren elck twintich pont,* ea tamen cleri protervia, avaritia, & inexhauſta cupiditas, ut contrario ſemper uſu neglecta identidem legum vis, donec Carolus V. æternam tandem de eo legem promulgavit hujuſmodi.

Ex Curiæ Provincialis ſecundo Memoriali.

Kaerle *by der gratien Gods Keyſer van Romen, altyt Vermeerder 's Rycks, Coninck van Germanien, van Caſtilien, van Leon, van Arragon &c. Allen den genen, die deſen onſen brief ſullen ſien Saluyt. Alſo wy bevinden, dat int overſien van den ſtaet onſer voorſz Stadt van Utrecht bevonden wort, die excyſen ende incompſte der ſelver onſer Stadt merckelicken declineren ende verminderen, procederende, als eenige ſeggen, vermits dat veel huyſen, daer goede luyden in te woonen plagen, gecocht, afgebroken, onwoonbaer gemaeckt, ende tot commoditeyt van enighe clooſteren ofte Regeerderen van dien geappropieert worden, voirder dan ſy des nootelycke behoeven, daer door die goede burgeren ende inwoonderen onſer Stadt genodicht worden, heur woningen elders te ſoecken tot crenckinge ende diminutie der ſelver Stadt, niet alleen in waken, ende die ter noot te beſetten, dan oock in den incompſten van heure excyſen als voren, dair die poirten, muren, ende fortificatie van dien mede onderhouden moe-*

ten worden. So iſt dat wy deſen overgemerckt, willende behoirlicken hier inne verſien, ende gehadt hier op 't advys van onſen Stadthouder Generael van Hollant ende van Utrecht den Grave van Hoochſtraten, mit oock eenige van onſen Rade aldaer, geordonneert ende geſtatueert hebben, ordonneren ende ſtatueren by deſen, datmen van nu voirtan geen huyſen ofte erven ſtaende binnen onſer Stadt Utrecht meer ſal mogen vercopen, geven, ofte tranſporteren eenigen clooſteren, oft anderen geeſtelicken plactſen, oft ſoo ymant anders uyt haren name, ende tot heuren behoeve, verclarende die coopen, gifte, ofte diſpoſitien, die namaels bevonden ſullen worden ter contrarie van deſen gedaen, onbundich ende van geenre weerden te ſullen ſyn, ende dat die naeſte vrienden ende maghen van den ghenen, die ſo heure huyſen ende erven enighe clooſteren ofte Conventen vercocht, overgegeven, oft gelaten hebben, deſelve huyſen ende erven na heur ſullen mogen nemen, als heur vry eygen goet in alre manieren, gelyck dat in onſe landen van Hollant, ende andere onſe landen ende Heerlicheden van herwaerts over gepubliceert ende onderhouden wert. Ende indien daer eenige ſimulatie ofte bedroch inne gebeurde, dat in ſulcken gevalle die voorſz. huyſen ende erven van onſer wegen aengevaert, ende weerlycken perſonen vercocht ſullen worden t'onſer profyte, ontbieden daeromme ende bevelen mit ganſen ernſt onſen Schout, Burgemeeſteren, Schepenen, ende Raide onſer Stadt Utrecht, dat ſy over ſulcke vercopinge, translatie, ofte overgifte van huyſen ende erven tot behoef van Cloofteren niet en ſtaen, oft eenige brieven daer af beſegelen opte pene van arbitralick daer over geſtraft te worden, als de ghene die onſe geboden ende ordonnantien overhorich ſyn, naer dat bevonden ſal worden ter materie dienende, Want ons alſo belieft. Des t'oerconde hebben wy onſen ſegel hier aen doen hangen. Gegheven in onſer Stadt van Bruſſel den 29. dach van Ianuario int jaer ons Heeren CIↃ. IↃ. *drie ende dertich, van onſen Keyſerrycke t'* XIV. *ende van onſen Rycken van Germanien, Caſtilien, ende andere t'* XVIII. *Onderſtont: By den Keyſer in ſyneu Rade.* Herdinck.

XIII. Pulſi autem Carmelitæ, Papatu abolito, cum purior religio Ultrajecti præpotuit, penſione tamen annua debilibus conſtituta Ann. 1582. verſo interim cœnobio in officinam textorum donec magiſtratus maturiori conſilio, quid è re eſſet, diſpexiſſet. Plurium votis dein dirutum, partim arcis munitionibus deſtinata materia, partim S. Nicolai ædituis data ea lege, ut contractum à Conventu æs alienum in ſe ſuſciperent. Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1585. 4. Auguſt.

Ge-

Gereſolveert by den Rade dat men vercopen ſal, de materialen ſynde aen 't pant van de Vrouwen broeders, om die ſteen dair aen ſynde te mogen oirbaren an de nye Stadt muyr, daer men de ſteen gebreck heeft. 's Manendachs den v. Septemb. *De Raedt heeft geconſenteert, de Kercmeeſters van ſinte Niclais, alle de reſterende huyſen, Cameren, ende goederen van den Convente van de Vrouwen broeders an haer te nemen ende te ontfangen, mits betalende alle de laſten des ſelfs Convents, ende dit geduyrende tot wederſeggen des Raets, ende op conditie, dat ſy een gebreckelyck man, genaemt Henrick, huysveſtinge geven ſullen ſyn leven lanck, ende verder niet.*

FUNDATIO XXIX.

Ædis S. Hieronymi et Scriptvm Memoriale.

Ann. CIↃ. CCCC. LXXIV.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen, Ann. Domini CIↃ. CCCC. LXXIV. *quarta die Decembris in profeſto S.* Barbaræ *virginis & martyris inchoata eſt nova congregatio Sacerdotum & clericorum in civitate Trajectenſi inferiori retro St. Petrum* in den Regenbooch *ex congregatione Sacerdotum & clericorum domus S.* Ieronymi *in oppido* Delfenli *partium Hollandiæ. Nam quidam vir venerabilis nomine magiſter* Joannes *in ſacra Theologia Licentiatus & in Medicinis Doctor promotus, & quædam honorabilis domicella nomine* Catharina *relicta* Joannis *van* Zevenair *legaverunt in teſtamento ſacerdotibus & clericis præfatæ domus Delfenſis ad uſum novæ congregationis, ſacerdotum & clericorum in Trajecto plantandæ, domum iſtam cum domiſtadio, in qua præfata nova congregatio nunc plantata eſt, ac etiam ornamentum ſacerdotale ſericum croceï coloris & calicem argenteum deauratum ſatis bonum, in cujus pede nomen præfati M.* Joannis Reyneri *exaratum eſt, nec non & trecentos florenos Renenſes currentes ad comparandos perpetuos redditus* XV. *floren. Renenſium pro nova congregatione domus iſtius, petentes pro recompenſatione ſpirituali unam miſſam quotidianam pro ſalute animarum ſuarum perpetuo dicendam. Qui quidem honorabiles præfati teſtatores taliter conditionaverunt, ut videlicet in caſu, quo præfati Sacerdotes & clerici domus Delfenſis in dicta domo ipſis legata infra medium annum poſt deceſſum ambarum novam*

congregationem non inchoaverint, vel inchoata ibidem non permanſerit; tum ſimul omnia præfatis ſacerdotibus & clericis Delfenſibus in teſtamentum ſuperius legata cederent in certos pios uſus alios, quemadmodum in teſtamento legationis deſuper confecto inferius ſtatim annotando ſtatim exprimitur. Ipſe autem M. Joannes præfatus deceſſit ab hac luce Ann. 1471. 9. die menſis Maji. Domicella vero Catharina ei per triennium ſupervixit & migravit ab hoc ſeculo Ann. 1474. in profeſto Simonis & Iudæ Apoſtolorum. Et ſepulti ſunt ambo in conventu monialium nomine Ieruſalem extra muros civitatis Trajectenſis. Fratres autem noſtri Delfenſes poſt deceſſum dictæ domicellæ teſtatricis infra tres hebdomadas omnia ipſis legata coram Notario & teſtibus ab executoribus ejuſdem exegerunt, & ipſis annuentibus adſtatim acceptaverunt. Et duos tantum fratres primum illuc miſerunt ſcilitet unum ſacerdotem & unum ſubdiaconum, qui ibidem habitare cœperunt. Poſt vero ſubdiaconum illum ſubtraxerunt, & alium clericum in converſione principali remiſerunt. Et in primo anno natali ſcilicet ultimo die menſis Septembris Ann. 1475. per amicos fideles quos ſuſcitavit nobis Deus, impetravimus ſeparationem à Curatis noſtræ parochialis eccleſiæ, qui nobis propter Deum multum gratioſi fuerunt, & multa larga privilegia nobis gratis dederunt. Anno vero ſecundo, qui fuit annus 1476. quinta die menſis Martii impetravimus nobis per amicos confirmationem Ordinarii ſuper indultis Curatorum, qui & multa alia magna privilegia nobis deſuper conceſſit. Eodem anno in feſto glorioſi Hieronymi patroni noſtri cantare cœpimus divina per notas, antequam locum vel altare conſecratum habuimus, quod Vicarius Domini hoc nobis gratioſe licentiaverat, & interim in principalioribus feſtis continuavimus: Anno autem tertio qui erat 1477. 22. Maji domum noſtram in eccleſiam conſecrari fecimus, atque campanile ligneum cum campanula & altare lapideum ereximus, ac dedicari fecimus. Domus autem ſive Capella in honorem omnipotentis Dei & glorioſi Hieronymi Cardinalis presbyteri, Doctoris eccleſiæ præcipui, conſecrata eſt, quod divina diſpenſatione, ut creditur, factum eſt. Nam eramus tres in electione patroni diſſentientes, ſcilicet duo ſacerdotes & unus clericus, & unus petiit habere in patronum S. Gregorium, ſecundus S. Hieronymum, tertius vero S. Willebrordum epiſcopum. Tandem ex communi conſenſu ſcripſimus nomina illorum trium Sanctorum ſigillatim in tribus chartis, & miſimus in quoddam vas concavum, & convenimus in hoc, ut unus noſtrum intingeret manum in vas, & unam tantum chartam extraheret, & cujus nomen teneret, ille patronus noſter eſſet. Hac conventione facta oravimus Deum, ut ipſe per extractionem carta oſtenderet, quem illorum Sanctorum in patronum eligi vellet, & cecidit

cecidit ſors ſuper Hieronymum, *quia extracta eſt charta, in qua nomen ejus ſcriptum erat, & factus eſt nobis patronus dilectus. Anno autem quarto, qui fuit* 1478. *circa feſtum Martini epiſcopi hiemale emimus* VII. *jugera terrarum ſituata in* Gerberſcoop *à converſis ſororibus conventus Mariæ Ægyptiacæ. Pro quibus jugeribus expoſuimus ducentos florenos Renenſes de illis trecentis florenis Renenſibus nobis à prædictis fundatoribus legatis. Eodem etiam anno in fine menſis Martii emimus à* Johanne Broechouwer *duas Cameras noſtræ portæ anteriori contiguas nobis valde neceſſarias, in quibus ab initio ſcholas tenuimus, & emimus eas pro ducentis florenis Renenſibus, & xv. aureis ſolventes* XXVI. *ſtuferos pro floreno, & pro iſtis Cameris expendimus alios centum florenos Renenſes, qui remanſerant de præfatis* 300. *florenis, & hoc de licentia trium executorum,* Gerardi Vrenck *Canonici S. Salvatoris,* Wilhelmi Vos, *&* Suederi *de* Denemercken *dictæ teſtatricis. Ubi ſciendum ac noſtræ ac ſucceſſorum noſtrorum perpetuæ memoriæ commendandum, quod licet prædictos trecentos florenos Rhenenſes de licentia dictorum executorum ſic diverſimode expendimus, nos tamen & ſucceſſores noſtri perpetuis futuris temporibus obligamur & obligabimur, & ipſi obligabuntur ad præfatam quotidianam miſſam perpetuo dicendam, nec eſt ibi à quoquam cavillatio facienda, quaſi voluntas fundatorum eſſet in hoc mutata. Imo completa eſt & ampliata, quia de primis ducentis expoſitis pro illis* VII. *jugeribus proveniunt nobis in fructus annuales* X. *floren. Renenſes, & alii quinque floreni Renenſes proveniunt nobis ex aliis centum florenis expoſitis pro duabus Cameris, quia ante emptionem illarum conſuevimus eaſdem conducere annue pro decem floren. Renenſ. aureis, & ſic pro trecentis florenis præfatis amplius nobis comparavimus quam* XV. *flor. Renenſ. ut lucide patet cunctis intuentibus. Sciendum etiam quod ex prædictis duabus Cameris nos & ſucceſſores noſtri perpetuis futuris temporibus tenemur annue ſolvere Capitulo S. Petri duos lotones argenti, non puri ſimpliciter, ſed ſecundum quod eccleſia Trajectenſis ſolutionem argenti recipit in tempore. Inſuper per hæc ſcripta memorialia nos primitivi fratres perpetuæ memoriæ ſucceſſorum noſtrorum commendare cupimus, quod fratres noſtri Delfenſes non modicis expenſis & diſpendiis domus ſuæ iſtam congregationem inceperunt, & auxilio Dei huc uſque perduxerunt. Nam in primo anno miſerunt ad domum iſtam tot utenſilia in lectis, linteaminibus, ſupellectilibus, ſedibus ſcriptoriis, & in quibuſdam bonis libris, quæ omnia ſecundum bonum computum valebant ultra* 37. *flor. Renenſes, & in promtis pecuniis in primis duobus annis expenderunt pro domo iſta ad diverſos uſus plus quam* 116. *flor. Renenſ. Præterea poſuerunt hic ex domo ſua quatuor fratres, quos non repetiverunt,*

runt, quamdiu hic neceſſarii fuerunt. Igitur rogamus & in Domino obſecramus ſucceſſores noſtros, imo quantum cum Deo poſſumus committimus eiſdem, ut non ſint ingrati fratribus Delſenſibus *noſtris, nec facile ſe abſtrahant aut ſeparent ab eis, quamdiu in ſimplicitate noſtri ſtatus permanſerint, aut laudabilis converſationis extiterint, ſed familiariter vigeat inter eos fraterna caritas & caritativa fraternitas, Amen.*

I. *domum iſtam cum domiſtadio.* Area domum ambiens, & locus ipſe, ubi domus, *domiſtadium* dicitur. Chronicon montis S. Agnetis apud du Cange : *totam Curiam ſuam cum domiſtadio pauperculis delegavit.*

II. *Anno autem tertio, qui erat* 1477. 28. *Maji domum noſtram in eccleſiam conſecrari fecimus.* Atqui id factum demum Ann. 1507 ut, in charta quæ ſequitur: *Cum igitur in domo S. Hieronymi in Trajecto ſub anno domini* 1507. *die* XXX. *menſis Aprilis &c. conſecravimus eccleſiam & cœmiterium &c.* Nodus certe difficilis, & qui ſolvi vix poteſt. An eccleſia reſtituta ? an detractum quid aut adjectum ? an quid incidit, quo polluta? an fuſus forſan in ea ſanguis ? Neceſſe eſt certe, ut inciderit quid, unde iterum conſecranda. Charta autem, cujus memini, ita ſe habet:

Iacobus Ridder Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus Ebronenſis, Reverendiſſimique Patris ac domini Dom. Friderici *Marchionis de Baden eadem gratia Trajectenſis epiſcopi, in Pontificalibus Vicarius generalis, univerſis & ſingulis præſentia inſpecturis Salutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Officio noſtro congruum arbitramur, ut illis, per quæ animarum ſaluti conſulitur, & quæ ad divini cultus pertinent augmentum, atque omnipotentis Dni concernunt honorem, pietatis operibus charitatiſque viſceribus ſollicitius intendamus, atque ad excitandas Chriſti fidelium devotiones atque gratiarum augmentationes vigilemus. Cum igitur in domo* S. Hieronymi *in Trajecto ſub anno Dni* M. CCCC. VII. *die* XXV. *menſis Aprilis cooperante gratia Spiritus ſancti conſecravimus eccleſiam & cœmiterium in honorem omnipotentis Dei, & glorioſæ virginis Dei genitricis* Mariæ, *atque glorioſi* Hieronymi *Cardinalis presbyteri, & Doctoris eccleſiæ, & in eadem eccleſia altare ſummum ad honorem S. Trinitatis & B.* Mariæ *virginis, & glorioſi* Hieronymi, *cujus quidem eccleſiæ dedicationis diem proxima Dominica poſt feſtum nativitatis B. Mariæ virginis, altaris vero eodem die, ſingulis annis decrevimus & pronunciavimus celebrandum. Conſecravimus præterea ſub eodem anno* 1507. *in eadem eccleſia altare ad aquilonem ipſo die ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Iacobi in honorem* B. Mariæ *virginis, omnium Angelorum, & virginis* S. Annæ, *&* Mariæ Magdalenæ, *&* S. Eliſabeth *viduæ.*

Hujus

Hujus vero altaris dedicationis diem proxima Dominica poſt feſtum Aſſumptionis B. Mariæ *ſingulis annis decrevimus & pronunciavimus celebrandam. Altaris vero quod eſt ad Auſtrum, quodque conſecratum eſt à Venerando* Godefrido *Tricalenſi dedicationis diem Dominica infra octavas glorioſi* Hieronymi *ad petitionem perſonarum domus prædictæ decrevimus & pronunciavimus celebrandum. Cupientes ergo, ut prædicta eccleſia cum altaribus congruis honoribus frequentetur, & à Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere pœnitentibus, contritis & confeſſis, qui ad dictam eccleſiam in dedicationis ejuſdem & altarium, & ipſo die glorioſi* Hieronymi *patroni illius, atque in omnibus aliis feſtis infra ſcriptis videlicet Natalis Dni, Circumciſionis, Epiphaniæ, Paraſceves, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Chriſti, inventionis & exaltationis Crucis, in omnibus & ſingulis feſtis B. Mariæ virginis, in feſto S. Iohannis Baptiſtæ, Petri & Pauli Apoſtolorum, ac omnium Apoſtolorum & Evangeliſtarum, Sanctorumque Stephani, Hippolyti, Laurentii, Mauritii, Ieronis Presbyteri & Martyris, Pontiani, Sebaſtiani, Ignatii, Blaſii, Valentini, Pancratii, Bonifacii & ſociorum ejus, Lamberti, & Victoris, ac Gereonis, Dionyſii & ſociorum ejus, & ſanctorum Innocentium, Martini, Gregorii Paſtæ, Auguſtini, Ambroſii, Anthonii, Benedicti, Ægidii, Servatii, Odulphi, Tranſlationis glorioſi Hieronymi, Tranſlationis Martini, Remigii, Lebuini, Franciſci, Dominici, Bernardi, Willibrordi, Nicolai, epiſcoporum, Katharinæ, Agnetis, Barbaræ, Agathæ, Luciæ, Apollonie, Dorotheæ, Margaretæ, Gertrudis, Cæciliæ, Scholaſticæ, undecim millium virginum, Mariæ Magdalene, Annæ viduæ, Eliſabet viduæ, in commemoratione omnium ſanctorum & animarum, Michaelis Archangeli, in transfiguratione Dni, & in omnibus feſtivitatibus ſanctorum, de quibus eccleſia celebrat aliquod feſtum, & per octavas prædictarum ſolennitatum, ſinguliſque Dominicis diebus cauſa orationis, devotionis, aut peregrinationis acceſſerint, vel qui prædictis diebus aut aliis ſingulis diebus, miſſis, horis Canonicis, prædicationibus, aut aliis divinis officiis ibidem interfuerint, aut legerint, ſi verbum Dei prædicaverint, vel in ſerotina pulſatione campanæ flexis genibus, qui commode poterunt ea flectere, ter* Ave Maria *dixerint, qui pro hic ſepultis ac ſepeliendis* Pater noſter *&* Ave Maria *legerint, vel qui unum* Pater noſter *cum* Ave Matia *legerint, quoties campanam hujus eccleſiæ pulſari audierint, aut qui in eccleſia hac in honorem patronorum ejus & altarium unum* Pater noſter *&* Ave

Ave Maria *legerint, vel qui hic venerabile ſacramentum corporis Chriſti cum* Pater noſter *&* Ave Maria *flexis genibus adoraverint, aut qui reliquias Sanctorum hic contentas aut in poſterum continendas cum* Pater noſter *&* Ave Maria *venerati fuerint. Qui eccleſiam præfatam pretereuntes inclinato capite* Pater noſter *&* Ave Maria *dixerint. Qui perſonis hujus domus aliquid ſcribendum vel illuminandum, ſeu ligandum, aut alias utiliter operandum commendaverint, ſive dum idem opus conſummatum ab eis tulerint, aut qui ſcholas* Hieronymi *cauſa informationis tam morum quam ſcientiæ obtinendæ viſitaverint, aut è ſcholaribus hic verſantibus, qui ſuis magiſtris humiliter obedierint, aut ſuam correctionem patienter acceperint, aut qui ſuos conſodales de quibuſque malis perpetratis ex mera charitate vel intentione emendandi coram Rectore accuſaverint, nec non omnibus, qui ad fabricam, vel luminariq, ſeu ornamenta, vel qui ad panem ac vinum, de quibus ſacramentum conficitur corporis & ſanguinis Chriſti, vel quævis alia uſui eccleſiæ aut perſonarum prædictarum utilia vel neceſſaria manus pias porrexerint adjutrices, aut qui favorem vel conſilium ad hoc dederint, aut qui in eorum teſtamentis aut extra aliquod charitativum ſubſidium eidem eccleſiæ vel perſonis præfatis donaverint, legaverint, procuraverint, aut qualecunque miniſterium favorabile intra vel extra adminiſtraverint,* † *Cupientes igitur, ut devotæ perſonæ ejuſdem domus ſancti* Hieronymi *Trajectenſis juxta veram & omni dignam acceptione traditionem ſanctorum Patrum & omnium Chriſti fidelium, qui in primitiva eccleſia floruerunt, in communi vita abſque voto ſolenni & profeſſione ſub gratia Dni noſtri Jeſu Chriſti, & obedientia ſanctæ matris eccleſiæ ac ſuorum Prælatorum ſeu Superiorum in humilitatis ſpiritu Altiſſimo militantes ſollicite de virtute in virtutem ambulent, gubernaculum diſciplinæ affectent, ſtatutis obtemperent, decreta obſervent, meritis pretioſi ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti inhæreant, mundum & ea quæ mundi ſunt deſerant, veram abjectionem, qua de mundo ſeparantur, præeligant, vitam ſpiritualem virtutum fructibus uberem ſilentio ſanctificent, vaniloquia & multiloquia declinent, laudes Deo pſalmodiis, ſeu aliis inſtitutis, vel privatis orationibus devote perſolvant, laboribus manuum diligenter inſiſtant, paſſionis quoque Dni noſtri Jeſu Chriſti & omnium beatorum meritis adjuventur, & eorum culpæ purgentur, & gloria ipſis citius & clementius impertiatur. Votis itaque devotarum perſonarum in domo* S. Hierouymi *præfata inhabitantium, Deoque laudabiliter in communi vita ut præfertur militantium pie faventes, ea-*

† Videtur aliquid deeſſe hic.

Digitized by Google

earundemque affectibus & ſupplicationibus zelo pietatis quam plurimum inclinati ipſis præfatis presbyteris & clericis & eorum familiaribus pro tempore in præfata domo militantibus Deo, nec non eorum continuis commenſalibus & domeſticis de quolibet virtutis progreſſu in virtutem aſpirantibus, aut ad progreſſum conſilium vel auxilium præbentibus, aut iſtum ſimplicem ſtatum vivendi, ut præmiſſum eſt, arripientibus, aut reſignationem omnium bonorum ſuorum temporalium, ut apud illos moris eſt, coram Notario & teſtibus facientibus, aut culpas ſuas ſacramentaliter vel obedienter zelo pacis, charitatis, ſeu emendationis privatim vel publice proclamantibus, aut correptiones & correctiones ex charitate facientibus vel patienter tolerantibus, ſe emendantibus, mea culpa *dicentibus, aut ſe emendare proponentibus, aut durum verbum & injurioſum propter Deum ſuſtinentibus, aut ſilentium ſtatutis à ſuperioribus locis vel temporibus obſervantibus, aut tentationes ſuas vel alias ad vincendum nitentibus, ſeu eaſdem humilitatis cauſa vel emendationis propoſito alteri diſcreto viro revelantibus, aut miſſis vel horis Canonicis ſeu aliis orationum vel laborum à ſuperioribus inſtitutis horis obedienter intereſſentibus, vel de Prælatorum ſeu Superiorum ſuorum diſpoſitione abſentibus vel lecto decumbentibus, ſeu alias debilibus vel infirmis, & tamen intereſſe affectantibus, aut jejunia vel abſtinentias carnem domando obſervantibus, aut de mane ad pulſationem campanæ unum* Pater noſter *&* Ave Maria *in memoriam Dominicæ reſurrectionis vel hora diei* 12. *in memoriam expirationis Dni noſtri Ieſu Chriſti, aut de loco in memoriam ſepelitionis ejus dicentibus, aut* S. Pater noſter *in memoriam Dominicæ paſſionis, vel* v. *vulnerum ejus coram imagine crucifixi ſeu alibi, aut quinque* Ave Maria *in recordationem dolorum virginis* Mariæ *ſtantis ſub Cruce dicentibus, aut quinque* Ave Maria *in recordationem annuntiationis, nativitatis, reſurrectionis, Aſcenſionis filii, & ſui ipſius Aſſumptionis in cœlum, aut* VII. Ave Maria *in recordationem* VII. *gaudiorum ejus, quæ nunc habet in cœlis, dicentibus, aut ſertum vel Roſarium, videlicet* V. Pater noſter *&* 50. Ave Maria *legentibus, aut* Confiteor *ad miſſam dicentibus, vel Miſſæ ſervientibus, aut* Pater noſter *unum &* Ave Maria *dicentibus coram Reliquiis ſanctorum in eccleſia vel aliis prædictæ domus locis exiſtentibus cum recordatione unius particulæ vel paſſionis Dni noſtri Ieſu Chriſti aut ſanctorum ejus, aut circa tempus expirationis ſpiritum in manus Dei commendantis, aut pro expirantibus unum* Pater noſter *&* Ave Maria *vel* VII. *pſalmos, vel aliam quamcunque orationem orantibus,*

werckx in den beginne onſer broederen vier ende twintich ſyn mit enen Prieſter, daer 't mede begonnen is om ſonderlinge ſaeken wille, ſo ſal 't getal van den broeders op twaelf ſtaende bliven, of ten hoochſten op ſeſtien mit enen Prieſter, ende niet meer, welc dattet meeſte deel van den broederen beſt dunct weſen in der tyt, dat ſy daer op verſtorven ſyn, ende als dan dair een ſterft, of datter een mit wille uytginghe, of datter ymant uytgeſet worde, dan ſullen die gemeen broeders enen anderen goeden man weder in ſyn ſtede kieſen by haer conſcientie, die den armen ſiecken luden nutte ende oorbaerlic is, ende leſen hem deſe ordinantie te houden, off ſyn broederſcap over te geven, ende dan ſoudmen enen anderen weder in ſyn ſtede kieſen, na alre manieren als voorſz is. Ende ſo wanneer daer enich broeder ſtervet, ſo ſullen die gemeen broeders vergaderen, ende helpen den dooden begraven. Voort ſo wanneer daer enich ſiecke ſtervet, in den gaſthuſe voorſz, die ſullen die gemeen broeders ter eerden helpen, ende graven hem in een matte, ten ware dat hem ymant een kiſte om Goeds wille gave. Voort ſo ſelmen uyt den broeders voorſz alle jaer twee bewaerres mit loſe kieſen, elcken half jaer een. Ende dat ſal weſen des Sonnendages na Meydach, ende des Sonnendages na Alreheyligen dach, ende die ontſte daer of ſal altoos ſyn half jaer den budel dragen. Ende deſe ſullen den gemeen broeders klaer rekeninge beſchreven overleveren van allen opbeuren ende uytgeven. Ende hoe veel daer in elck op haer ſelven uytgegeven is vierwerve des jaers, als des Sonnendages na Meydach, des Sonnendages na ſunte Iacops dach, des Sonnendages na alre heyligen dach, ende des Sonnendages na onſer Vrouwen daghe te Lichtemiſſe, ende op die vier dagen voirſz, ſullen die gemeen broeders te ſamen eten buten den gaſthuys coſte, ende dan ſullen die bewaeres vier broeders kieſen, die mit des gaſthuys gelt een potte ſullen beſorgen, ende alle Sonnendage om te dragen den armen Huysſitten, thent die broeders dan yerſt weder te ſamen eten, ende alſo voort altoos durende. Ende des en ſal hem niemant weren, alſo verre als hy den arbeyt vermach, Ende ſy ſullen enen van den vieren den budel bevelen, ende die ſal claer rekeninghe beſchreven over leveren van allen opbeuren ende uytgeven, hoe veel dat in elker weke op haer ſelven uytgegeven is. Voort waer dat ſake dat enich broeder, die tot den potte gecoren waer te dragen verſuymde, dat hy des Sonnendages niet en quame, eer die clocke negen ſloege voir middage, die verbeurde een Vlaemſche placke. Ende wanneer die bewaerre, die den budel draget van den potte, ter

merct

merct gaet om te copen vleyſch, of enich dinc dat tot den potte behoort, ſo ſal by mit hem nemen een van ſinen geſellen, ende ſo wie hy daer toe vermaende, ende by 's niet en dede, die verbeurde een Vleemſche placke, ende ginghe by alleen ter merct, ſo verbeurde hy desgelyes een Vleemſche placke. Voort ſo wanneer die bewaerres van den gaſthuyſe afgereeckent hebben, ſo ſullen ſy uytgaen, ende die broeders ſullen beſien, of ſy enich gebreke in die rekeninghe vinden, ende vonden ſire gebrec in, dat ſoude hy beteren by goetduncken der gemeenre broeders. Ende ſo wat broeder die niet ſcriven en can, die mach doen ſcriven op des gaſthuus coſte.

Voort ſo en ſullen deſe twee Bewaerres geen erve noch renten copen, noch vercopen, noch boden in den gaſthuus aennemen, noch oirloff geven, noch geen groote ſaken doen, die den armen voirſz aengaen, bet en ſy by conſente ende goetduncken der gemeenre broeders. Mer arme ſieecken te ontfangen, dat ſal alleen op hem ſtaen elc in ſynre tyt.

Voort ſo en ſelmen geen kinder ontfaen, die men voir water ende vuer wachten moet, noch raſende luden, die haer ſinnen niet en hebben, noch melaetſche menſchen, of die in den ban ſyn, noch niemant om ſyns goets willen, off die ſyn broot winnen, of by der ſtraten bidden mach, mer puere elendige arme menſchen, die ſieek ende bedde vaſt liggen. Ende ſo wie daer ontfangen wert, dien ſelmen voir alle dinc ſyn biechte doen ſpreken, op dat die ſiele eerſt bewaert worde.

Voort ſo ſullen die gemeen broeders twee werven des jaers, in dit voorſz gaſthuys hoochtyt mitten dienſte Godes houden, als opten kermis dach, ende op ſunte Bertelmeus dach.

Voort waert ſake dat die broeders eenige ſcheel of twiſt tegens malcanderen hadden, dat God verbieden moet, dat ſouden ſy bliven aen die gemeen broeders, ende waer der enich, die niet bliven en woude opter broeders ſeggen, of der broeders ſeggen niet en hielde, of datter enich onredelicke levede, die ſoudmen uyt der broederſchap ſetten, ende enen anderen in ſyn ſtede kieſen.

Voort in allen ſaken die den gaſthuſe of den pot voorſz aengaen of opvallen tot eniger tyt, daer ſullen die broeders elc na ſyn vermogen gelyc laſt in dragen. Ende ſo wat dat meeſte deel overdraget, dat ſal dat minſte deel volgen ende conſentieren.

Voort ſo wie tot den vier tyden des jaers voorſz, als die broeders te ſamen eten ende rekenen, of totten tween tiden, alsmen hoochtyt houdet, of alsmen enich van den broederen of van den armen ſiecken begaen ſal, of enige broeder van nyes kieſen ſal, of alsmen die broeders te ſamen ont-

ontbiet om enighe ſaken te verſpreken den gaſthuſe ruerende niet en quame, die verbuerde ene witte grote.

Voort ſo mogen die bewaerres altoos hoer ſaken ſluten, als ſy die meeſte helfte van den broeders by hem hebben, ende die tyt geleden is, dat ſy geboden waren. Ende deſe koren ſal die outſte bewaerre, die den budel draget in ſynre tyt beſcriven, ende tot elcken vierendeel jaers, als die broeders te ſamen eten, ſo ſal hy een ygelic ſyn verbuerde koren manen niemant te verdragen, ten waer dat hy tyt der Stadt op die tyt was, of alſo ſiec, dat hy daer niet comen en mochte, ende die verſcenen koren ſullen die broeders te ſamen verteren.

Voort ſo ſal de broeder, die nu is, of namaels werden ſal, deſen voirſz gaſthuus een duetken alle weeck geven, ende den gemeenen broeders een Pater noſter *ende een* Ave Maria *alle dage leſen, alſo lange als hy in deſe broederſchap is, ende verſuymede hy 't op een tyt, ſo mach hy 't op een ander tyt verhalen.*

Voort ſo ſal die bewaerre, die den budel draget, alle weke rekenen tegens den knaep, of tegens de moeder van dat ſy den ſiecken verleit hebden, ende hem al op betalen van der weke, ende alſo voort van weke tot weke, alſo lange als ſyn tyt duert.

Voort ſo en ſal geen broeder van ons des gaſthuys goet lenen of borgen, of onder hem ſlaen cleyn ofte groot, noch in den gaſthuus geſelſchap houden mit eten of mit drincken, dan alleen op den vier tyden voorſz.

Voort ſo ſel een ygelick broeder, als hy ſtervet, enen Engelſchen nobel tot enen teſtament den armen ſiecken in dit gaſthuus ende den potte voirſz erven.

Voort ſo mogen die gemeen broeders, mit gemeen conſent ende overdragen alle deſe ordinantie vermeeren ende beteren tot alre tyt, behoudelje alle die voirſz in hare volcomenre macht te bliven in allen manieren als voirſz is, ende die in geenre maten te breken, noch te verwandelen, of daer tegens te doen.

Voort waer dat ſake, dat enich gebree hier na tot eniger tyt in viel in deſen voirſz punten, als dat dit gaſthuus mit armen elendigen ſiecken niet gehouden en worde, ende die potte der armen huysſitten niet omgedragen en worde, ende die renten, die dit gaſthuus nu ter tyt becft, ende namaels vercrigen ſal, alſo verre als die ſtrecken mogen, den armen luden niet aengedient en worden, als voirſz is, ende dit bi verſumeniſſe der broederen een vierendeel jaers onbewaert ende ongeregiert ſtonde, dat God verbieden moet, ſo ſoude die Prioer van den Regulieren t'Utrecht ende die

die Scaffenaer *van den Duytſchen huyſe in die tyt macht ende moge hebben alle goet ende renten aen te taſten ende op te beuren, ende doen dat gaſthuus voorſz daer mede regeeren, ende den potte omdragen na der ordinantie voirſz, thent dier tyt toe dat die broeders voirſz hem berieden, dat ſy haer broederſchap wael verwaerden ende hielden als voorſz is, ende heur ſiele ende heur ere daer in quyten na alre inſettinghe ende ordinantien als ſy gelooft hebben, ende genoech voorſz is, ende des ſullen die broeders nu rechtevoort den Prioer ende den Scaffenaer beyde voorſz elc ene beſegelde Copie van woorde te woorde na deſer ordinantie voorſz geven, in haere kiſte op te leggen tot enen getuge, dattet des Heeren van Apcoude voirſz, ende alle der broeders, die nu ſyn, inſettinge ende wille, ende haer uterſte meninge ende begeeren is. Ende want wy willen ende begeeren, dat alle deſe voirſz punten ende ordinantie vaſte ende geſtade gehouden werde tot ewigen daghen, ende niet verminret, ſo hebben wy gemeen broeders van ſunte Bertelmeus gaſthuys voirſz, als Willem Here van Apcoude ende van Duerſteden, Dirc Willamſe, Ian vander Lynde, Dirc Willam, Peter Ians Bruneſſe, Aernt Willam Aernts ſone, Gysbert Roeſt, Tydeman Coddemaker, Otte Spaen, Henric Mont, Willam Key, Roelant die Viſch, Egbert Zuermont, Ian Valckens ſoon, ende om dat wy Willam Canen ſoon, Geryt Dirckſen van Oudewater, Baudeken Wynantsſone, Dirck Gerytsſoon, Ian Iacobsſen, Henric uter Voſcule, Henric Scutter, Gysbert van Rynevelt, Gysbrecht van Ryſwyc, Ian van Weſel onder ons tienen op deſe tyt ghene ſegelle en hebben, ſo hebben wy gebeden onſen lieven geminden Here, Here Willam Here van Apcoude voorſz, ende onſen dertien medebroeders voorſeyt, dat ſy die ordinantie ende punten mede over ons beſegelen willen. Ende wy Willam Here van Apcoude ende van Duerſteden, ende wy dertien broeders voirſz hebben om bede willen onſer tien broeders voirſz deſe ordinantie voor kem ende voir ons beſegelt mit onſen ſegellen. Gegeven int jaer ons Heren* CIↃ. CCCC. *ende ſeven op ſinte Sebaſtiaens dach des heyligen Martelaers.*

Procuravit diploma hoc, & conceſſit haud gravate rerum veterum ſtudioſiſſimus, & ſtudiorum ſimilitudine familiaris & conjunctiſſimus, & qui nobiliſſimo quo ortus ſtemmati doctrinam inſignem addidit, virtute & induſtria ad ſummos jam honores Ultrajecti evectus, Vicecomitum Mediolanenſium propago illuſtris, Dn. Daniel de Milan, Iudex Trajectenſis.

Her Willam Here van Abcoude. Fuit hic primogenitus Gisberti Domini de Abcoude. Uxor ei Maria de Walcourt Iohannis de Walencourt Marſcalci hereditarii Hannoniæ filia unica, ex qua duos ſuſcepit filios filiaſque. Ioannes, qui primogenitus, dum iter facit

Hieroſolyma, obiit ſine liberis. Alter Gisbertus vivo adhuc patre cœlebs vita conceſſit Ann. 1366. ſepultus Dorſtadi. Ex filiabus Maria Dorſtadi deceſſit virgo, ibidem etiam ſepulta. Altera autem Ioanna Ioanni nupſit de Brederode, Comiti de Gennip, ſed hæc ſterilis deceſſit. Legitimis ergo liberis Wilhelmus videns ſe deſtitutum cogitavit de ſpuriis, qui ei ſeptem aut octo, iiſque biduo ante mortem condito teſtamento ducentos ſingulis florenos annuos reliquit, ut ſequitur:

Wy Willem Heer van Abcoude ende Duerſtede, doen cont allen luyden die deſen brief ſullen ſien of hooren leſen, dat wy voor ons onſe oer oft naſaten gegeven hebben, ende geven mits deſen brieve onſen baſtart kynderen, hier onder beſchreven, elck 200. gulden Gelres, negen dobbel botdragers voor elcken gulden geacht, oft de weerde daer van in anderen payement jaerlyxen ende erflicken renten, hem ende hoer wetlycken oer te houden en te beſitten tot enen goeden onſterflycken leen, maer indien eenige van haer ſterft ſonder wettige oer, ſo ſoude deſes gelts 200. gulden wederomme comen aen de Hofſtadt van Duerſtede. Ende wie van deſen kynderen wy enighe goederen bewyſt hebben, ſullen ſy houden in afcortinge der voirſz 200. gulden, ende voort daer op gegoet weſen tot 200. guldens toe. Ende deſe voorſz renten bewyſen wy ende geven onſe kynderen hier nae beſchreven op onſen Uyterweert by Wyck gelegen, ende waert ſake dat de voorſz Uterweerden niet goet genoech en waren, elcken baſtart kint tot 200. guldens jaerlyxen erflycken renten, ſo is onſe meyninge, dat ſy de reſt ſullen hebben op onſe algereetſte eygen goeden daer naeſt gelegen, ende deſe voorſz goedinge ſullen ſy houden van ons ende ons naſaten tot een onverſterflyck leen, in aller manieren als voorſz is, ende dat altoos te verheergewaden mit een paer witte hantſcoen. Ende ſyn deſe onſe baſtaert kynderen, die wy in deſer manieren gegoet hebben. Eerſt Ian van Wyck, item Ian van Merthen, item Ian Driebergen, item Yda Henrick Moljaerts wyf, item Yda Gerrits wyf van Wamel, item Lysbet Ians wyff van den Poel, item Floris, die met Heer Herman van Gameren nu woont, ende onſen jongſten ſoon, dien wy hadden by Alytgen Heeren Ians Camenier van Lymbeck, en begeeren van onſen erfgenamen, dat ſy deſe onſe kynderen deſe leenen verlyden, ende daer toe ontfangen in alre voegen voorſz. In orconde des briefs mit onſen uythangenden ſegel beſegelt: Actum tot Geervliet den XXI. Mey. 1407.

Quod autem ad hoſpitale, jam ante trimeſtre id dotatum, ut patet,

ſi

ſi fundationis ſubſcriptio cum hac jam conferatur. Obiit Willelmus III. Iunii ejuſdem anni Geervlietæ, Vicam translatus, & ibidem mandatus terræ. Heredem habuit fratris filium Iacobum dominum de Gaesbeeck. Duos enim habebat filios Gisbertus ipſius pater ex Ioanna van Hoorn, cum qua in dotem acceperat dominium de Gaesbeeck, Wilhelmum, & Suederum pridem jam defunctum Ann. 1400. pridie S. Georgii, relictis ex Anna filia Comitis de Leyningen Iolanta & Iacoba. Iolanta nupſerat Huberto domino Culenburgi, defuncta Ann. 1443. 7. Maji, condira apud Carthuſienſes in ſuburbio Trajectenſi. Iacobus Ann. 1459. poſtridie S. Agathæ non relictis niſi ſpuriis & ſepultus ibidem. Habuerat filium Antonium ſed vivo patre jam extinctum Ann. 1429. ab ipſo patre, ut vulgo fertur, lupato freni equeſtris, etſi forſan, ut addunt, citra animum occidendi, ſic exceptum aliquando, ut mors ex plagis ſecuta.

So beeft by ons tien hondert Engelſche nobelen gegeven. Charta rectorum opidi de Heuſden Ann. 1403. *nos obligatos eſſe &c. anno quolibet in tribus denariis aureis dictis Engelſche nobels monetæ Regis Angliæ &c. quos quidem tres denarios aureos dictos Engelſche nobels monetæ prædictæ &c.* Charta Alberti Ducis ejuſdem anni; *des ſal hy ons uytreycken alſo lange als wi leven, ende niet langer alle jaer 3000. Engelſche nobelen, dats te weten duyſent Engelſche nobels op ſinte Ians dach decollatio &c.* Quinquaginta obolis ſeu ſtuferis eos æſtimat Kilianus. Sed æſtimatio eorum varia. Certe ejuſmodi quatuor ſi ſeptem faciant ſcuta Gallica, ut in charta Wilhelmi Comitis VI. Ann. 1414. *ons wettelyck ende wael betaelt hebben ſes hondert Vrancryckſche ſchilden vier gouden Engelſche nobelen voor ſeven dier ſchilden gereckent*, ſingula ſcuta autem ſi dalerum, ut in alia Ann. 1508. *& adhuc duorum ſcudatorum antiquorum monetæ regis Franciæ, quolibet ſcudato æſtimato ad unum & dimidium florenum Renenſem aureum pleni ponderis &c.* ſinguli nobiles neceſſe eſt fecerint quinquaginta duos obolos cum ſemiſſe aut præter propter. Sed incertum an ſemper tanti. Duo vetera enim ſcuta, quorum ſingula æſtimavit XLII. obolis Carolus V. Imper. unus efficit nobilis in charta fratrum Minorum anni incerti: *So heeft ſy ons beſet mit hoere aelmiſſen, die wy ontfangen hebben van onſen lieven Heere Heer Florens van Borſſel, Heere van ſinte Martensdyc haren ſoon*, CCC. L. *oude ſcilde, enen Engelſche nobel voor twe ſcilden gereckent.* Sex nobiles ejuſmodi & quadrantem à Richardo cuſos aut Eduardo Scabini Amſtelodamenſes æſtimarunt florenis undecim Ann. 1667. 15. Octobr. *Nederl. Advyſb. 4. conſil.* 209. Contra ſingulos novem ſolidis & quatuor groſſis

Flandricis cenſuit aſtimandos Maximilianus Imperator Ann. 1489. Alii aliter cenſuere. Vid. *'t Nederl. Advysb. 3. conſ. 176.* Nemo interim de eo dubitat, quin pro temporum diverſitate & bonitate materiæ diverſa etiam æſtimatio. Fuit Anglicus nobilis qui tres valuit florenos Ann. 1413. Fuit Anno 1594. qui ſex eſt æſtimatus & tredecim ſtuferis. *Nederl. Advysb. d. loc.* Sed nec ſcuti æſtimatio ſemper una eademque.

tot behoef der ſieeken in den gaſthuys ende des Pots der armen huysſitten behoef voorſz. *Pot* olla erat ſeu capſa fictilis, qua collectæ eleemoſynæ. Collectas loculus excipiebat, quem in uſum hoſpitalis ſervabat adminiſtraror à collegio ad id electus. *Huysſitten* egeni ſunt, ſed egeni, qui domi ſe tenuiter continent.

den goeden ſunte Bertelmeus. Martyrologium Romanum ad VIII. Kal. Septemb. *Sancti Bartholomæi Apoſtoli, qui in India Chriſti evangelium praedicavit, inde in majorem † Armeniam profectus, cum ibi plurimos ad fidem convertiſſet, vivus à barbaris decoriatus eſt.* Venant. Fortunatus:

Inde triumphantem fert India Bartholomæum.

die verbeurde een Vlaemſche placke. Octo chalcos faciebat hæc, ut putat Boxhorn. *theatr. urb. Holl. in deſcript. Dordrac.* Sed neſcio an recte. Haud dubie enim fuit pluris. Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1414. *des Woensdachs na ſinte Gelis dach: De Raet van onſer Stat gebiet, dat men alle placken, die tot Renen geſlagen ſyn, met duerre en geve noch en neme dan negendalf duytken, want ſy niet beter en ſyn. Ende waert ſake, dat ſy hier namaels erger geſlagen worden, daer ſoude de Raet die lude voor waernen, ende die dan of ſetten na hoire weerden.* Verum interim, & nihil certius, quam quod nec valor perpetuus, nec ubique etiam idem. Faciebat florenus Gelricus placcas tantum decem, ut in charta Ann. 1411. *drie en twintichſte halve nywe Gelreſche gulden, die nu elc ſtuc gelden tien Vlaemſche placken.* Sed ſciendum etiam quod Gelricus minoris multo quam ceteri viginti obolis æſtimati. Poirterboeck van Wyck *tit. Wat men van een aem wyns geven ſal: twalof placken,*

alſe

† Greg. Turonenſ. 1. *de mirac. martyr.* 34. *Bartholomæum Apoſtolum apud Aſiam paſſum agonis ipſius narrat hiſteria. Poſt multorum vero annorum ſpatia de paſſione ejus, cum iterum Chriſtianis perſecutio advenisſet, & viderent gentiles omnem populum concurrere, eique deprecationes aſſidue & incenſa deferre, invidia inlecti abſtulerunt corpus ejus, & ponentes in ſacrophagum plumbeum projecerunt illud in mare, dicentes, quia non ſeduces amplius populum noſtrum. Sed providentia Dei cooperante &c. ſarcophagum plumbeum à loco illo aquis ſubvehentibus ſublatum delatum eſt ad inſulam vocabulo Liparis. Revelatumque eſt Chriſtianis &c.*

Digitized by Google

alſe dertich placken gerekent voir enen gulden, die gemunt ende geſlagen is ende ware int jaer van CIↃ. CCCC. *acht ende tachtich.*

of datmen enich van den broeder of armen ſiecken begaen ſal. Begaen eſt ſtato die & ſolenni, Sacerdote adhibito cum cruce, defuncti viſere ſepulchrum, pro eo preces ibi fundere, dicendo *miſerere & de profundis* &c. Vid. *ad Alciati & Variorum epiſtol. p.* 491.

die verbeurde ene witte groote. Witte quatuor valet chalcos. Ex Actis Ultrajectinis *des Donredachs na onſer liever Vrouwen dach viſitatio* 3. *Iul.* 1483. *Die Rade out ende nywe hebben overdragen, ende belieft, dat Meyſter Lodewyck die muntmeyſter van onſer Stat wegen munten ſel enen penningh van enen ſtuver, ende enen penningh van enen halven ſtuver, daer op ſtaen ſel ſunte Martinus, ende ſal beter weſen dan den Vleemſchen penningh. Den ſtuver ſal heten enen* miter, *ende den halven ſtuver een* witgen.

ende die verſchenen koren ſullen die broeders te ſamen verteeren. Ut patet ex verbis *kore* hic mulctam ſignificat. Alibi idem eſt, quod ſtatutum, quod lex. Leges villæ de Arkes apud d'Achery *to.* 12. *Spicileg. Notum eſſe volumus omnibus hæc inſpecturis, quod nos hominibus noſtris de Arkes legem juratam, quæ Chora vulgariter appellatur, dedimus &c.* Unde & noſtrum *keur, keuren.*

ende die Scaffenaer van den Duytſchen huyſe. Eum puto hic intelligi, qui eſt aulæ Præfectus. Vulgo *Huyſcommandeur. Schaffenaer* idem eſt, quod diſpenſator, procurator, oeconomus. Kilian.

FUNDATIONES ET FATA ECCLESIARUM

LIBER SECUNDUS.

EAS COMPLECTENS, QUÆ IN SUBURBIO TRAJECTENSI, VEL ALIBI IN DIOECESI.

FUNDATIO I.

ECCLESIÆ RHENENSIS

ANNI INCERTI.

† Passim hæc apud eum *inferior* dicitur *terra*, ut & infra *cap.* 44. ad quam etiam ibi refert Veluam & Teisterbantiam, *frumentum*, inquit, *comparari fecit in Colonia, & duas naves onustas ad inferiorem terram deferri, & dispensatione villicorum super Velua & in Iesterbant taliter fecit erogari &c.*

VETUSTISSIMA in diœcesi ecclesia de Rhenem jam ante seculum XI. in honorem S. Cuneræ extructa & dotata. Hadr. Iun. *Batav. cap.* 11. Argumento est, quod ejus mentio in vita S. Meinwerci, qui initio seculi illius vixit, *cap.* 37. ubi & montis mentio, qui urbi imminet, eodem nomine adhuc notus, quo olim, *Heimenbergh* scilicet. *Qua mentis*, inquit, *insania fœmineo furore debacchata x. mansos in monte Lare juxta Heimenberg in inferiori terra ecclesiæ S. Viti in Eltene quasi sub specie religionis contulit &c.* & mox: *Illico allatis reliquiis de ecclesia vicina Rene, constructa in honore S. Cuneræ, in quibus jurare consueverant &c. In inferiori terra*, id est, inferiori Germania, ut idem supra *cap.* 4. Ad hujus inferioris Germaniæ *septentrionalem tractum Trajectensis diœcesis est terminus.* † Habuit urbs Rhenum & vicinus locorum tractus suos olim dynastas, quorum ultimus Godefridus episcopus Trajectensis, vulgo idcirco dictus Godefridus de Rhenen, qui & opidum & multa alia ecclesiæ dedit Trajectensi. Heda *in ej. vit. in fin.* Magn. Chron. Belg. *p.* (*mihi*) 186. Ecclesiam tamen conferebat vacantem Comes de Benthem, qui in equites Teutonicos jus transtulit, quod habebat, Ann. 1277. Charta ita se habet: *Universis præsentes literas visuris Egbertus Comes de Benthem salutem in domino sempiternam. Cum temporis mobilitas omnia secum temporalia præcipitet, & de*

& de facili à memoria hominum, quæ labilis eſt, actus cadunt humani, ideo plerumque ea quæ aguntur conſueverunt litterali teſtimonio perhennari. Noverit igitur univerſitas veſtra, quod nobilis vir Otto genitor noſter, quondam Comes in Benthem, prudenter attendens caducam eſſe vitam mortalium, nec quicquam eſſe inter cetera ambiguæ incertius hora mortis, ſaluti quoque ſuæ compos corporis & mentis ſalubriter providens habitum religionis à Commendatore & fratribus domus Teutonicæ beatæ Mariæ Trajectenſis humiliter petiit, & obtinuit ab eiſdem. Quo impetrato in remedium animæ ſuæ & progenitorum ſuorum, & ob ſpem retributionis æternæ viris religioſis Commendatori & fratribus domus Teutonicæ Trajectenſis in ſubſidium terræ ſanctæ, nobis ac dilecto ſororio noſtro juniori Comite de Oudenborch præſentibus & conſentientibus, in puram elemoſinam propter Deum liberaliter contulit & aſſignavit eccleſiam, ſive jus patronatus eccleſiæ de Renen cum ejus attinentiis, nec non grutam ibidem & decimam in Node &c. Acta autem ſunt hæc in Benthem præſentibus nobis & Comite de Oudenborgh & præſentibus teſtibus ſcilicet &c. Ann. Dni CIↃ. CC. LXXVII. *in die beati Bonifacii.*

1. Urbi utraque jurisdictio, civilis & criminalis, non Rheni ſolum, ſed & alibi, in locis aliquot circumjectis, ut in *Venendael* verbi gratia, cujus incolæ, cum Rheni de reo ſumitur ſupplicium, evocantur à magiſtratu, ut armati ex more veteri cingant locum ſupplicii. Verum poteſtas hæc, quouſque in eos ſe extenderet, quum ante annos aliquot eſſet quæſtio, nec concordiæ ulla ſpes, Ordines de ea aditi cauſa cognita & excuſſa reſcripſerunt, ut ſequitur:

De Staten van den Lande van Utrecht, hebbende geexamineert de klachten by die van Venendael in verſcheyde requeſten ende ſekere deductie aen haer Ed. Mog. overgebracht, als mede het bericht by de Heeren Regeerders der Stadt Rhenen daer tegens ingedient, mitsgaders de bewyſen ende documenten verders daer by overgeleyt, verſtaen dat het Rhenenſe veen van alle oude tyden heeft behoort onder de Stadt van Rhenen, ende dienvolgende ſy aldaer geexerceert hebben, de jurisdictie ſo int civiel ter eerſter inſtantie, als het crimineel, mitsgaders het gene aen de ordinaris politie is dependerende, ende dat het geen by partye ter contrarie wort geallegeert, alleenlyck applicabel is op het collegie van de Veenraden aldaer, Dat de privilegien ende octroyen aen deſelve verleent, niet anders contineren als het recht van opſicht, ſchouwe, ende regeeringe van de griſte, den dyck tot bewaringe van dien gelecht, ende de turfneringe, mitsga-

ders

ders 't geen daer aen dependeert, ſonder dat die van andere ſaecken ſyn ſprekende, ofte dat die verder konnen worden geextendeert, dat haer Ed. Mogend. geen ander collegie ofte ſocieteyt onder Venendael en bevinden, als de gemelte Veenraden, ende by gevolge niemant anders met eenige andere privilegien gemunieert, omme daer uyt te konnen ageren, Dat haer Ed. Mog. de neeringhe ende familie gelden aen die van Venendael *noyt apart hebben aengeſchreven, maer deſelve onder* Rhenen *hebben begrepen, ende deſſelfs quote daer na geconſidereert, Dat de aenſchryvinge van ſodanige impoſitien of laſten omme deſelve uyt te ſetten onder* Venendael *niet wel en kan geſchieden, dewyl haer Ed. Mog. onbekent is, dat eenich collegie van Schout ende Schepenen, oft ander repreſentatyff van een ſocieteyt onder* Venendael *gevonden wort, Dat de Requiranten noch klachtich vallen in het generael over het quotiſeren van particuliere perſonen in de voorverhaelde ſchattinge, maer dat niets is, waer uyt haer Ed. Mog. blyckt, dat die van* Rhenen *daer ontrent de macht geexcedeert hebben, gelyck ſy oock by miſſive aen haer dies aengaende in dierbare expreſſien ſyn proteſterende, dan verſtaen haer Ed. Mog. evenwel, dat by voorval van eenige beledichde ingeſetenen die van* Venendael *bevoegt ſyn, omme daer omtrent ſolutie ende verlichtinge te eyſchen, ende dat de Magiſtraet van Rhenen gehouden is, deſelve daer inne genoegen te geven ende geruſt te ſtellen, dat oock by manquement van dien de wech aen haer open ſtaet, om haer toevlucht tot haer Ed. Mog. als Souverain van den Lande te nemen, wiens ſchattingen het ſyn die geheven worden, ende alleen aen de Steden gepermitteert en geconſenteert is, omme deſelve op het gevoeglyckſte ende met de minſte laſte van hare ingeſetenen uyt te ſetten, ende te collecteren, dat haer Ed. Mog. oock het recht hebben, omme tot allen tyden de viſie ende exhibitie van de quohieren van dien aen de Steden af te vorderen, omme na gelegentheit van ſaken daer inne te voorſien, Belangende de verhoginge van 's Lants impoſitien daer inne verſtaen haer Ed. Mog. de regeeringe der Stadt* Rhenen *t'eenemael onbevoegt te ſyn, alwaert dat ſy eenige jaren ſulcx mochten hebben gepractiſeert, ſo lange by haer Ed. Mog. aen wien het invoeren van ſchattingen, mitsgaders het verhogen ende verminderen van deſelve alleen ende privatselyck ſpecteert, tot voordeel van deſelve Stadt, ſulcks niet expreſſelyck is geconſenteert. Ende dat Keyſer* Carel *in den jare van* 1528. *de privilegien der Stadt* Rhenen *confirmerende op het privilegie van den Biſſchop* Frederick *van* Blanckenheim, *waer op de Stadt* Rhe-

Rhenen *haer is beroepende, rakende het hogen ende lagen van den exeys heeft doen apoſtilleren: Dit machmen ſo gemackelyck niet confirmeren, maer als ſy des van noden hebben, ſullen daer over de Keyſerl. Maj. requeſte mogen overgeven, ſal hem altyt verſien worden, ſo nae redenen behoren ſal; veel min, dat gemelte Stadt gerechticht is tot het invoeren ende heffen van den gemelten kyſchys, ofte eenige andere nieuwe middelen, alwaert dat die eenige jaren gevordert waren, te meer ſo wanneer deſelve, gelyck voorgegeven wert, tot laſte van de opgeſetenen van Venendael alleen buyten de Borgers van Rhenen geintroduceert ſoude ſyn geweeſt, Ende verſtaen haer Ed. Mog. dat de Reſolutie van de Magiſtraet der Stadt* Rhenen, *rakende den impoſt op de beeſten buyten haer merckte gekoft, mitsgaders de penaliteyt daer by vervat, ſal worden gehouden buyten effect oft executie, dewyl niemant gedrongen kan worden, omme binnen de Stadt* Rhenen, *ende nergent anders ſyn ſlachtbeeſten te koopen, 't ſy hy aldaer ſyn gadinge vint oft niet. Ende voor ſo veel aengaet het yeken van maten ende gewichten, dat diens aengaende yder Magiſtraet de gerechticheyt heeft omme ſyne ingeſetenen te doen gebruycken den yck van ſyne Stadt, ende alſo die van* Venendael *onder Rhenen behooren, dat deſelve niet connen ontgaen deſſelfs Stadts yck te gebruycken, voornamentlyck daer die van Rhenen by t'contrarie gebruyck ſuſtineren vernadeels te weſen, vermits het geſchil in de mate, ſonder dat hier tegens doet, 't geene geallegeert wort, dat de Veenraden by Octroy van den jare 1564. ſyn bevoegt de turfmanden te yeken, ſynde aen de Veenraden ten dien eynde alleenlyck geconſenteert, ſonder dat het ſelve tot eenige andere ſaken buyten de turfneringe kan worden getrocken.*

Dat ten opſicht van de rekeninghen, ende approbatie van de uytſettingen, Buyrmeeſters daer van aen de regeeringe van Rhenen *gehouden ſyn te verantwoorden, ende genoegen te doen, ſonder dat het ſelve nochtans plaets ſal hebben, voor ſo veel het Collegie van Veenraden aengaet, die volgens haer Octroyen als een gecombineert collegie uyt ingeſetenen van beyde de Provintien beſtaende, onder Rhenen niet behoren, maer aen de reſpective Hoven van Gelderlant ende Utrecht onderworpen ſyn, gelyck ſy ook niet bevoegt ſyn op te nemen oft reeckeninge te vorderen, van 't geene by particuliere perſonen van Venendael publyck gepacht is.*

Dat haer Ed. Mog. de queſtie ontrent de Waegh ende verhoginge van dien, niet volkomentlyck vinden gededuceert, verſtaen dat de

Stadt van Rhenen *daer omtrent niets kan diſponeren, ten ſy door haer Ed. Mog. conceſſie ende toeſtemminge, ende by gevolge indien deſelve ſulcks binnen ſekeren tyt aen haer Ed. Mog. niet vertonen, de Magiſtraet der Stadt* Rhenen *als dan ſal geoordeelt worden, tot het beſtellen van de Waegh, in voegen als opgegeven is, niet gerechticht te ſyn.*

Ende verſtaen haer Ed. Mog. dat de ſurcheantien, by deſelve ofte de Heeren der ſelver Ordinaris Gedeputeerden aen die van Venendael *verleent, mitsgaders de interdictien ende penale appoinctementen der Stadt Rhenen by deſen worden afgedaen ende ingetrocken, gelyck deſelve ingetrock.n ende vernietight worden by deſen &c.*

II. Reſcriptum eſt Ann. 1690. 20. Febr. Ex quo abunde & illud patet, quod multa interdum uſurpantur, quæ & juri contraria, & quæ defendi non poſſunt. Uſurpatio non ſufficit, nec vetus ſufficit conſuetudo *l.* 38. *ff. de legib. l.* 3. *C. de prec. Imp. off.* Non conſuetudo, ſed corruptela eſt, quæ in leges impingit, quæ jus atterit majeſtatis *dd. ll. nov.* 134. *cap.* 1. *in fin.* Verum vulgo ſic fit. Solet primum tentari res, tentari iterum iterumque. Impune ubi adlubeſcit in morem deinceps ſenſim tranſit. Atterit autem, qua tributum aut indicitur aut condonatur abſque Principis permiſſu, aut tacito aut expreſſo. Tacitus eſt, ſi tributum, quod frugibus, verbi gratia, pomis, piris indixit in locum aliquem importandis, à quibuſdam quis non exigat, & nec exegerit jam olim, ſi hæc certo in loco empta, ut verbi cauſa in diœceſi Rheni incolis, quod dico, accidit, ut ex Actis ibidem: *Wy Iacob Freys van Dolre Richter, Henrick van Amſtel, Wouter van Grootvelt, ende Tyman Lyſter Schepenen binnen Rhenen oirconden mit deſen placcaet brieve, dat voor ons quamen Mechtelt Crouwels ende Luytken Hollen, ende hebben getuycht ende geſeyt by horen eede met opgerechte vingeren aen den heyligen gehouden vol ſtaefs van hoir genomen, daer ſy metten recht toegebracht worden, als dat ſy van appelen, peren, noten, binnen der Stat van Utrecht geen ſtapelgelt en geven, die in den Geſtichte van Utrecht gecoft worden, daer ſy geven ſtapelgelt van appelen, noten, of peren, die gecoft worden in den lande van Gelre, oft in eenige landen buyten den Geſtichte van Utrecht. Ende binnen onſer Stat van Rhenen ſyn geen luden noch mannen meer, die mitten appelen omgaen, dan deſe twee Vrouwen voorſz, ende die heeft Gysbert Henricksſen voor ons laten gebien, ende die hebbent ten heyligen gehouden als voorſz. Ende want Machtelt ende Luytgen vooorſz dit voorſz aldus getuycht hebben als voorſz, ſo hebben wy*

Schout

Schout ende Schepenen voorſz, onſe ſegelen opt ſpatium des briefs gedruct. Gegheven in den jare 1502. op St. Andries avont Apoſtel.

III. Dignum id, quod notetur hic, ut nec illud indignum, quod tributo indicto, quamvis urbs non indicat, ſtatuendi tamen ei jus & ruri & in urbe, quantum cuique ſolvendum pro modo ſcilicet facultatum. Et ſic paſſim fit, ut notum. Etiam illud notandum, quod vectigal, quod à nautis Vreeſvici jam ſolvitur, olim Rheni ſolutum, ut docet charta Ann. 1455. *Wy Gysbert van Brederode Elect ende Ruwaert van Utrecht maken cont allen luden: Alſo die Eerbaer Heeren Prelaten ende Capittelen van den Dom, Oudemunſter, ſunte Peter, ſunse Iohan, ende ſunte Marien kercken t'Utrecht, om onſer liefden wil verpacht gebben Henrick Valckenair, den water-tol tot Rhenen mit allen ſyne toebeboren &c.* Et tanti olim momenti urbs, ut juſſu etiam Antiſtitis, quæ cuſa alioquin Ultrajecti, cuſa ibi moneta, ut docet charta Ann. 1392. Florentii Wevelichovii epiſcopi Trajectenſis, quæ eſt *lib. de jur. glad. cap. 11. p. 125.*

IV. Quod ad jus gladii etiam illud adhuc addam: Olim gladio ſi agendum petitus carnifex Ultrajecto, ſed non aliter conceſſus quam cautione prius præſtita adverſus vim vulgi, cui odio paſſim carnifex, tutum fore, & indemnem. Notatu dignum id credidi ex Actis Ann. 1521. des Donredachs na nativitas Mariæ: *Want die Scout van Renen begeert heeft gehadt onſer Stat ſcherprechter om juſtitie tot Renen te doen, die welcke hem gegunt is worden, des hy dair voir te borge geſtelt heeft Ian van Zwieten, alſe voer een mans lyf, ende hondert oude ſchilden na der gewoonten. Ende want daer die ſcerprechter daerenboven aldair ter doot toe gewont is worden, ſo ſteten Scepene, Raide, ende Ondermans, dat Ian van Zweten als borge voorſz, der Stadt te beteringe geven ſal hondert goude oude ſcilden, of die rechte wairde dair voer, te betalen d'een helft Victoris naeſtcomende, ende d'ander helft t'ſinte Martyns dage in den wynter daer naeſtvolgende. Ende des ſal die Raet den voorſz Ian van Zwieten byſtaen, en behulp doen, om hem weder te mogen verhalen aen die van Renen, als recht is.*

FUNDATIO II.

Monaſteriorum OESTBROEC & VROUWENCLOOSTER

SECULO XII.

I. Fuerunt duo monaſteria in ſuburbanis Trajectenſibus, extra portam *Albarum virginum*, virorum alterum, alterum fœminarum. Virorum, *Oeſtbroec* dictum, *Vrouwencloofter* monialium. Antiquius *Oeſtbroec* fuit, *Vrouwencloofter* recentius. Utrumque tamen jam extitit initio ſeculi duodecimi. *Oeſtbroec* ob ſtrictam regulæ obſervantiam *Carcer ordinis* olim dictum. Magn. Chron. Belg. *p.* 148. Henric. Thaborita 6. *Chron. cap.* 18. Fundarunt id duo milites, Hermannus & Theodoricus, & alii quam plures, ut teſtis eſt Godebaldus epiſcopus in charta Ann. 1125. (ita enim legendum, non ut perperam typotheta *to.* 1. *Analect.* ubi integrum diploma, Ann. 1225.) Io. à Leidis *lib.* 16. *hiſt. cap.* 8. † *Milites*, id eſt, equites, viri nobiles, *Ridders*. *Vrouwencloofter* fundavit Ludolphus primus Abbas in Oeſtbroec. Qua occaſione, ait ipſe in charta Ann. 1113. Charta ita ſe habet: *Ego Ludolphus Dei miſericordia primus Abbas eccleſiæ ſancti Laurentii in nova Bethlehem omnibus præſentem literam inſpecturis ſalutem in domino Iheſu Chriſto. Neceſſe eſt, ut ſcripti teſtimonio commendetur, quicquid proceſſu temporis per oblivionem poteſt calumniari. Ne igitur noſtræ religionis ordo & eccleſiæ conſuetudo in poſterum vacillet, vel proceſſu temporis tradatur oblivioni, neceſſarium duximus ſignificare ſucceſſoribus noſtris Abbatibus, monachis, ſororibus noſtris & monialibus, originem & ſtatum ſororum noſtrarum & monialium à prima loci fundatione conſtitutum à viris diſcretis & ordinatum. Electus in Abbatem & vocatus à Flandria veni ad locum præſentem, mecum adducens ſororem meam uterinam, ſed Deo deſponſatam, quam in eccleſia noſtra ſub habitu regulari de conſilio fratrum nobiſcum habitare permiſimus. Proceſſu vero temporis cum numerus ſororum noſtrarum ſanctimonialium accreſceret, & unus locus fratribus ſimul & ſororibus ad habitandum non ſufficeret, de conſilio Capituli ſororibus noſtris manſionem ſingularem in fundo eccleſiæ, quæ nova Curia appellatur, ad habitandum conceſſimus ſub hac forma, ut ejuſdem poſſeſſiones fundi noſtri, decimas majores & minores, juſtitiam, tractus aquarum ad molendina facienda, & ve-*

† Meminit militis non militum, & quod mirum militis non cujuſvis, ſed qui fuerat in Purgatorio S. Patricii. Thaborita *ibid.* *Godeboldus*, inquit, *epiſcopus conſtruxit monaſterium ordinis S. Benedicti in Oeſtbroec extra muros Trajectenſes auxilio cujuſdam militis, qui fuerat in Purgatorio S. Patricii, & uxore conſentiente ibidem habitum religionis cum iſto epiſcopo aſſumpſit, in quo morientes ambo ſepulti ſunt.* Unde autem tam varie?

Digitized by Google

& venas ad ceſpites fodiendos, & cetera omnia jura nobis reſervaremus. Prædictis tamen ſororibus noſtris non ex aliquo jure, ſed de gratia, partem de venis ad ceſpites fodiendos uſibus ſuis neceſſarios indulſimus ſub tali conditione, ut eædem ſorores noſtræ ſe nunquam à noſtro . . . . . ſine ſucceſſorum noſtrorum Abbatum conſenſu ſubtrahere præſumant, nec etiam ad habitum alterius religionis ſine noſtro conſenſu & ſucceſſorum noſtrorum, quamdiu in noſtra poſſeſſione & decima ſunt commorantes, attentent. Statutum eſt etiam à viris diſcretis & approbatum, ut prædictæ ſororet nullum jus habeant penitus in Abbatis electione. Conceſſum ipſis tamen eſt de gratia, ut Prioriſſam eligant, ſed ab Abbate confirmandam, vel ſi neceſſe fuerit ipſam deſtituendam. Et Procuratorem etiam, quemcunque Abbas ſecundum ſuam conſcientiam ipſis conſtituerit, ipſum non amovebunt, ſed cum patientia ſuſtinebunt. Inſuper conſiderata loci paupertate ſimiliter ordinamus, ut poſt matutinarum ſolemnia ad opus manuum ſecundam regulam omnes pariter præter ægrotas & debiles conveniant, opes peculiares nullas, ſive proprietatem intus & foris ſine conſenſu Abbatis habere præſumant. Et quæcunque in hujuſmodi conſtitutionibus auſu temerario minus obedire peæſumpſerint, ſecundum regulam ſancti Benedicti à communione corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti alienas eſſe decernimus, & Chriſtiana ſepultura omnimodo privandas. Ut hæc igitur noſtra conſtitutio inconvulſa ſemper permaneat, præſentem cedulam conſcribi, & ſigillo eccleſiæ communiri fecimus in munimen & robur matricis eccleſiæ. Actum eſt hoc anno gratiæ CIↃ. C. *tertio decimo, Calend. Novembr.*

II. Patet primo hinc, quod non novum id, ut in eodem monaſterio & viri & fœminæ, ut & ſupra jam dixi, & *lib. 2. de Nobilit. cap. 2.* Habebant Præmonſtratenſes, ſed quibus ſequior ſexus concluſus arctius. Fœminis, inquit, Hermannus Monachus *de mirac. S. Mar. Laudun. lib. 3. cap. 7. perpetua deinceps lex manet ſemper intra domus ambitum clauſas retineri, nuſquam ulterius progredi, nulli viro, non modo extraneo, ſed nec germano, aut propinquo loqui, niſi ad feneſtram in eccleſia, duobus viris converſis cum viro exterius, & duabus fœminis cum illa interius reſidentibus, & quicquid dicitur audientibus.* Secundo patet hinc, quod *Oeſtbroec*, tanquam matrix eccleſia, altera fuit multo & antiquior & dignior. Extructo jam *Oeſtbroec*, quod conſtat jam extructum Ann. 1113. quo Ludolphus jam ejus Abbas, *Vrouwenclooſter* demum cœpit, & cœpit, quod notandum, cum viris ſimul & fœminis non ſufficeret amplius idem locus. Unde & error convincitur Ioannis de Beka, qui Oeſtbroeck demum cœpiſſe ait Ann. 1121. in Godeboldo. Dignior

plane fuit, quia dignior fuit ſexus, qui *Oeſtbroec* obtinebat, deterior, qui *Vrouwencloofter l. 9. ff. de ſtat. hom.* Debebat Abbatiſſa Abbati reverentiam, non contra Abbas Abbatiſſæ. Non erat confirmandus Abbas ab Abbatiſſa, ſed Abbatiſſa ab Abbate. Abbatis electioni non intererat Abbatiſſa, ſed Abbas Abbatiſſæ, non quod votum ei in confeſſu, ſed ut ſua præſentia electionem dirigeret, fraudibus iret obviam, & amputaret diſcordiam. Nam & id providendum ei, nequid hinc cœnobium acciperet detrimenti. Petenda ab eo ſacramenta. Confeſſorem mittebat ipſe. Viſitabat, advertebat, nequid de diſciplina mutaretur in pejus. Controverſia tamen de eo olim, ut & de aliis nonnullis. De quibus tamen, ne animorum fieret gravior alienatio, ſemel iterumque compromiſſum in tertium, ſemel in Decanum eccleſiæ ſancti Iohannis Ann. 1277. & iterum in Fredericum epiſcopum Trajectenſem Ann. 1322. Status autem controverſiæ, quo poſſit plenius cognoſci, non abs re erit, ſi apponam hic, quid pronuntiatum ab utroque. Decani hæc eſt ſententia.

III. Iacobus *Decanus eccleſiæ ſancti Iohannis Trajectenſis. Omnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris in perpetuum. Cum jam dudum à longe retroactis temporibus inter Abbatem & Conventum ſanctæ Mariæ ſanctique Laurentii in* Oeſtbroech *ex una parte, Prioriſſam & Conventum dominarum ejuſdem vocabuli ex altera, ſuper quodam veno à piæ memoriæ quondam* Godeboldo *epiſcopo Trajectenſi ad neceſſitatem & utilitatem pro ceſpitibus fodiendis ad comburendum collato orta fuiſſet materia quæſtionis, & multis laboribus & expenſis eorum & amicorum ſuorum vexationibus agitata, nec ſolum quæſtionibus ſed etiam armis ſecularibus ſæpius exquiſitæ, tandem ipſæ partes ad inſtantiam diſcretorum amicorum ſuorum propter bonum pacis & concordiæ in nos de communi conſenſu & voluntate ipſorum Abbatis & Prioriſſæ & Conventus utriuſque tanquam in arbitrum, arbitratorem, ſeu amicabilem compoſitorem compromittendum decreverunt, ita quod quicquid nos ſuper veno prædicto & ceſpitibus fodiendis in eo arbitrando, ſtatuendo, ſeu amicabiliter ordinando arbitraremur, ſtatueremus, vel amicabiliter ordinaremus inviolabiliter conſervaretur, pœna certa ab eis ſuper hoc appoſita & acceptata, prout in inſtrumentis eorum ſuper hoc confectis plenius continetur. Nos vero attendentes nobis accreſcere meritum, ſi tam longo tempore religioſas perſonas inhærentes diſcordiis ad concordiam poſſemus inducere veritatis, & ne deterius inde contingat, pietatis intuitu recipiendum in nos duximus onus arbitrii memorati. Inſpectis itaque privilegiis, auditis*

ditis teſtibus, & per ſacramentum examinatis, ab utraque parte productis ſenioribus & diſcretioribus totius vicinie circumjacentis, perambulatis etiam perſonaliter confinibus veni prædicti, & terminis ipſius oculis contuentibus inſpectis, Abbate, Prioriſſa, ſenioribus & diſcretioribus Conventuum prædictorum, & tota vicinia ad hoc convocata, præſentibus. Inquiſita etiam diligentiſſime veritate ſuper præmiſſis & conſideratis circumſtantiis univerſis, die ad pronunciandum à nobis ad hoc ſtatuta, partibus præſentibus, & ſententiam arbitrii ſive amicabilis compoſitionis poſtulantibus, taliter arbitrandum ſtatuendumque duximus inter eos ſive amicabiliter ordinandum: In nomine Domini Amen. Salvis *privilegiis omnibus monaſteria beatæ Mariæ ſanctique Laurentii in* Oeſtbroich, *quibus per præſentem arbitrii prolationem nolumus aliquod præjudicium generari, inprimis arbitramur & pronunciamus venum à piæ memoriæ quondam* Godeboldo *Trajectenſi epiſcopo collatum utrique monaſterio videlicet dominorum* Oeſtbroich *& dominarum abſque omni dubitationis ſcrupulo commune eſſe debere & remanere ab hac die in antea pro ceſpitibus fodiendis ad neceſſitatem & utilitatem ipſorum. Pronunciamus etiam & arbitramur ordinantes, & ſub pœna in compromiſſo comprehenſa ſtatuentes, ut nec Abbas & Conventus ſui monaſterii, nec Prioriſſa & Conventus ſuus ſpecialiter ſeu generaliter ex eodem veno communi prædicto ceſpites vendant vel donent alicui prætextu neceſſitatis alicujus, nec fodientibus ceſpites pretium pro ceſpitibus commutent, ne fraus fiat legi, ſed ſi aliquod monaſterium prædictorum venum habuerit aliquod ſpeciale ex contractu, donatione, emptione, vel aliqua alia de cauſa, de illo ſi voluerint vendant, donent, & diſponant pro ſuæ arbitrio voluntatis. Item ordinamus & arbitrando pronuntiamus, ut Abbas & Conventus ſui monaſterii remaneant ad præſens & deinceps in ſua* bancka *vel ceſpitum fodina, in qua ex antiquo & hactenus conſueto effodi fecerunt ceſpites ſuos tam albos quam nigros, quamdiu ceſpitum fodina, quæ foditur, ſufficiat pro temporis exigentia ad neceſſitatem & utilitatem monaſterii utriuſque. Cum autem defecerit uni vel utrique monaſterio alia ceſpitum fodina per Abbatem loci aſſignetur, in qua tam albi quam nigri ceſpites, prout convenit, effodiantur, & valeant ad ſufficientiam effodi, & in eadem remaneant ſine ammonitione, quamdiu ſufficit illa pro temporis neceſſitate. Si vero contingat, quod in una ceſpitum fodina albi & nigri ceſpites effodi non poſſunt ſufficienter propter fundum forte harenoſum, vel aliud loci vitium, tunc quia neceſſitas compellis, quæ legem non habet, in duabus*

bus ceſpitum fodinis fodiat per Abbatem aſſignandis, & quilibet Conventus remaneat in ceſpitum fodina aſſignata, prout eſt prædictum. Et ne malitioſe & ad venni prædicti perniciem ceſpites nigri, qui meliores ſunt ad comburendum quam albi, plus quam expediat effodiantur, & ne albi penitus prætermittantur pro bonitate ceſpitum nigrorum, & per conſequens incumberet venni prædicti pernicies, arbitramur & ordinamus, ut unumquodque cœnobium tam albos quam nigros ita effodi faciat ceſpites pro ſua utilitate pariter & neceſſitate, quod in perniciem veni non cedat, & in diſtricto Dei judicio unusquiſque rationem reddat. Sed ad majorem cautelam & utriuſque monaſterii proviſionem & utilitatem ordinamus, ut Abbas & Conventus ſui monaſterii in fodiendis albis ceſpitibus numerum nonaginta hunt *& in nigris quadraginta* hunt *non excedat. Sed ſi in poſterum expenſæ & numerus excreverint tam dominorum quam dominarum & eis ſervientium, ita quod unum monaſterium vel aliud de pluribus indiguerit ceſpitibus, quemadmodum prædictum eſt, in hoc articulo ordinent inter ſe tam Abbas, qui pro tempore fuerit, quam Prioriſſa, dummodo Prioriſſa malitioſe non † intendat. Illo artieulo, Abbati, qui pro tempore fuerit, ſemper ſalvo, quod vicinis villa pro ſervitio monaſterio ſuo ab eis debito exhibito & exhibendo, & quibus ex antiquo banchan pro ceſpitum fodina aſſignare conſuevit, aſſignare poterit & nunc & in poſterum, prout eis tenetur, & ſibi viſum fuerit expedire, abſque omni Prioriſſæ & ſui Conventus contradictione. Ordinamus etiam & arbitramur, ſub pœna promiſſa, ut unum monaſterium aliud non impediat in fodiendo, venum intrando cum oneribus & exeundo. Sed ſiquæ fuerint expenſæ neceſſaria & utiles pro itinere faciendo, aut alia utili & neceſſaria cauſa pro rata recipiendorum ceſpitum ſive rata ſimiliter expenſarum ab utriſque. Hæc autem omnia & ſingula præmiſſorum arbitramur ab utraque parte obſervanda ſub pœna in compromiſſo comprehenſa, ut per præſentis arbitrii ſive ordinationis prolationem omnis rancor & diſcordia ſuper præmiſſis inter eos hactenus habita, & quæ jam fuerat inter eos præſcripta ſopita remaneat & totaliter terminata. In cujus rei teſtimonium & memoriam perpetuam præſens ſcriptum utrique monaſterio ſigilli noſtri appenſione contulimus roboratum. Pronuntiatum & datum, & qui fecerit contrarium, oratio ejus fiat in peccatum, Ann. domini* CIↃ. CC. LXX. *ſeptimo in paſſione Petri & Pauli Apoſtolorum.*

† *incedat.*

IV. Hæc autem Frederici: *In nomini Domini Amen. Nos* Fredecus *Dei gratia Epiſcopus Trajectenſis in perpetuam infra ſcriptorum me-*

memoriam. Ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod cum inter Religioſos viros, dominum Theodoricum *Abbatem ejuſque Conventum ſancti Laurentii in Oeſtbroec ordinis ſancti Benedicti ex una &* Petronellam *Prioriſſam & ejus Conventum ſanctimonialium monaſterii in* Vrouwencloolter *ejuſdem ordinis ex parte alia, ſuper ſubjectione, correctione, viſitatione, & pluribus aliis juribus, quas & quæ dicti Abbas & Conventus in dictas Prioriſſam & ſanctimoniales ipſarumque Conventum & monaſterium ſe habere contendebant gravis & periculoſa fuiſſet ſuborta materia quæſtionis. Tandem dictæ partes ſano ductæ conſilio ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, eorumque ſtatu, ac quibuſcunque litibus, diſſenſionibus, controverſiis, diſcordiis, ſeu quæſtionibus inter ipſas uſque in diem hodiernum habitis, ſive motis, in nos tanquam in arbitrum, arbitratorem, ſeu in amicabilem compoſitorem, diffinitorem, ſeu declaratorem de* alto & baſſo *ſponte compromiſerunt, promittentes, ſub pœna centum librarum Turonenſium nigrorum ſolvenda nobis à parte contra arbitrium ac pronuntiationem noſtram veniente, ſtare arbitrio, pronuntiationi, diffinitioni, laudo, ſententiæ, & declarationi noſtræ in omnibus, & parere, ſive ſtando vel ſedendo, die feriato, vel non feriato, ſervato juris ordine, vel ſine ſtrepitu & figura judicii, ſeu ſummaria cognitione prahabitis, ipſis partibus præſentibus vel abſentibus, & eis tamen vocatis ad hujuſmodi arbitrium & pronuntiationem duximus procedendum. Nos igitur attendentes, quod diſſenſiones & ſcandala præcipue inter religioſas perſonas pravis actibus anſam præbeant, ſintque Conventuum & monaſteriorum diſſolutionis & opprobrii plurimum inductivæ, ipſasque perſonas retrahant à divino obſequio, cui ſemper debent intendere & vacare, volentes diſſenſiones hujuſmodi & rancores ab ipſis prorſus evellere, ac omnimode ſubmovere, nullis unquam temporibus favente domino ſuſcitandos, recepto in nos prædicti onere compromiſſi, in ipſoque ſummarie procedentes, viſis, auditis, & inſpectis, univerſis literis, privilegiis, & inſtrumentis utriuſque partis in modum probationis productis, omnibuſque aliis cum diligentia recenſitis, quæ nos movere poterant & debebant, communicato ſuper hoc ſapientum & juriſperitorum conſilio, ipſis quoque partibus in noſtra præſentia conſtitutis, & noſtrum arbitrium ſeu pronuntiationem cum inſtantia fieri poſtulantibus arbitrando diffinimus ſeu diffiniendo arbitramur, pronuntiamus, laudamus, decernimus, dicimus, & declaramus, quod Abbas ſancti Laurentii in* Oeſtbroec *prædictus, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, de cetero electionibus Prioriſſæ & ſanctimonialium*

prædicti monaſterii in Vrouwenclooſter *intereſſe habet & debet, non tanquam jus vel vocem in electionibus habens, ſed tanquam ipſarum conſiliarius & director, ita quod ad electiones faciendas ipſe Abbas ex parte Prioriſſæ aut ſenioris de Conventu, Prioratu vacante, ad dictum diem & horam canonice evocetur, & ſive venerit, ſive non, nihilominus in electionibus procedatur. Sed ſi Abbas ad electiones non vocaretur, tunc eſſent irritæ ipſo facto. Prioriſſam vero electam dictus Abbas pro confirmatione nobis habet præſentare, niſi hoc malitioſe facere detrectaret, quam per nos confirmatam ipſe Abbas in ſedem mittet & in poſſeſſionem corporalem ſui Prioratus, dictaſque ſanctimoniales dictus Abbas veſtire debet & velare. Arbitramur inſuper, dicimus, volumus, & ordinamus, quod quilibet Abbas, qui nunc eſt, & deinceps pro tempore fuerit, poſt ejus creationem, in ſuo jocundo adventu, nominare habet & poteſt unam puellam probam & ydoneam, cui dicta Prioriſſa & Conventus de prebenda ſanctimonialis vacante, vel quam primum vacaverit, providere debent abſque contradictione qualibet, & ſiquid contrarium attemptaverint, hoc ſit irritum ipſo facto. Præterea dictus Abbas una cum Commiſſario noſtro ſibi à nobis adjungendo ipſas Prioriſſam, & ſanctimoniales, ſtatumque Conventus & monaſterii ſemel in anno aſſumptis ſibi duobus monachis viſitare poterit & corrigere, exceſſus incorrectos, notorios, & enormes juxta ipſarum ſanctimonialium regulam & monaſticam diſciplinam. Cotidianos vero exceſſus Prioriſſa de conſilio Conventus corrigat, ſic ut canonicas & noſtras valuerit effugere ultiones. Juribus tamen noſtris ſuper viſitationibus, ſubjectionibus, & quibuſvis aliis per omnia nobis ſalvis. Item nulla monialium Conventum exeat ultra unum vel duos dies de licentia Prioriſſæ, & ſi neceſſitate vel utilitate ſuadente abeſſe amplius aliquam oporteret, tunc conſenſus Abbatis & Prioriſſæ pro hujuſmodi abſcedendi licentia requiratur & etiam exſpectetur. Quam ſi Abbas malitioſe concedere recuſaret, ad nos pro licentia recurratur. Dictus inſuper Abbas cum Prioriſſa & Conventu unum monachum de diſcretioribus ſui Conventus ipſis Prioriſſæ & Conventui in Confeſſorem deputet & aſſumat. Qui monachus, ſi in eum concordare poterint, ipſis Prioriſſa & Conventui auctoritate noſtra divina celebret & miniſtret eccleſiaſtica ſacramenta. Si vero concordare non poterint, ad nos recurſus habeatur. Cui monacho à Prioriſſa & Conventu juxta ordinationem noſtram competentia ſtipendia aſſignentur, Capellanum etiam ſecularem ydoneum omnique ſuſpicione carentem, ad augmentandum divini nominis cultum, ſiquem ha-*

habere voluerint, dicti Prioriſſa & Conventus cum conſilio Abbatis deputent & aſſumant. Procurator vero ſeu proviſor bonorum dicti monaſterii de Vrouwenclooſter, *ſuorum quoque negotiorum geſtor coram Prioriſſa & Conventu in præſentia Abbatis ſemel in anno computare debet, & reddere rationem. Cujus ſtatum una cum Prioriſſa & Conventu, ſi neceſſe fuerit, reformet, ſi concordare poterint, alias hoc nobis denuntient reformandum. Cujus procuratoris ſeu proviſoris conſtitutio & deſtitutio ad Prioriſſam cum conſilio Abbatis pertineat & Conventum. Ea vero, quæ deductis expenſis neceſſariis ſuperfuerint, cum conſilio Abbatis in uſum monaſterii convertantur. In ceteris ſiquidem videlicet dedicationibus, prandiis, proceſſionibus, ſubjectionibus, vel fraternitatibus dicti Conventus & monaſteria nihil commune habeant, propter ſexus verecundiam & ſuſpicionem evitandam, nec Abbas cum ſuo Conventu à dictis Prioriſſa & Conventu ultra præmiſſa cauſa ſubjectionis aliquid exiget vel requiret. Siqua vero ſuper bonis vel debitis inter eos ſit diſſenſio, vel in poſterum oriatur, juxta ordinationem noſtram utrimque fiat ſatisfactio & complanatio bono modo, expenſas in lite habitas hinc inde propter amorem mutuum conſervandum decernimus remittendas. Et ſiqua dubia vel ambigua, quod abſit, ſuper præmiſſis vel eorum aliquo, in poſterum oriantur, illa noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum declarationi plenarie reſervamus. Præmiſſam pronuntiationem noſtram & arbitrium à partibus volumus & præcipimus promulgari & ratificari expreſſe, ita quod in ſignum emologationis & ratificationis ſigilla dictorum Conventuum præſentibus apponantur. In quorum omnium teſtimonium & munimen præſens inſtrumentum per Notarium infraſcriptum conſcribi, noſtriqui ſigilli ac ſigillorum dictorum Conventuum appenſione fecimus communiri. Acta ſunt hæc Trajecti in domo noſtra epiſcopali, Anno Domini* CIↃ. CCC. *viceſimo ſecundo, indictione quinta,* XXVI. *die menſis Februarii, hora nona vel quaſi, Præſentibus Reverendo in Chriſto patre, domino* Iacobo *Zudenſi epiſcopo, ac honorabilibus & diſcretis viris* Henrico *Abbate monaſterii ſancti Pauli ordinis ſancti Benedicti,* Iacobo *Præpoſito ſancti Iohannis,* Egidio *ſancti Salvatoris,* Iohanne *de* Polle *Embricenſi Trajectenſis diœceſis Decanis,* Giſelberto *de* Zulen, *&* Iohanne *dicto* Vrencke *Canonico ſancti Salvatoris Trajectenſium eccleſiarum, ac aliis pluribus fide dignis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego* Henricus *de* Otmarſen *clericus Trajectenſis diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius &c.*

V. Notandum autem, quod Decanus ait: *inter Abbatem & Conventum ſanctæ Mariæ ſanctique Laurentii in Oeſtbroec ex una parte, Prioriſ-*

ſam & Conventum dominarum ejuſdem vocabuli ex altera &c. Nam *Vrouwenclooſter* etſi proprie diſtinctum ab *Ooſtbroec* nonnunquam tamen ac ſi idem *Ooſtbroec* etiam nuncupatur. Sic in charta Ann. 1375. *quem pater ejus dominus Giſelbertus bonæ memoriæ Prioriſſæ & Conventui ſanctimonialium de Oeſtbroec, dum viveret, pro certa pecuniæ ſumma dinoſcitur vendidiſſe &c.* In alia Ann. 1277. *Nos Godefridus de Zeyſt miles &c. quod contulimus propter Deum Prioriſſæ & Conventui Sanctimonialium in Oeſtbroec &c.* Nec alia eſt rei ratio, quam quod unum olim cum *Ooſtbroe*, ex eo trahens originem, vicinum ei, ejuſdem ordinis, in eadem palude ſitum, quæ cum urbi ad Orientem, hinc *Oeſtbroec* etiam dictum. Ratio item non alia eſt, cur quamvis ſerius dedicatum eodem tamen die utriuſque dedicationis memoria quotannis facta. Sic juſſit Joannes epiſcopus Trajectenſis edita in id charta tenoris, qui ſequitur.

VI. Iohannes *Dei gratia epiſcopus Trajectenſis religioſis perſonis nobis in Chriſto dilectis, Prioriſſæ ac Conventui monaſterii Sanctimonialium in* Vrouwenclooſter *Trajectenſis diœceſis ordinis ſancti Benedicti, omnibusque aliis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem in domino ſempiternam. Cum ab antiquo dictum veſtrum monaſterium unum fuerit cum monaſterio beati Laurentii in* Oeſtbroec *ordinis & diœceſis eorundem, nos ut feſta dedicationum monaſteriorum prædictorum à Chriſti fidelibus colantur eo devotius, & majores indulgentias ipſi promereri valeant & ſalubrius domino famulari, quo confinitas monaſteriorum ipſis opportunitatem reddit ſimul utrumque monaſterium viſitandi, ad veſtram inſtantiam ſtatuimus, ordinamus, & volumus dedicationem dicti veſtri monaſterii in Vrouwenclooſter celebrandum, colendum, & obſervandum fore deinceps perpetuo in antea ſingulis annis eodem die, qua dedicationem monaſterii in* Oeſtbroec *prædicti contigerit celebrari, revocationibus, ſtatutis, ordinationibus, ſeu conſuetudinibus contrariis non obſtantibus quibuſcunque, volentes quod præſens noſtrum ſtatutum per nullum, cujuſcunque ſtatus vel conditionis exiſtat, etiam per Officialem, vel Vicarium vel Commiſſarium noſtros vel ſucceſſorum noſtrorum præterquam per nos perſonaliter infringi valeat vel aliquatenus revocari. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum Trajecti anno domini* CIC. CCC. XL. *ſeptimo,* XIX. *die menſis Februarii.*

VII. Dixi quod Abbatiſſa confirmanda ab Abbate. Poſtquam ſcilicet jam electa. Electio autem libera, donec Cæſar occupavit diœcelis imperium. Non alius tum Abbas, nec alia tum Abbatiſſa, electus, electave, quam quos Cæſar nominaſſet. Abbas erat vir illuſtris, &

magnæ

magnæ auctoritatis, Ordinum etiam Trajectenſium in Comitiis Aſſeſſor. Sua ei jurisdictio, ſuum territorium, ſuum item judicium, quod Biltæ ſolitum ab eo cogi. Feuda ei, clientelæ, & poſſeſſiones inſignes, cenſus item, & decimæ, quarum jus etiam ſingulare, ut ex libro cenſuali: *Op den ſelven dach als men den thins hoort te betalen, ſo ſullen die Tinsheeren ſitten, ende wachten den thins ſo langh, bent die ſonne onder gaet. Ende die dan niet betaelt en ſullen hebben, daer ſullen die Tynsheeren gaen des anderen daechs met drie thynsgenoten, ende manen den thyns, ende waert ſaeck dat ſy dan noch niet en betaelden, ſo verſwaert 't enen penninck, ende ſo ſelmen toeven* XIV. *daghen, ende wedercomen, ende dan verſwaert 't weder enen penningh. Noch* XIV. *daghen ſo ſalmen wedercomen altyt met drie tynsgenoten, die hier geerſt ſyn, ende ſo verſwaertmen noch enen penningh. Ende dan ſullen die Tinsheeren gaen ſitten met drie tynsgenoten te recht, ende vragen een oordeel, hoe ſy mit recht aen horen thinſe comen ſullen. Ende is 't dan dattet die tinsgenoten niet en weten, ſo ſullen ſy 't ſo lange bevragen tot dat ſy 't weten.*

VIII. Inter poſſeſſiones etiam *Dominium* de *Zuylen*, quod ſi non univerſum, ſaltem magna ejus pars, in emphyteuſin ab eo datum *Franciſco van Borſſelen* Comiti de Ooſtervant Ann. 1446. In commiſſum tum ceciderat ob non ſolutam penſionem intra annos octodecim, ſed accepta pecunia, centum ſcilicet nobilium, cum renuntiaſſet ei Abbas, rurſum rem eidem in emphytenſin conceſſit. In Actis de eo ita: *Item opten 26. dach van April Ann.* XLVI. *tooch Mr. Ielis om beden van myn lieven Heere uyt den Hage in den Briel, ende gaf van ſceephuyr, wagenhuyr, ende van male te dragen* XIX. *groot. Item daer na by beveel van myn Heer ſo tooch Mr. Ielis uten Briel opten 28. dach van April tot Bergen opten Zoom, om met Iohan Ruychrock myn Ioncker van Bergen te ſpreken van des Ionckeren ſaken van Naſſouwen. Daer van daen tooch Mr. Gillis t'Antwerpen, om gelt van Brecht te krygen in den wisſel tot Antwerpen, alſo 't Meeſter Iohan Pot hebben wolde &c. daer Mr. Gillis om uyt moſt ſeynden brieven tot Brecht eynwerf, anderwerf, ende derdewerf, en betaelde daer of ſchryfgelt en boden loon, ende want Mr. Iohan Pot dede ſchryven van Brueſele van den Heeren van den Rade an de Stadt van Antwerpen, dat ſy geen recht van den gelde doen ſouden, want ſy die kenniſſe daer of hebben wouden, ſo Mr. Ielis daer om tot Bruſſel reyſden, om tegens Mr. Iohan Pot te verantwoorden, alſo by dede, alſo dat die ſake ten beſten by toeſprake uytgeſet was, tot in de Bamiſſe merckt t'Antwerpen, ende bleef daer leggen elf dagen, om met myn*

Heer den Abt van Ooſtbreck te dedingen, als van dat goet van Zuylen ende van Wilnis; welck goet voorſz aen myn Heere den Abt voorſz verſtaen was, want hem die renten uyt dat goet voorſz in achtien jaren onbetaelt gebleven waren, elck jaer vier pont goets gelts, ende hebben hem gelooft ſyn afterſtal renten binnen XIV. *dagen te ſeynden tot Oiſtbroec in ſynen clooſtere, ende alsdan ſo ſoud myn Heere die Abt mynen lieven Heere van Ooſtervant dat goet weder verlyen, und brief geven in alle manieren, als myns lieſs Heeren ſyn Voorouders plagen. Ende in allen deſen reyſen tot dat Mr. Ielis weder in den Briel quam was hy uyt t'ſamen* LXXV. *daghen, daer en binnen verteert met die brieven te ſcryven van boden loon, huyrpeerden, ſceephuyr, wagenhuyr ende anders, t'ſamen* XIII. *Ph.* XIV. *ſſ.* VIII. *gr.*

Item Ian Iansſen geſent uytten Briel in den Hage aen Ioban Ruychrock, dat hy comen ſoude in den Briel by myn Heer, om met hem te ryden te Ryſel. Verteerde unde vervoer VIII. *ſt. Item noch Ian Iansſen geſent uytten Briel mit enen brif tot Geervliet aen Iacob Pot roerende van der dyckaedſen pandrecht, en voirt daer van daen in den Hage aen Floris van Borsſelen, mit een brief om die hondert nobelen te hebben, die myn Heere geleent hadde Adriaen van Borsſelen, en daer van daen reysden Floris voirt tot Nyerhaven, ende voirt ter Goude by Adriaen van Borsſelen, daer hy t'voorſz gelt ontfinck. Ende van daer voort wert hy geſent buyten Utrecht met die voorſz hondert nobelen, te geven myn Heer den Abt van Ooſtbroich, ende den verlybrief wederomme te brengen, ſprekende van de goederen van Zuylen ende van Wilnis. Welcken brief men hier overlevert ende vertoont &c.*

IX. *Saltem magna ejus pars dixi.* Civilis enim jurisdictio non Abbatis, ſed epiſcopi, à quo iiſdem emphytentis in feudum conceſſa, ut exempli tantum cauſa: *David van Bourgoengen &c. maken condt allen luden, dat die Edele onſe lieve ſwager Iaſpar Heer tot Culenburch, tot Weerde, tot Borsſele, tot Hoochſtraten &c. voor ons ende onſe mannen hier na beſchreven gecomen is, ende verſocht aen ons na doode Alienore van Borsſel, ende wilneer Vrouwe van St. Martensdyck &c. ſyne oude moeder, het dagelycx gerechte van Zuylen ende van Weſtbreeck, ende voort die tiende &c. ende die tienden van Zuylen &c. præſentibus &c. Actum tot Duerſtede Ann.* 1485. 12. *Novembr.*

X. Karoli V. temporibus cum ad Comitem de Hoochſtraten deveniſſet dominium, ſublata etiam emphytenſis, & quicquid titulo emphy-

phyteutico hactenus poſſeſſum, quum è re crederetur & Comitis & Abbatis, feudum factum hereditarium, ut in veteri inſtrumento.

De Gedeputeerden van de Staten 's Lants van Utrecht allen den genen &c. Alſo Sr. Caſpar Quinget Ambachtsheer tot Zuylen &c. ons by requeſte te kennen gegeven heeft, dat den Welgeboren Heer Anthonis van Lalaingh Grave tot Hoochſtraten tot de Zulenſe goederen eensdeels was gerechticht deur ſucceſſie van wylen Graef Herman van Rennenberch, eensdeels mede door ceſſie van de gerechticheyt van de actie by den Graef van Egmont tot ſyns Genaden behoef gedaen &c. Op welck des Remonſtants te kennen geven en verſoeck wy begeert hebben te verſtaen het advys van de Gecommitteerden ende Rentmeeſter van de Abdye van Ooſtbroec, die alvorens te adviſeren haer op de gelegentheyt deſer ſaecken geinformeert, ons daer na gerapporteert ende geadviſeert hebben, dat ſy die ſaecke ondertaſt hebbende, voor haer advys goet ende voor de Abdye oorbaerlyck ſouden bevinden, dat de Heere Remonſtrant voortaen in plaetſe van andere goederen by hem ende ſyne predeceſſeurs van de Abdye van Oeſtbroec in erfpacht gehouden, volgens de brieven daer van ſynde tot een onverſterflyck erfleen van de voorſz. Abdye ſonde beſitten het huys tot Zuylen met het erf groot ontrent drie morgen, daer toe noch twee hoeven lants, gelegen in de Ambachtsheerlicheyt ende in de bouwinge van Zuylen, te verſoecken 't voorſz leen by verſterf oft alienatie met een voeder Rynſche wyn groot vier Amen, ende dat den Remonſtrant voor de redemptie ofs afcopen van den jaerlickſchen canon *gaende uyt de voorſz erfpachtgoederen, weſende des jaers* XIX. *gulden vier ſtuyvers, betalen ſonde eens de ſomme van twee duyſent guldens, die men wederomme ten behoeve van de voorſz Abdye op intereſt beleggen ſonde vrys gelts van den* XL. *penningh &c.*

XI. Verum mox cum exorta reformata religio ingens paſſim mutatio. Rex Hiſpaniarum Philippus II. cum gravis Belgio immineret, cum ſpreto jure provinciarum, ſpretis populi querelis, oppreſſis proceribus, floccifactis privilegiis, vim conſcientiis inferret, ad arbitrariam poteſtatem, & uno verbo ut dicam, ad tyrannidem aſpiraret, bellum ortum cum Hiſpanis, quod pro aris & focis cruentum admodum & atrox & varia fortuna geſtum, poſt varios & cum Abbate & cum Ordinibus tractatus, non invitis tandem religioſis, ne hoſtis loca hæc occuparet, ablatis primum campanis, & diſtractis in uſum belli, utrumque hoc cœnobium una cum turribus egregii olim operis deſtructum eſt funditus. Addam ex Actis publicis hiſtoriam hujus rei, & quicquid eam concernit. Ex

Actis

Actis Ann. 1580. x. Martii. *Alſo grootelix te duchten is, indien den viant enige voorſpoet crege, ende t'hoift herwaerts name, hy hem grootelicx ſonde mogen behelpen, ende deſe Stadt crencken, mit het Convent, ende kercke van Ooſtbroeck, ende andere buten voor deſe Stadt gelegen, ende aengeſien myn Heer den Abt van Oiſtbroeck rechtevoort maer drie ofte vier religieuſen by hem heeft, die hem binnen deſer Stadt in heur uythoff wel bequamelick kunnen behelpen, ſo heeft de Raet verſocht ende gecommitteert myn Heer die Schout ende beyde Burgemeeſteren, mitsgadert Ian van Leemput Schepen, Ryck van Boeckhoven, Iohan Both, ende Adriaen van Rhenen Raden, omme te gaen by den voorſz. Abt ende van den ſelven vruntlick ende ernſtlick te verſoecken en te begeiren, dat hy deſer Stadt wil overgeven de kercke ende het Convent van Oeſtbroec, nu geheelic vervallende, omme gedemolieert, ende de penningen van de materialen comende geemployeert te werden tot fortificatie deſer Stadt, ſo hoichlyck by ſyn Excellentie deſer Stadt belaſt te continueren, ſonder nochtans middel van gelt daer toe te hebben, mits datmen hem ſal preſenteren een recognitie van vryheyt in wyn ende bier excys te laten genieten.* Ex iiſdem des Manendachs den xiv. Martii: *Alſo den Abt ende gemeen broeders van 't Convent van Oiſtbroec int verſoeck van den Rade van date den 10. Martii verleden geconſenteert hebben, behouden enich verblyf voor den Abt ende hemlieden te laten, ſoo is gereſolveert, datmen in Brabant ende Hollant jegen een bequamen corten dach uytſchryvinge doen ſal.*

XII. Facta deinde ſubhaltatio, quamvis reliqui duo Status, & inprimis nobilitas, ægre id admodum ferrent, ix. April. ejuſdem anni. Ex iiſdem den 28. Martii: *Belieft by den Rade, dat de Caſteleyn van 't huys te Zuylen uyt de kerck van Oiſtbroec tot ſinen coſte ſal mogen halen, ende ewech brengen de ſepulture mit ſinen toebeboren, leggende opt hoich Choor in deſelve kercke, van den ouden Grave Willem van Rennenberch, mit noch de figure van den ſelven Grave, ende ſyn huysfrou.* Ex iiſdem den 25. Aprilis: *Deſe navolgende memorie is by de Gedeputeerden van de Staten over doen geven om daer op te hebben Reſolutie van den Rade.*

Reſolutie te geven by myn Heeren van der Stadt Utrecht, op de vercopinge van Oiſtbroec, te weten dat die van der Stadt, mit het afbreken van 't Convent willen ſuperſederen.

De Regeerders van de Stadt perſiſteren by de tranſactie mit den Abt ende Conventualen van Oeſtbroec gemaeckt, ende de vercopinge daer op gevolcht.

Ex

Ex iiſdem xx. Maji ejuſdem anni: *Geconſenteert by den Rade, dat men van de penningen, die comen ſullen van Oiſtbroec ende de Cathuſers ſal mogen lichten twee duſent gulden, om deſelve t'employeren tot opcopinge van ſalpeter.* Ex iiſdem den xiv. Novembr. *Gereſolveert by den Rade, dat men de copers van Oiſtbroeck de weet doen ſal, dat ſy de penningen, dieſe ter cauſe van dien noch ſculdich ſyn, opbrengen ende betalen an handen van Ian van Leemput Fortificatiemeeſter, te wetene op Vrydach toecomende vyf hondert gulden, ende ſo voirts alle weeck vyf hondert gulden, tot datſe de volle cooppenningen betaelt ſullen hebben op tien hondert gulden nae, die ſy ſullen inhouden ter tyt toe de queſtie by hemluyden gemoveert jegens de Stadt, nopende dat hemluyden niet gelevert en is, 't gene ſy ſuſtineren hem vercoft te ſyn, getermineert ſal weſen, ende dit alles op pene van executie jegens hemlieden oft horen borgen.* Ex iiſdem 's Manendachs den 5. Decembr. *Gehoort by den Rade 't rapport van de Gecommitteerden ter ſake vant verſoeck van de copers van Oiſtbroec heeft gereſolveert, datmen onvermindert deſer Stadt heur goet recht den voirſz copers by proviſie ſal doen executeren voir de reſterende cooppeningen, latende nochtans ſtaen vyfhien hondert gulden, tot dat by arbiters an beyden ſiden te eligeren, de queſtie tuſſchen beyden ſynde gedecideert ſal ſyn, op memorien ten beyden ziden over te leggen. Ende heeft de Raedt voirts deſe queſtie verbleven, ende geſubmitteert aen myn Heeren van den Hove Provintiael van Utrecht.*

Ex Actis Ann. 1581. den 26. Ianuar. *Frans Both Schepen is van Stadts wegen gecommitteert, om mit d'andere Gedeputeerden van de Staten te helpen adminiſtreren de goederen van den Abt ende Convente van Oeſtbroec.*

XIII. Quod ad Vrouwencloſter porro ſpeciale adhuc decretum eſt Ann. 1584. den 10. Ianuar. *Myn Heeren de Stadthouder, Schout, Burgemeeſteren, Scepenen, ende Raden der Stadt van Utrecht laten weten, ende bevelen by deſen, dat hem niemant en onderwynde eenige goederen ofte materialen toecomende t'Convent van Vrouwencloſter na hem te nemen, oft hem aldaer int clooſter te begeven, anders dan die gene, die by myn Vrouwe ende Iufferen dair toe geordonneert ende geſtelt ſyn, alles op lyfſtraffinge oft anders arbitralicken gecorrigeert te worden, tot diſcretie van den gerechte ende nae gelegentheyt van der ſaicken.* Non diu dein poſt ſub initium ſequentis anni cum rumor percrebuiſſet de hoſtium adventu prorſus exciſum id. Ex iiſ-

dem Ann. 1585. 's Manendachs den 27. Iulii : *Gysbert Tonisſen van Voirſt, Ian van Berck, ende Cornelis Gysberiſen Raden ſyn gecommitteert, om an myn Heeren de Staten van Utrecht te verſoecken, dat de Stadt gepermitteert mach worden na heur te nemen, ter fortificatie behouff, alle den backſteen, weſende aen 't Convent van Vrouwenclooſter, behouden den Convent d'andere materialen.* Ex iiſdem Ann. 1586. den XXIII. Iulii: *Gereſolveert by den Rade, datmen van Stadts wegen anſlaen ſal, de penningen gecomen van de vercofte materialen van Vrouwenclooſter ende den Dael, omme t'employeren tot de proviſie van pulver, rogh, ende andere noodlicke ſaken, by myn Genadige Heer de Stadthouder ſonderlinge gerecommandeert, Ordonnerende daeromme den copers van dien, deſelve penningen te betalen an Nicolaes van Sompeken anderde Cameraer deſer Stadt, ende ſulcx doende ſal de Raet hem daer van vryen ende ſcadeloos houden.*

XIV. Quod porro ad ſepulturam Comitis de Rennenberch, de qua ſupra in decreto Ann. 1580. 28. Mart. firmant epitaphia hæc, quæ Zulæ in Capella.

Hier leyt begraven het hert van den Edelen Heere, Heer Willem Vrye Grave tot Rennenberch, Heer van Zuylen, Weſtbroeck, ende Oudenhoern.

Ad parietem ibid. *Int jaer ons Heeren* CIↃ. IↃ. XLVI. *den* 18. *dach in Iuli, ſo is aſlyvich geworden den Edelen ende Welgeboren Heer, Heer Willem Vry-Graeff tot Rennenberch, Heer tot Zuylen ende Weſtbroeck, ende Heer tot Oldenhoerne, daer 't hert in deſer Capelle af is begraven, het ingewant in Weſtbroeck, ende het lichaem tot Ooſtbroeck.*

Poſt deſtructionem Ooſtbroeckani monaſterii ruſticorum Zulenſium pietas corpus plumbeo loculo recluſum huc Zulam ad Capellam & cordis ſepulchrum retulit & repoſuit.

Item: *Int jaer ons Heeren* CIↃ. IↃ. XLI. *opten* XXIII. *Iunii: ſo is aſlyvich geworden die Edele Waelgeboren Vrouwe, Vrouwe Cornelia die derde dochter van Culenborch, Gravinne tot Rennenberch, Vrouwe tot Zuylen, ende Weſtbroeck, ende Vrouwe van Oldenhoerne, ende leyt begraven int Sticht van Ceulen tot Kempen, Godt ſy die ſiel genadich.*

Nec ſepulturam tantum accepit ibi Comes, quem dixi, ſed ipſe etiam Godebaldus amplexus ſub finem vitæ ibi inſtitutum monaſticum. Io. à Leidis 17. *hiſt.* 3.

FUN-

FUNDATIO III.

Monaſterii ſeu DOMUS *novæ Lucis Carthuſienſium quæ & aliter* BLOEMENDAEL *in ſuburbanis Trajectenſibus.*

ANN. CIↃ. CCC. XCIII.

I. Fundavit monaſterium extra portam Inſularem & dotavit Suederus Baro de Gaesbeek Ann. 1393. primo lapide ejus poſito præcedenti jam anno, ut ait, qui pertexuit, & Chronicon continuavit Io. de Beka: *Daer na*, inquit, *in den jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. XCII. *op ſinte Petronellen dach leydmen den eerſten ſteen van der Sartroyſen oerden clooſter, beneden der Stat van Utrecht bi der Vecht, dat H. Zweder Heer van Gaesbeec ſtichte, ende rente bi den Heer Tyman Grauwaert den Prior in der ſelver oerden.* Tielmannum vocat Io. à Leidis 31. *hiſt.* 42. Qui & primus fuit Prior, & fundatori à conſiliis in ejus ædis ſtructura. Io. à Leidis *d. loc.* Ab eodem & Wilhelmo majori natu ipſius fratre domino de Abcoude & de Duerſteden, dotatum, & dotatum magnifice. Obiit Suederus, cum Romam ſe conferret, in Italia Ann. 1400. Cadaver poſtquam allatum, ad Carthuſienſes deductum eſt, & apud eos ſepultum. Monaſterium jam deletum, ſic ut locus, ubi ſteterit, demonſtrari vix poſſit. Nec ex tabulis quicquam ſupereſt præter Necrologium, in quod relata eorum nomina, pro quibus, ob munificentiam fundendæ erant ad Deum preces, anniverſario inprimis ipſorum die miſſa facta ſolenni ritu. Necrologium illud hoc eſt:

Anniverſarium Carthuſianorum Trajectenſium, ſeu domus Novæ Lucis prope Ultrajectum.

II. *JANUARIUS.* Circumciſio Dni. *Obiit generoſus domicellus* Gisbertus *filius Dni.* Wilhelmi *de* Apcoude *fratris Fundatoris noſtri. Item memoria nobilis Dnæ de Abcoude matris ejus. Obiit domicella* Aleydis *uxor* Iacobi *Sloyer.*

IV. Idus Januar. *Pauli primi Heremitæ. Obiit* Otto Kamdaver *de* Geervliet *magnus benefactor & amicus hujus domus, ymo poſt Dominos de Gaesbeeck & de Apcoude quaſi fundator præcipuus.*

VI. Idus. *Obiit* D. Machtildis *de* Neſſe *militiſſa, magna benefactrix hujus domus. Item* Iacobus Sloyer *civis Trajectenſis habens aſſociationem.*

19. Kal. Febr. *dedicatio eccleſiæ noſtræ. Obiit Dns* Gerardus *de* Keppel *miles, fundator domus beatæ Mariæ Caſtri.*

17. Kal. Febr. *Obiit* D. Ludolphus Schull *dudum Canonicus eccleſiæ S. Mariæ Trajectenſis & poſtea donatus hujus domus.*

16. Kal. Febr. *Obiit honorabilis* D. Fredericus *de* Wit, *magnus benefactor hujus domus. Eodem die obiit Domicella* Aleydis *relicta* Friderici *de* Wit *prædicti.*

13. *Obiit nobilis miles Dns* Arnoldus *de* Heerlaer *fundator & dotator octo cellarum in domo S. Sophiæ prope Buſcumducis.*

10. Kal. Febr. *Obiit domicella* Barbara *relicta providi viri* Iohannis Overhoeſt *fundatoris novæ plantationis in Lovanio.*

FEBRUARIUS. Obiit D. Albertus *ſenior monachus profeſſus S. Andreæ prope Amſteldam.*

2. Non. *Obiit* Hermannus Heye *civis Trajectenſis.*

8. *Idus obiit nobilis Domicellus* Iacobus *Dns de* Gaesbeeck *&c. filius Dni fundatoris & magnus benefactor domus hujus. Obiit Dns* Heſſelus Ioannis *ſenior monachus domus hujus, qui ultra* LVII. *annos fuit in ordine noſtro poſt ſuſceptionem ſancti habitus ejuſdem ordinis. Item memoria Iacobi filii naturalis præſcripti Domicelli Iacobi habentis aſſociationem. Obiit ſpectabilis vir* Mr. Carolus *de* Groot *Cancellarius Brabantiæ magnus benefactor domus Bruxellæ.*

16. Kal. Martii. *Obiit* Tydemannus *de* Langhe *civis Trajectenſis. Obiit* D. Vincentius Pauw *monachus profeſſus hujus domus, alias procurator domus Campenſis. Obiit ſoror* Anna Smeyns *monialis profeſſa & olim Prioriſſa domus Brugis.*

14. Kal. Mart. *Obiit* D. Martinus *de* Schiedam. *Obiit* Wilhelmus Petri *centenarius, donatus hujus domus.*

13. Kal. Mart. *Obiit* D. Nicolaus Weeſp *monachus profeſſus hujus domus, quondam Vicarius in domo Delfenſi, & procurator Ziericzee* 1554.

7. Kal. Mart. *Obiit* Suederus *de* Gaesbeeck *filius naturalis Domicelli* Iacobi *de* Gaesbeeck *filii fundatoris noſtri.*

MARTIUS. 4. Non. Mart. *Obiit* D. Theodoricus Voppersſen *Decanus Hagæ ducis magnus benefactor hujus domus. Obiit Dna* Katharina Reygersvoert *militiſſa.*

8. Idus Mart. *Obiit* Mr. Ioannes Keyl, *magnus benefactor & procurator domus Delfenſis.*

6. Idus. *Obiit honorabilis vir* Ghysbertus Ægidii *alter fundator domus Lovanii.*

7. Kal.

Digitized by Google

7. Kal. April. Ioannes Voecht & Gysbertus, *ejus frater nobiles benefactores hujus domus.*

APRILIS. xv. Kal. Maji. *Obiit* Mr. Ioannes *de* Galencop, *Doctor sacræ Theologiæ, Decanus ecclesiæ S. Petri Trajectensis.*

x. Kal. Maji. *Obiit nobilis vir* D. Zwederus *de* Abcoude, *Dominus de Gaesbeecq, de Putten, & de Stryen, fundator ac dotator istius domus. Obiit* D. Ioannes *de* Heye *civis Trajectensis.*

6. Kal. Maji. *Obiit* Mr. Christophorus *de* Amstel *amicus & benefactor hujus domus.*

MAJUS. 4. Non. *Obiit* Iohannes *filius* Ioannis *pater Dni* Martini *de* Schiedam *confratris nostri.*

3. Non. *Obiit frater* Gisbertus Knyff *donatus hujus domus, qui conventui officiosissime multis annis in coquina servivit, & in multis processibus juridicis triumphavit.*

Nonis Maji. *Obiit generosa Dna* Ioletta *relicta quondam* Dni *de Culenborgh, filia Dni* Swederi *Dni de Gaesbeecq fundatoris hujus domus.*

VIII. Idus Maji. *Obiit Dns* Iohannes *de* Bueren *monachus hujus domus.*

13. Kal. Iunii. *Obiit Rev. pater* D. Wilhelmus *Simonis Abbas Egmondensis.*

10. Kal. Iun. *Obiit nobilis Dns* Wilhelmus *D. de* Abcouda *& de Duersteden, frater fundatoris hujus domus, sed & ipse quasi alter fundator & dotator extitit, pro quo sicut pro illo in perpetuum orare tenemur, ut uterque requiescat in pace. Obiit* D. Wermboldus *de* Leydis *quondam Prior, procurator & vicarius domus hujus, & procurator domus Campensis.*

9. Kal. Iun. *Obiit Dns* Ioannes Delfus, *professus, primus Prior domus Lovanii.*

8. Kal. Iunii. *Obiit* D. Ioannes Livini, *fundator domus montis Syon prope Ziercze.*

JUNIUS. 6. Idus. *Obiit magnus benefactor domus nostræ* Nicolaus Hey. *Obiit Reverendus in Christo pater* Ludovicus Merrades *episcopus Derthusiensis ordinis nostri Carthusiensis.*

2. Idus. *Obiit* Bartholomeus Zoudenbalch *nobilis benefactor hujus domus.*

17. Kal. Iulii. *Obiit* Ioannes Grauwert *de* Opsters *civis Trajectensis.*

13. Kal. Iulii. *Obiit nobilis* Anna *relicta quondam Dni de Gaesbeeck, fundatoris nostri. Obiit generosus Domicellus* Anthonius *filius Domicelli* Iacobi *Dni de Gaesbeeck &c.*

10. Kal. *Obiit Domicella* Aleydis *de* Beyerden.

9. Kal. Iul. *Obiit illuſtriſſimus Princeps & Dominus, Dns* Philippus Maria *dux Mediolani, fundator domus* B. Mariæ *de* Gratia *prope Papiam.*

Vid. Lipſ. Lovan. fol. 87. *Obiit providus vir* Ioannes *van* Overhoeſt *primus fundator novæ plantationis in Lovanio.*

6. Kal. *Obiit* Wilhelmus *de* Winſen *civis Trajectenſis benefactor hujus domus habens aſſociationem. Obiit Domicella* Eliſabeth *de* Werconden *magna benefactrix domus noſtræ cum parentibus ſuis.*

JULIUS. VI. Non. Iulii. *Viſitatio S. Mariæ. Obiit nobilis Domicella* Margareta *de* Scoenvorſt *legitima conthoralis domicelli* Iacobi *Dni de* Gaesbeeck *&c. filii domini fundatoris domus hujus.*

2. Non. *Obiit* D. Gerardus *de* Selinge, *Canonicus S. Salvatoris Trajectenſis.*

5. Idus. *Obiit illuſtris Dn.* Renatus *de* Chalon *miles., Marſchalcus Sabaudiæ, benefactor ordinis ac de fundatoribus Petri Caſtri.*

2. Kal. Auguſt. *Memoria providi viri* Martini Swart, *armigeri illuſtriſſimi Ducis Auſtriæ, defenſoris perſonarum & bonorum domus noſtræ præcipui.*

AUGUSTUS. V. Idus. *Vigilia S. Laurentii obiit* D. Theodoricus Mevius *Prior hujus domus profeſſus, & olim Prior domus S. Sophiæ, Viſitator provinciæ Teutonicæ.*

XVII. Kal. Septembr. *Obiit Dns* Adam *de* Scoorle *ſacerdos, primus novitius profeſſus, & tempore obitus ſenior monachus domus hujus.*

XVI. Kal. *Obiit providus vir Dns* Walterus *de* Poneis *magnus benefactor novæ plantationis in Lovanio.*

12. Kal. *Obiit* Hugo *de* Waesbeeck, *primus donatus hujus domus.*

11. Kal. *Obiit Dna* Hadewigis *relicta quondam Dni* Iohannis *de* Limbeeck *militis.*

8. Kal. *Obiit Domicella* Agnes *de* Winſen *habens aſſociationem.*

6. Kal. Septemb. *Obiit Dns* Theodericus Loen *à* Stratis, *profeſſus domus Coloniæ, Prior domus Buxiæ &c.*

3. Kal. *Obiit* Agatha *uxor* Ottonis Kamdaver *de Gheerviiet magna benefactrix & amica hujus domus.*

SEPTEMB. 3. Idus. *Obiit* Adriana *uxor* Gisberti Pauw *civis Trajectenſis.*

18. Kal. Octobr. *Obiit* Mr. Geldorphus *vander* Noot, *Abbas, Cancellarius Brabantiæ. Eodem die obiit Sanctiſſ. in Chriſto Dns* Adrianus *Papa ſextus.*

15.

Digitized by Google

15. Kal. Octobr. *inter antiquiores, obiit Dns* Simon Lap *monachus* † *domus Hollandiæ. Obiit* D. Alphardus *Prior domus ejusdem.*

10. Kal. *Obiit Dns* Philippus *de* Bueren *monachus domus Hollandiæ.*

9. Kal. Octobr. *Obiit* Henricus *de* Capelle *presbyter* D. Tydemanni Grawert. *Obiit Dns* Gysbertus *de* Werconden *senior monachus hujus domus. Obiit illustris Dna* Iaquelina *de* Moy, *Seneschalla Comitatus Hannoniæ.*

5. Kal. *Obiit D. Domicellus* Gerardus *de* Stryen *secundus maritus fundatricis domus S. Sophiæ prope Buscum ducis.*

OCTOBER. 2. Nonas. *Obiit Dns* Tydemannus Grauwert *initiator & primus Prior hujus domus. Obiit generosa domina Dna* Maria *de* Hervele (*puto* Heverle) *relicta permagnifici Dni de Selvia, benefactrix domus Lovanii.*

Nonis Octobris. *Obiit Venerabilis pater* D. Petrus Zas *Prior hujus domus, alias Vicarius noster, & Visitator provinciæ Teutoniæ.*

4. Idus Octobr. *obiit nobilis Domicella* Iohanna *contboralis Domicelli* Iacobi *Dni de* Gaesbeeck.

2. Idus. *Consecratio duorum altarium super doxale.*

10. Kal. Novembr. *obiit* D. Theodricus Duys *de Amsteldam, miles Hierosolymitanus, monachus professus, alias Prior hujus domus.*

7. Kal. *obiit* Iacobus *de* Winsen *sepultus apud nos. Obierunt* Petrus *de* Winsen *& Domicella* Mabilia *soror ejus, filii prædicti* Iac. *de* Winsen.

5. Kal. *Simonis & Iudæ obiit* Adam *de* Lochorst *civis Trajectensis & benefactor domus nostræ.*

4. Kal. *obiit Dna* Mabilia *de* Oppynen *militissa, benefactrix hujus domus.*

3. Kal. *obiit Domicella* Aleydis Soudenbalch *benefactrix hujus domus.*

NOVEMBER. 3. Non. Novembr. *obiit Dns* Iohannes *de* Limbeeck *miles frater naturalis fundatorum nostrorum. Obiit generosa Dna* Aleydis Pieck *fundatrix domus S. Sophiæ prope Buscum ducis. Obiit generosus Dns.* Adrianus *de* Borsalia *Dominus de Brugdam.*

8. Idus Novemb. *obiit Domicella van de* Poel *filia naturalis Dni de* Abcoude.

7. Idus. *obiit Spectabilis Dns* Franciscus *vander* Hulst *Cæsareæ majestatis consiliarius.*

4. Idus Novembr. *obiit* D. Christianus *de* Mera *de Haerlem Prior hujus domus.*

3. Idus. *obiit honestus* Gysbertus Zas *civis Trajectensis, qui cum* Ia-

† Domus hæc, ni fallor, prope monrem S. Gertrudis.

Iacoba *uxore ejus legitima*, *ac* Digna *filia eorundem*, *habet anniversarium.*

16. Kal. Decemb. *obiit Dns* Iohannes *de* Bueren *miles & Domicella* Beerta *de* Reygersvelt *filia ejus. Obiit Domicella* Margareta *uxor Lamberti Teur magna benefactrix hujus domus.*

17. Kal. Decembr. *obiit Reverendiss. in Christo pater* D. Reginaldus *Archiepiscopus Cantuarienſis &c.*

14. Kal. Decembr. *obiit Venerabilis* Volpardus *de* Gravia, *Prior domus Campenſis.*

13. Kal. Decembr. *obiit Dns* Franco *de* Borſalia *Comes de Oostervant fundator novæ plantationis in Hollandia prope Delft.*

XI. Kal. Decembr. *dedicatio Capellæ cum ſuis altaribus. Obiit* Wilhelmus *de* Ooſtrum *civis Trajectienſis habens aſſociationem.*

DECEMBR. 2. Non. Decembr. *memoria generoſi viri Dn.* Wilhelmi *de* Merode *magni benefactoris hujus domus.*

Nonis Decembr. *obiit Dns* Walterus Henrici *Præpoſitus Maldonenſis magnus benefactor domus Lovanii.*

6. Idus Decembr. *obiit Domicella* Deliana *mater Dni* Tydemanni Grauwert *ſupraſcripti*, *& ut devotius & fidelius iſtud anniverſarium agatur habemus unum nobile perpetuum pro pitantia ex legatione Domicellæ* Aleydis Soudenbalch. *Oremus igitur pro eis.*

6. Kal. Ianuar. *Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtæ obiit Dns* Salvator Flandini *monachus profeſſus & ſacriſta domus Carthuſienſis. Obiit venerabilis Pater* D. Nicolaus Campis *de Amſterdammis Prior hujus domus. Obiit Dns* Iohannes Isbrandi *de Haerlem Prior hujus domus A.* 1524.

4. Kal. Ianuar. *obiit* Iacobus Pauw *ſenior converſus domus noſtræ, qui dedit optimum antipendium in ſummo altari, & alia multa.*

III. Felix autem Carthuſienſium olim fama & inſignis. Meritis crediti & ſanctitate pro cœcitate eorum temporum valere plurimum apud Deum. Unde & mirum in modum crevere ipſorum facultates, certatim ipſorum gratiam, ipſorum preces ambientibus, & orationes apud Deum, cujuſvis ſexus & ordinis viris fœminiſque. Ut congeram hic exempla, nemo à me expectet. Ex τῦ χραπίδα τὸ ὕφασμα πρόδηλον. Ex ungue leonem. Charta eſt Ann. 1404.

In margine erat ita: *Ge extrabeert uyt ſeker out boeck, beruſtende onder Ian van Beeck Rentmeeſter van de Cathuyſers t'Utrecht Ann.* 1638.

Allen den ghenen die deſen brieff ſullen ſien of hooren leſen doe ic verſtaen Geraerd Taets *Schout in Maerſenbroec in der Ioncfrouwen gerechte van Loenreſloot, dat voor my, voor die lantgenoten ende voor die bueren, die hier beneden beſchreven ſtaen, gecomen is Vrouwe* Belye *van* Steenre, *ende gaf mit boren vryen wille, ende mit boers gecoren mombaers*

haers hant, dair ſy mit rechte ane quam, Haren Dirc Sloyet *Prior in deſer tyt van den Clooſter in Bloemendael by Utrecht van der Chartroyſer oerde, tot behoeff des Convents ende Clooſters te Bloemendael voorſz, in die eere Godts, onſer Vrouwen ſinte Marien, ende alle Goeds heyligen, voor hore ſiele, hore ouders, ende nacomelingen ſielen tot enen ewelycken teſtamente, ende tot ener ewelycker memorien ende gedenckeniſſe, den voorſz Clooſter ewelicken te blyven enen vryen eygendom van eenre halver hoeve lants, eggen, ende eynden, mit allen horen toebehooren, alſo als die gelegen is in den voorſz gerechte, daer* Gerrit Taets *ende* Iacob Koel *boven naeſt gelant ſyn, ende* Gerrit Taets *voornoemt beneden naeſt gelant is, ende verteech mede dair of claerlic mit hore gecoren mombaert hant voorſz, tot des Convents ende Clooſters behoef voornoemt, als recht ende oordeel wyſde, dat ſy ſculdich was te doen, ende mitten rechte ſtedicheyt hebben ſel. Hier waren over ende aen daer dit geſciede Ian Claesſoen, Giſebrecht Luttaert, ende Dirc Aerntſoen lantgenoten ende bueren in den gerechte voornoemt, ende anders vele goeder luden. Ende om dat dit vaſt ende ſtade blyve, ſo heb ic Gerrit Taets Scoute voornoemt, mynen ſegel aen deſen brief gedaen tot enen oerconde van des gerechts wegen, over my ende over die bueren ende lantgenoten voornoemt om hore bede wille. Ende want wy lantgenoten ende bueren voorſz ſelve geen ſegelen en hebben op deſe tyt, ſo oerconden wy dit ende tugen onder ons Scouten ſegel voorgenoemt. Ende hebben hem gebeden dit mede over ons te beſegelen, want wy hier over ende aen waren, dair dit geſchiede als voorſz is. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ende vier, des Woensdags na ſinte Mathys dach.*

Alia eſt Ann. 1437. nimirum hæc: *Wy* Arnolt *van der genaden Goits Hertoge van Gelre ende van Gulich, ende Grave van Zutphen, voor ons onſe erven ende nacomelingen doen condt ende bekennen, dat wy Gode van Hemelryck, Marien ſynre gebenedyder moeder der Hemelſcher Coninginne, ende allen Hemelſchen Heer te lave, ende te eeren, by rade ende goetduncken onſer vrienden, van onſe ſonderlinge gonſt ons daer toe bewegende, ende liefden wille, die wy hebben tot der Karthuſer oerden ende horen vergaderingen, hebben hieromme ende omme onſer zeliger alderen ende voorvaderen onſer ende onſer alrelieffſter nichten ende geſellinnen Vrouwe* Katherynen *van* Cleve *ende van der Marcke, Hertoginnen van Gelre ende van Gulich ende Gravinnen van Zutphen zielen gegeven, ende geven mit deſen onſen brieve onſen lieven aendechtigen in Gode, den geeſtelycken luden,*

Prior ende Convent des Cloeſters van der Carthuſer oerden by der Stadt van Utrecht gelegen, geheten ten Nyenlichte *in* Bloemendael, *erfelyck ende euwelyck, ſes tolber voeder wyns, tolvry, engekroidt, ende ongehindert voor allen enſen tollen, die wy nu hebben of namaels crygen mogen, daer hoer geboeren mach voer te varen, vueren ſoelen ende mogen, Ontbieden ende bevelen hieromme ernſtlick allen enſen Tolnaren, die nu ſyn, ofte hier namaels enſe, enſer erven ende nacomelingen Tolnaren weſen ſoelen, dat ſy deſe voergenoemde enſe lieve aendechtige geeſtelycke luden, ofte hoer gewaerde boden voor alle enſe tollen engekroedt, ende ongehindert laten tolvry varen als voorſz ſtaet, dats te weten alle jaer eens, tolvry te vueren ſes tolber voederen wyns voor allen enſen tollen, daer hoer voor geboert te varen, alſo verre als ſy daer eenigen brueder nyt horen Cloeſter ofte haren gewaerden bode by hebben, die dat tughe mit ſyneu ſimpelen woorden ſonder ſweeren, dat die voorſz ſes tolber voederen wyns horen Cloeſter voorſz toebeboren, ende anders niemant. Ende hier of en ſelmen anders engeens gebots of verbots nu of hier namaels verderende ſyn, van ons ofte van ymant anders van enſer wegen, want wy dat alſo gedaen ende gehalden willen hebben, ſonder al argeliſt. Oerkonden ons ſegels van enſer gerechter wetenheyt ende goeden wille, voor ons, enſen erven ende nacomelingen aen deſen brief gehangen. Gegheven in den jare ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ende ſeven en dertich op enſer liever vrouwen dach viſitatio virginis glorioſæ. Per Dominum Ducem præſentibus de ſuo conſilio Iohanne Duo de Ghemen, Duo Iohanne Schelc de Obbendorp, milite, nec non Iohanne de Boytberghe Marſcalco hereditario Ducatus Gelriæ, & Henrico de Meer armigeris.*

IV. Auctor ordinis fuit Bruno, Gallus nobilis & eruditus, Remis oriundus, & fama olim celeberrimus, ut ſcribit Guibertus Abbas *lib. 1. de vit. ſua cap. 1.* ubi & ordinis inſtituti cauſam latius exponit, fratrum etiam vivendi modum, inſtituta, moreſque. *At Bruno*, inquit, *urbe deſerta ſeculo etiam abrenunciare proponit, qui ſuorum nutritias horrens ad Gratianopolitanum proceſſit territorium. Ibi in ardno & admodum terribili promontorio, ad quod difficillimum & valde inſolens iter intenditur &c. habitare deligens, hujuſmodi mores inſtituit, & ſequaces ejus hodieque ſic vivunt &c. Clauſtrum quidem ſatis idoneum pro cœnobiali conſuetudine habentes, ſed non clauſtraliter, ut cæteri, cohabitantes. Habent quippe ſinguli cellulas per gyrum clauſtri proprias, in quibus operantur, dormiunt, & veſcuntur &c. Nusquam pene loquuntur, nam ſiquid peti neceſſe eſt, ſigno exigitur &c.*

Cum

Cibi & potus & vestimenti & calceamenti & aliarum rerum quæ operiunt hominem. Omnia autem hæc ab homine, & ipse ab Deo. Qui ergo ab homine munera accipit, & ea sibi vendicat, quæ ipsi non sunt sua, similis est ei, qui de alieno vestimento induit se, & qui mendicus ad divitem venit. Quæ enim ei dabuntur? & cui bono accipit? Similis est ei, qui lavat se ab homine mortuo, & qui iterum tangit eum, quid proficit lotio ejus? Sic & qui jejunat pro peccatis suis, & iterum vadit, & facit eadem: cujus rei gratia humiliavit se? Quis exaudiet orationem ejus? & quid proficit humiliatio ejus? Memor esto mandatorum, & non sis tristis in proximo tuo. Memor esto testamenti Altissimi, & ignora delictum proximi tui. Abstine te ab altercatione, & minues peccata tua: quia homo iracundus accendit rixas, & homo peccator perturbat amicos, & in medio pacem habentibus immittit inimicitias. Secundum enim quod est bonum homini, sic & sermo ejus: & qui placet ei, vivet in pace. Qui autem non placet ei, fugiet linguam ejus. Qui dominatur lingua, sciet malum sibi. Quia ut vir linguosus non timetur in terra, sic nec vir malus in malitia illius. Mors & vita in manibus linguæ, & diligentes eam comedent fructus ejus. Divitiæ non proderunt in die ultionis, & justitia liberabit a morte. Laqueus enim est lingua, & ignis ardens consumens omnia. Si in sinu mulieris iniquæ congregaverit homo divitias, & in cogitatione animæ ejus erit, ut non det mercedem, & non habebit memoriam. Si in commercio aliquo adhæserit homo, vincetur a caupone. Si in justitia quærit aliquis divitias, & in æquitate animæ ejus habitaverit, requiescet ab eis. Multi peccaverunt propter exiguum: qui autem divitias quærit, oculum suum avertit. Sicut inter compactum lapidem palus figetur, sic inter emptionem & venditionem coangustabit se peccatum. Nisi quis diligenter & sollicite se custodierit, in brevi subvertetur domus ejus. Omnis avis ad similem sui se adjungit, & ad veritatem revertetur qui operatur eam. Sicut non decet leonem venatio, sic nec peccatori mendacium. Munus omnis largientis non erit irritum, & contra omnem datorem non accipiet personam. Non accipiet personam contra pauperem, & deprecationem læsi exaudiet. Non spernet deprecationem pupilli, nec viduam, si effundat loquelam suam. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & clamor ejus super eum, qui deduxit eas? Qui servit Deo, in voluntate suscipietur, & deprecatio illius usque ad nubes perveniet. Oratio humiliantis se penetrabit nubes, & donec appropinquet non consolabitur, & non discedet donec Altissimus respiciat. Et judicet justa judicia, & faciat judicium: Dominus autem non tardabit, neque patientiam habebit in illis, donec conterat dorsum impiorum potentium, & reddat vindictam gentibus, donec auferat multitudinem superborum, & virgas iniquorum conterat, donec reddat homini secundum opera sua, & operationes hominum secundum intentionem eorum, donec judicet causam populi sui, & lætificet misericordiam suam in judicio. Decora est misericordia in tempore tribulationis, sicut nubes imbris in tempore siccitatis. Omnis qui mansuetus est misericordiæ, recipiet bona, & acceptabilis erit in tempore oblationis suæ. Quasi enim nubes oblationis offeret sacrificium justi, & odor sacrificii ejus ingratus non erit. Ab altissimo Deo

actum, referre ex publicis commentariis. Ex Actis Ann. 1580. VI. Maji: *Gereſolveert by den Rade, datmen aen den Prior ende Conventualen van den Cathuſers verſoecken ſal, dat ſy aengeſien den jegenwoordigen tyt alle de materialen van 't ſelve Convent laten volgen willen ter fortificatie behouff deſer Stadt, gelyck die van Ooſtbroeck gedaen hebben, ende enige gedeputeert om ſulcx te doen.* Ex iisdem VII. Maji: *Gehoort by den Rade t'rapport van hare Gecommitteerden op giſteren geweeſt ſynde by den Prior ende Procurator van den Cathuſers, als dat deſelve opt verſoeck van den Rade geen gehoor noch conſent en hebben willen geven, heeft gereſolveert, datmen dies niet jegenſtaende voirts varen ſal mit de vercopinge van de kerck ende Convente van den Cathuſers, omme die penningen daer van comende geemployeert te worden ter fortificatie behouff van de Stadt, Gevende hoire Gecommitteerden voirnoemt macht, omme bewaerders te ſtellen int ſelve Convent, ten eynde daer niet in vernielt en wort, mitsgaders omme opt behagen van den Rade mit eenige Cooplieden te handelen, die gadinge ſouden mogen hebben int ſelve Convent te copen.* Ex iisdem X. Maji: *Gereſolveert by den Rade, datmen de vercopinge van 't Convent van de Cathuſers uytſchryven ſal int geheel, oft in deel, huyden acht dagen des namiddachs.* Ex iisdem 20. Maji: *Geconſenteert by den Rade; datmen van de penningen die comen ſullen van Oiſtbroec ende de Cathuyſers ſal mogen lichten twee duſent gulden, omme deſelve te employeren tot opcopinge van ſalpeter.* Ex iisdem XIV. Iunii: *De Raet ordonneert Ian van Leemput Fortificatie meeſter den genen, die in gebreke blyven te betalen ende te voldoen hoer termynen van den coop van Oeſtbroeck ende de Cathuſers, volgende de conditien daer van gemaeckt de facto ende mitter daet t'executeren.* Ex iisdem Ann. 1582. 29. Maji: *'t Accoort gemaeckt mit de copers van de Cathuſers is geapprobeert te wetene, dat ſy makende de nywe Visbrug, volgende 't beſteck, ſullen volſtaen, mits ſupplerende haer begoſte betalinge tot de ſomma van ſeven duyſent vyf hondert gulden. Ende indien 't beſteck niet voldaen en wert ſullen moeten de ſomme verhogen tot acht duyſent gulden toe.* Ex Actis Ann. 1585. *'s Manendachs den 4. May: Geordonneert den eerſten Cameraer met executie te procederen jegens de copers van de Cathuſers om betalinge te hebben van de reſteerende penningen, volgende 't contract mit hun gemaeckt, onvermindert de Stadt heur vorder recht.*

VI. Cum autem Carthuſianis bibliotheca eſſet non vulgaris, factum hinc

hinc & aliunde armarium librorum publicum, tranſlatis ſimul libris in chorum S. Ioannis. Qua de re ita legi in Adverſariis Lappii: *Iacobus de Potter & Florentius de Wede bibliothecam Carthuſianorum & aliorum religioſorum vi quodammodo extorſerunt, ut apud Iohannitas ſive S. Catharinam in templo eorum bibliotheca publica erigeretur. Verum poſt mutata ſententia tranſlata eſt in chorum S. Ioannis, & in templo S. Catharinæ erecta eſt officina fabrorum lignariorum. Poſtea factum eſt reconditorium fœni.*

FUNDATIO IV.

Monaſterii in ALDVICA *in ſuburbio Trajectenſi*

ANN. CIↃ. C. XXXI.

I. Dixi *lib.* 1. quod virginum nobilium in ſuburbio Trajectenſi tria olim fuerunt clauſtra, & tot, quot Ultrajecti. *Vrouwenclooſter*, Aldvica, & vallis S. Mariæ. De *Vrouwenclooſter* jam dixi. *Aldvica* quod & *Oudtwyck*, haud procul ab ea via, qua iter eſt ad Biltam & hinc porro ad Amisfurtum, extra portam Albarum virginum. Et locus adhuc extat. Fundavit matrona nobilis Mathildis Burggravia Trajectenſis Ann. 1131. Eccleſia tamen ſerius & perfecta & dedicata. Wibelmus Procurator ad Ann. 1171. *Eodem anno* XI. *Kal. Auguſt. dedicatum eſt templum ſancti Martini in Trajecto à quatuor epiſcopis, ſcilicet Philippo Colonienſi, Godefrido Trajectenſi, Raymundo Ypporienſi, & à quodam epiſcopo nomine Martino. Ab eiſdem dedicata eſt eccleſia ſanctæ Mariæ & ſancti Stephani in Olthwic* VIII. *Kal. Auguſti.*

II. Jus virgarum in monachos habebat olim Abbas, in moniales Abbatiſſa. Habebat mixtum imperium, & interdum etiam merum, ut Rynsburgenſis Abbatiſſa. Dixi ad jus Canon. *lib.* 1. *tit.* 6. Add. Bort *tr. crim. tit.* 12. *part.* 1. *n.* 16. Alteſerr. *de feud. cap.* 11. Charta etiam eo pertinet ex Tabulario Advicenſi: *Wi Margriete van Voirn Abdiſſe des Clooſters van Oudwyc maken condt allen luden, dat wi Sophien Hardebollen onſe Priorinne, ende anders alle die Nonnen, die monicke van onſen Clooſter, quytgelaten hebben van alre breucke, aentale, ende correctie, die ſi misdaen hebben, ofte verbeurt van alſulcken twiſt, alſe wi onderlinge gehadt hebben van onſe Ambochte te beſetten,*

ende van al dat daer of rueren mach, ende wi hebben gelooft ende geloven in deſen brieve enen Eerſamen vader in Gode onſen lieven Heere, Heren Iohan van Arckel Biſcop t'Utrecht, dat wi die voorſz. Priorinne, Nonnen, ende Monnicke, quyt ende vry houden ſellen, als voorſz. is, ende dat wi hem daer nimmermeer afterdeele om doen en ſellen, noch laten doen van onſer wegen. Voort ſo geloven wi hem weder te geven, wes dat hem daeromme genomen is, of gebreecket. Oec ſo geloven wi, dat wi die Priorinne, ende anders die vrouwen in hoeren ambochte ende in allen hoeren ſtate ſellen laten bliven vrilicke, alſo alſe ſi te voren waren, eer deſe twiſt geviel. Waert ſaecke dat wi des niet en hielden, als voorſz. is, ſo bekennen wi, dat wi tegen onſen lieven Heere van Utrecht verbeurt hebben drie hondert pont payements, alſe t'Utrecht genghe ende gave is. In oirconde des briefs beſegelt mit onſen ſegel. Gegheven int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. *ende vyftich des Sonnendachs na ſinte Iohans dach decollatio.*

III. Habebant viam moniales privatam & ipſis propriam, quæ ad viam lapideum ducebat, qua itur Biltam. Cum confinia haberet prædia collegium S. Salvatoris, ejuſdem etiam colonis uſus viæ conceſſus, ſed ſic ut onus reficiendi etiam ipſi ſuſciperent. Charta eſt Ann. CIↃ. CCCC. VI. *Wy Margriet van Malſen by der genaden Gods Abdiſſe ende gemeene Convent van Outwyck by Utrecht maken kennelic allen luden, dat wy onthenget hebben, ende onthengen mit deſen openen brieve, als dat die gene, die der Heeren lant van Ondemunſter in pachte hebben, gelegen by onſen Clooſter van Outwyck, onſen dweerwech die wy daer gemaeckt hebben, mede oerbaren ende bruycken ſullen, ende den wech, die van den dweerwech in den ſteenwech gaet. Ende dit ſel dueren tot enwigen dagen; ten waer dat onſe pachters ons mit recht afwonnen, dat wy dit geen macht en hadden te doen, ſonder arch, ſo waer deſe onthengeniſſe voorſz. quyt ende doot. Ende ſo wie dat van der Heeren pachteren deſen wegbe voorſz. gebruycken, die ſullenſe mede helpen houden ende maecken, gelyck onſe pachteren, ſonder argeliſt. In oirconde des briefs beſegelt mit onſes Convents ſegel. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ende ſes op ſint Margrieten avont.*

l. 10. ff. de reg. jur.

IV. Ex cœnobio non multum ſupereſt. Supereſt villa ruſtica. Muri etiam pars, quo id olim concluſum. Sed præterea fere nihil. Actum jam de diruendo Ann. 1580. Ablata dein turris Ann. 1582. Stetit tamen nihilominus multorum intercеſſione, & eorum inprimis, qui in eo habebant filias, Ultrajectinis tamen vehementer invitis, uſque ad Ann. 1584.

Digitized by Google

1584. quo dum tempus trahitur deliberando dolo civium conflagravit. Ex Actis Ultrajectinis, 's Manendachs den 26. Septembris: *Op huyden verſochten de Hoplieden an den Rade, dat men opt ſpoedichſte ſonde willen doen afbreken het Convent van Oudwyck, ende Bethlehem, mit ſinte Meertens Capelle in de Weert.* Ex Actis ejuſdem Ann, VII. Decembr. *Aengaende 't ofbreken van de kercke ende Convent van Oudwyck, Bethlehem, 't Heyligh Cruys gaſthuys, ende ſinte Mertens Capel by den Burger-Hopluyden ende Bevelhebberen verſocht, is by den Rade gereſolveert, datmen 't ſelve mitten eerſten ſal laten doen, mits wederom wyſende myn Vrouwe ende Iofferen van Oudwyck, die van Bethlehem, ende 't H. Cruys gaſthuys, een bequame placiſe binnen deſe Stadt, daer ſy ſich onderhouden mogen.*

Ex Actis Ann. 1581. 3. Iul. *Huyden ſommige Burgeren in merckelycken getale op de Placiſe vergadert ſynde, hebben deur ſommige Hoplieden an doen geven, dat de Raedt doch ſonde willen effectueren de poincten van wegen de Burgerye t'anderen tyden overgelevert, ende byſonderevan Oudwyck af te breken by ordre van de Magiſtraet, op dat het de Gemeente niet en dede met diſordre.*

Ex Actis ejuſdem Ann. 5. Iul. *De Raet op huyden geladen ende vergadert ſynde, om te reſolveren opt aengeven van de Burgerye op giſteren gedaen, ende byſonder aengaende het demolieren van Oudwyck, ende hier op gedelibereert hebbende, ſeyt dat ſy perſiſteert by de bevelen van ſyn Excellentie dies aengaende gedaen, ende dat ſy deſelve niet en begeert te contravenieren; Dan ſyn wel te vreden datter gedeputeert wert aen ſyne Excellentie om ſyne meyninge daer op vorder te verſtaen, daer na men ſich ſal hebben te reguleren.* Decretum deinde eodem die: *Om 't gene voorſz. is myn Vrouwe ende Convente van Oudwyck te remonſtreren, mitsgaders de periculen, die ſy vervachtende ſyn van de Gemeente, ende deſelve om redenen voorſz. te induceren, dat ſy ſelver heurlieden Cloſter ende getimmer willen doen vercopen, ſyn verſocht ende gecommitteert myn Heer d'eerſte Burgemeeſter, Dirc van Botteycken, Francois van Sneeck Raden, Mr. Floris Thin, ende Aert Ram.*

Ex Actis Ann. 1584. IX. Ianuar. *Opt verſoeck van de Hoplieden van Oudwyck af te breken is gereſolveert, datmen daer mede ſuperſederen ſal, tot dat den Mareſchal de Camp albier gecomen, ende daer van geſproken ſal ſyn, ende datmen evenwel verſtont, dat het beter ware afgebroken, dan dat den vyant ſyn profyt daer mede doen ſonde mogen.*

Ex

Ex Actis ejuſdem anni x. Ianuar. *Alſo die Gemeente ſeer begeert het afbreken van Oudwyck, dreygende 't ſelve in brant te willen ſteken, Soo is gereſolveert, dat men om alle confuſie te verhoeden van de Gemeente, uytſchryvinge doen ſal, datmen de materialen vant Convent van Oudwyck, op Dynsdach naeſtcomende vercopen ſal, om voorts afgebroken te worden, ende dat int geheel of in deel, ende op alſulcke conditien, alsmen voor de vercopinge opleſen ſal. Dit gereſolveert ſynde is de tydinge gecomen, dat Outwyck van eenige Burgeren in brant geſtoken was.*

Creata olim Abbatiſſa à Conventu, quam vellet. Tranſcripta Cæſari diœceſi, quam Cæſar vellet, nulla alia. Creata à Curia Provinciali dein miſſa in poſſeſſionem. Ex ejus tertio Memoriali: *Achtervolgende ſekere beſlotene miſſive van de Hertoginne van Parma, Regente, in dato den 22. Auguſti voorleden, hebbe ick Hippolytus Perſyn Preſident in den Hove van Utrecht my gevonden in den Convente ende Abdye van Outwyck buyten Utrecht. Ende hebbe ter preſentie van de Priorinne ende gemeene Conventualen aldaer Iuffrou Anna van Ooſtrum geleyt op de Abdye van den voorſz. Convente, ende die ſelve geſtelt in de poſſeſſie van der Abdye voorſz. Waer van ick den Griffier 's Hoofs van Utrecht aldaer preſent ſynde bevolen hebbe acte te maken. Aldus gedaen binnen den Convente van Oudwyck den 27. Septemb. 1567. Ende was onderteyckent*, G. Schryvers.

FUNDATIO V.

VALLIS S. MARIÆ *in ſuburbio Trajectenſi.*

ANN. CIↃ. CC. XLV.

Vallis ſanctæ Mariæ extra portam fuit, quæ ab inſula (nam inſula ibi olim) vulgo dicitur *de Weertpoort. Gelegen* dicitur *buyten Utrecht op die Vecht*, in charta Ann. 1481. Ordinis Ciſtercienſis, ut in alia eſt Anu. 1295. ut & 1281. Vetus admodum, ut patet ex veteris Necrologii ſuperſtitibus adhuc tabulis, aut ejus potius excerpto, quod originem ejus refert ad Ann. 1245. Nam inſcriptio hujuſmodi: *Ex libro Memoriarum vallis B. Mariæ extra Trajectum, quod monaſterium cœpit Ann.* 1245.

Digitized by Google

I. 8. Idus Ianuarii, *obiit piæ memoriæ Dna* Mechteldis de Buſcho *Abbatiſſa S. Servatii, quæ quondam Abbatiſſa fuit vallis B. Mariæ. Altera die converſionis Pauli obiit* Iacoba *de* Branſaert *Ann.* 1557. *ætatis ſuæ* 98. *quæ fuit etiam* 18. *cellaria, & contulit Conventui unum ciborium propriis ſuis expenſis in valore* 95. *floren. Ann. Dni* M. CCCC. LXXII. *obiit* Iutta *de* Vleuten *Prioriſſa* 8. *Kal. Februar.*

Obiit Ann. Dni CIↃ. IↃ. XXVII. *honeſta ac devota Dna* Eliſabeth Gruyters *Abbatiſſa conventus Idibus Febr.*

XIII. Kal. Mart. 1557. *obiit Dna* Katharina Cock *ab* Opynen *monialis & Prioriſſa, quæ vixit annos* 95. *aut circiter.*

Obiit Ann. CIↃ. XX. *honeſta domina* Everhardis *de* Lochorſt *Abbatiſſa conventus S. Servatii in Trajecto* 17. *Febr.*

VI. Idus Martii, *obiit venerabilis & devota* Aleydis Ruyſch *Abbatiſſa vallis B. Mariæ.*

Ann. 1594. *ipſo die S. Ambroſii Dna* Anna *de* Ooſtrum *Abbatiſſa in Autwyck.*

V. Idus Aprilis 1494. *obiit venerabilis Abbatiſſa* Leonilla *in valle B. Mariæ virginis ætatis ſuæ* 61. *cujus anima cœlum poſſideat.*

18. Kal. Maji, *obiit* Mechteldis Pellencuſſen *quondam Abbatiſſa noſtri clauſtri.*

4. Kal. Maji, *obiit piæ memoriæ Dna* Henrica *de* Ryn *Abbatiſſa noſtri conventus. Eodem die Ann.* M. CCCC. LVIII. *obiit* Mr. Folckerus *de* Lichtenbergh, *Canonicus eccleſiæ S. Mariæ Trajectenſis, de quo habemus domum noſtro Conventui pro infirmitorio conſtructam, & noviter ædificatam de bonis ſuis propriis à Deo ſibi conceſſis &c.*

III. Kal. Maji, *obiit Dna* Sophia *de* Meern *Abbatiſſa clauſtri vallis B. Mariæ virginis. Ann.* M. CCCC. XL. *obiit piæ memoriæ Dna Giſelberta de Vliet Abbatiſſa noſtri clauſtri.*

Kal. Iunii *Ann.* M. D. XLI. *obiit venerabilis Dna* Eliſabeth *de* Voern *Abbatiſſa conventus vallis B. Mariæ virginis, quæ laudabiliter præfuit annos quatuordecim. Ann. Dni* M. CCCC. XVIII. *obiit p. m. Dna* Berta *de* Almelo *Abbatiſſa noſtri clauſtri.*

Ipſo die Gervaſii & Protaſii Ann. M. D. XXI. *obiit venerabilis Dna* Dina Trinde *Abbatiſſa conventus vallis B. Mariæ virginis, quæ laudabiliter* XXVII. *annis præfuit. Vixit annos* 84.

Ann. M. CCCC. V. *obiit Kal. Auguſti* Maria *de* Amerongen *Abbatiſſa S. Servatii apud Trajectum.*

Obiit honoranda Dna Ida Uyten Ham *Abbatiſſa vallis B. Mariæ virginis* 1577. *Idibus Auguſti.*

Ann. M. CCC. XCVIII. *Domicella* Margarita *filia Dni* Stephani *de* Zulen *habens fraternitatem cum monialibus vallis B. Mariæ contulit illis x. ſcudatos antiquos ad ornandas duas partes ambitus ante refectorium & ante coquinam, ut ejus anniverſarium celebraretur ut conſuetum eſt.*

II. Cæterum aliud adhuc habeo multo amplius Necrologium, unde & veteres familias, nobiles in diœceſi, & quæ florent adhuc ſuperſtites, & jam extinctas cognoſcas. Æternum nihil aut ſatis conſtans. Cecidere etiam familiæ numeroſa admodum prole & præpotenti ſubnixæ. Emanuel Luſitaniæ rex viginti duos habebat filios filiaſque. Succeſſit ipſi Ioannes III. Ioanni nepos Sebaſtianus. Sebaſtiano Henricus I. Ioannis patruus Cardinalis. Quo extincto & extincta hæc univerſa progenies. Cauſa autem ruinæ inter cetera etiam cœlibatus; dum toti enim in eo ſunt, ut ſplendor generis conſervetur, clero ceteris devotis, uni tantum aut alteri quod habent totum relinquunt, ſed id aliter interdum evenit, ut qui juncti ſcilicet conjugio prolem aut non ſuſcipiant, aut non vivacem ſuſciplant. Et exempla ſunt infinita. Quæ habet quivis in promtu. Necrologium autem hoc eſt:

Anniverſarium vallis S. Mariæ prope Trajectum.

III. *Kal. Ianuarii dominus* Suederus *de* Voerne *Canonicus eccleſiæ S. Martini, qui contulit Conventui &c.*

Sophia *dicta* Boel *monialis noſtri clauſtri.*

Gilelbertus *dictus* Zuel *frater* Gertrudis *noſtræ monialis.*

Ann. CIↃ. IↃ. XLI. *obiit honeſta domicella* Barbara *à* Gaesbeeck *in die Circumciſionis, quæ fuit ſoror* Mechtildis *à* Solms *Abbatiſſa hujus conventus.*

IV. *Non.* octava Stephani. Walterus *de* Colonia *pater* Mechtildis *noſtræ monialis.*

Ann. CIↃ. IↃ. *quinto obiit* Beatrix *de* Hardenbroec *uxor* Eliſabeth *noſtræ monialis.*

Ann. CIↃ. IↃ. XLII. *obiit honeſtus vir* Egbertus *van* Groenenberch *frater* Annæ *de* Gruenenberch *monialis noſtri Conventus.*

III. *Non. octava Iohannis Evangeliſtæ, dominus* Fredericus *dictus* Capellan *ſacerdos.*

Iohannes Bor *de* Hemerten *frater Aleydis noſtræ monialis.*

Eliſabeth *de* Braeckel *monialis S. Servatii.*

II. *Non. Domicella* Eliſabet *de* Vloeten, *mater* Eliſabeth *noſtræ monialis, quæ contulit Conventui unam libram annuatim, & cuilibet moniali* V. *ſol.*

Abraham *de* Compoſtelle, *pater* Iohannæ *noſtræ monialis.*

Anno

Anno CIↃ. CCCC. LXIV. *obiit honeſtus vir* Iohannes *de* Renes *frater* Sophiæ *de* Renes *monialis noſtræ.*

Nonæ. domicella Iohanna *de* Voern *monialis in* Wyck *ſoror* Heylwigis *de* Voorn *monialis noſtræ.*

Obiit honeſta domicella Beatrix *de* Solms.

Ann. domini LVI. *obiit* Iohannes *dictus* Mavoer. *Contulit* IV. *florenos.*

IV. *Idus.* Epiphania domini. Iutta *de* Iutfaes *monialis S. Servatii, ſoror* Hadewigis *de* Iutfaes *noſtræ monialis.* Arnoldis Sloyers *monialis noſtri clauſtri.*

Piæ memoriæ domina Mechteldis *de* Buſche *Abbatiſſa S. Servatii, ac quondam Abbatiſſa noſtri clauſtri.*

Domicella Gerarda Haenen, *quæ contulit unum nobile cum ſcudato Wilhelmi.*

Obiit Gertrudis *de* Leydis *monialis noſtri clauſtri.*

Obiit domicella Petronilla *de* Brandenburch.

Domicella Antonia *de* Beeſde, *uxor* Laurentii *de* Beeſde, *mater* Mariæ *de* Beeſde *noſtræ monialis.*

Obiit domicella Lutgardis *à* Zuylen, *alias* Natewiſch, *genitrix* Stephanæ *monialis noſtræ.*

Obiit in monaſterio albarum dominarum in Trajecto honeſta domicella Beatrix *de* Zolmis *ſoror Abbatiſſæ noſtræ* Mechteldis.

Ann. 1586. *die nona menſis Ianuar. obiit honeſta & religioſa domicella* Anna *de* Poelgeeſt *ſoror dominæ noſtræ Abbatiſſæ* Corneliæ *de* Poelgeeſt.

Obiit etiam eodem anno & menſe honeſta ac proba domicella Barbara *de* Poelgeeſt, *domina de* Rixtel, *mater noſtræ monialis* Annæ d'Oudaen, *ac ſoror noſtræ dominæ Abbatiſſæ de Poelgeeſt, cujus anima gaudio perfruatur æterno.*

VI. *Idus. honeſta domicella* Aleydis *van* Ec, *quæ contulit Conventui pitantiam in vino, Ann.* XX.

V. *Idus. obiit* Iohannes *à* Zulen *dictus* Natewiſch *frater Stephanæ noſtræ monialis Ann.* 1548.

Dna Clara Vermeerten *Prioriſſa S. Servatii Ann.* 1582.

Obiit Beatrix *de* Raephorſt *monialis in Leuwenhorſt.*

IV. *Idus. domicella* Sophia *de* Voerſcoten *ſoror* Mechtildis *de* Colonia *noſtræ monialis.*

III. *Idus. ann.* 1590. *ipſo die* S. Pontiani *obiit nobilis ac honeſtus vir* Wilhelmus *de* Kock *frater* Hildegundis, *monialis noſtri clauſtri, cujus anima pace fruatur.*

Obiit honesta matrona genitrix Mechtildis *dictæ* Beverlant *monialis nostræ ann.* 1553. 12. *Ianuar.*

Obiit honestus vir Robertus *de* Malsen *frater* Walraviæ *de* Malsen *nostræ monialis, quæ contulit pitantiam,* Stephanus *de* Weyda *frater* Aleydis *nostræ monialis,* Albertus *de* Hemerten.

Idus. Octava Epiphaniæ. Elisabeth Hardebol *monialis nostri claustri.*

Dn. Petrus *de* Velde *Præpositus S. Iohannis unam libram, unum calicem cum corporali, unum ornamentum, & duas imagines, unam crucifixi, & alteram beatæ Mariæ de alabastro.*

Domicella Sophia Over de Vecht.

Obiit honorabilis vir Gerardus *vander* A *frater* Agnetis *Priorissæ nostræ monialis.*

XIX. *Kal. Ianuar. Dn.* Iohannes *de* Steyne *Canonicus S. Martini in Trajecto, qui contulit Conventui octo libras annuatim, & unum missale, unum calicem, & duas argenteas ampullas cum toto ornamento.*

Herbernus *de* Iutfaes *frater* Elisabeth *de* Iutfaes *nostræ monialis.*

XVIII. *Kal. obiit dominus* Iohannes *Burggravius de Montfoort, qui contulit nobis casulam.*

Domina Badelogis Abbatissa in Leuwenhorst.

Henrica Bor *de* Heemstede.

Domicella Elisabeth *de* Draeckenburch *habens fraternitatem.*

Obiit in monasterio albarum virginum in Trajecto proba & honesta Gertrudis *de* Hardenbroeck *ann.* 1557.

Obiit ten Dael *prope Trajectum* 28. *Augusti perdilecta soror nostra* Iohanna *ab* Eck, *pro cujus animæ refrigerio petimus orationum vestrarum suffragia propter Deum.*

Henricus *de* Dam *pater* Clementiæ *nostræ monialis.*

XVII. *Kal.* Anthonii confessoris, Fredericus *dictus* Boel *frater* Sophiæ *nostræ monialis, qui contulit Conventui &c. Obiit* Henricus *de* Woerden. *Obiit* Iohannes *de* Steyne *frater* Catharinæ *nostræ monialis.*

Domicella Hildegundis Bol, *quæ contulit in vestiario unam cistam.*

XV. *Kal. obiit honestus vir* Iohannes *de* Bueren *frater monialis nostræ* Annæ *de* Bueren, *ann.* 1543.

Dna Clementia *de* Coetekeel.

Obiit Swaenken *de* Overdevecht *soror Henricæ de Overdevecht nostræ monialis.*

Obiit devota Heylwigis *vander* Haer, *monialis in* Vrouwenclooster, *soror* Iohannæ *monialis nostræ. ann.* 39.

XIV.

Digitized by Google

XIV. *Kal. obiit* Henricus *de* Weyda *pater* Aleydis *noſtræ monialis*, Giſelbertus Grawaert.

XIII. *Kal. honeſta & devota* Henrica Overdevecht, *monialis hujus conventus, ann.* 26.

Obiit Iohannes *de* Hardenbroeck *pater* Eliſabeth *noſtræ monialis, ann.* 1504.

XII. *Kal. Obiit* Iohannes Renſche. *Obiit domicella* Gertrudis *de* Albarich *ſoror* Eliſabeth *de* Malſen *noſtræ monialis.*

Obiit domicella Margareta *van* Overdevecht *mater monialis noſtræ* Henricæ *van* Overdevecht.

Obiit dominus & magiſter Antonius Gruyters *frater* Eliſabeth *noſtræ monialis, ann.* 1505.

Obiit honeſta domicella Maria *vander* Leck *monialis in Reynsburch, ann.* XIX.

XI. *Kal.* Iohannes *filius* Iacobi *frater* Delianæ *monialis noſtræ. Obiit venerabilis dominus magiſter* Henricus Raeſcop, *quondam Præpoſitus eccleſiæ beatæ Mariæ Trajectenſ.*

IX. *Kal. Obiit* Ymeyna *de* Brienen *monialis noſtri clauſtri.* Arnoldus *dictus* Friſo *frater* Beatricis *noſtræ monialis.*

Obiit Berta *de* Egmont *monialis hujus conventus, ann.* LVI.

VIII. *Kal.* converſio Pauli, *domicella* Mabilia *de* Ambe *mater* Elburgis *noſtræ monialis, ann.* 1595.

Altera die converſionis Pauli obiit honeſta Iacoba *de* Branſaert *anno ætatis* 99. *quæ fuit etiam cellaria &c. ann.* 1557.

VII. *Kal. obiit* Iutta *de* Vlueten *Prioriſſa noſtri Conventus, ann.* 1472.

Obiit honeſta nec non proba domicella Deyna *vander* Burch *mater* Petræ *vander* Burch *monialis hujus conventus, ann.* 1571.

VI. *Kal.* Swederus *de* Zulen *pater* Mechtildis *noſtræ monialis.*

V. *Kal.* octava Agnetis. *Obiit* Gertrudis *domicella de* Malſen *mater* Eliſabeth *de* Malſen *noſtræ monialis.*

Obiit domicella Sophia *de* Wel *ſoror* Iulittæ *de* Wel *noſtræ monialis.*

VI. *Kal.* Iuliani epiſcopi. *Obiit* Arnoldus *de* Velde, Giſelbertus *de* Ruweel *pater* Gertrudis *noſtræ monialis.*

Obiit Petrus *de* Hamme *miles, qui contulit Conventui* 10. *libras ad diſtribuendum, unum miſſale, & unum calicem.*

III. *Kal. domina* Aleydis *de* Ruweel *mater* Mentæ *noſtræ monialis.*

Obiit dominus Iohannes *à* Nyvelt *Decanus ſummi templi in Trajecto inferiori, frater* Theodorici *à* Nyvelt, *monialis noſtri Conventus, ann.* 1567.

II. *Kal. obiit domicella* Agnes, *uxor* Arnoldi *de* Kock, *mater monialis noſtræ*, Iohanna *de* Delwynen.

Obiit in domo S. Servatii devota ac honeſta Clementia *de* Voordt, *monialis ac ſacriſta ejuſdem loci, cujus anima æterno fruatur gaudio, ann.* 1554.

KAL. FEBRUAR. Domicella Arnolda *de* Malſen, *mater* Hyſineriæ *noſtræ monialis.*

Obiit devota ac honeſta domina Beatrix *de* Romerſwael *Abbatiſſa in* Rynsburgh *ordinis S. Benedicti, ann.* 1529.

III. *Non. obiit* Gerardus *de* Homoet.

Obiit Hadewigis *domina de* Blommeſteyn.

Obiit domicella Aleydis *de* Denemarcken, *ſoror* Mechtildis *de* Denemarc, *noſtræ monialis.*

Obiit Hugo *de* Vloeten *pater noſtræ monialis.*

Obiit dilecta noſtra Stephana *de* Wael *monialis noſtri clauſtri profeſſa, ann.* 1691. *die* 4. *menſ. Febr.*

II. *Non. dominus* Bernardus *miles de* Enghe, *qui contulit conventui ad campanam horarum* LX. *libr. & cuilibet moniali* V. *ſol.*

Obiit honeſta matrona Aleydis *à* Bueren *uxor legitima piæ memoriæ* Bertholdi *à* Bueren, *ann.* 1543. *altera purificationis beatæ Mariæ.*

Obiit Eliſabeth *de* Ryſwyck *monialis in Leuwenhorſt.*

Obiit Criſtina *de* Crunlant *monialis in* Wittevrouwen.

Nonæ. Obiit magiſter Suederus *de* Weteringe *Canonicus Trajectenſis eccleſiæ majoris.*

Obiit Eliſabeth Utenhaegh *mater in* Wittevrouwen.

Obiit honeſtus vir Wilhelmus *à* Raven, *hac in noſtra eccleſia ſepultus, qui expiravit ipſo beatæ Agathæ, pater* Iohannæ, *ann.* 1541.

Obiit domicella Wendelmodis *uxor quondam* Iohannis Ridder *ac mater* Wilhelmi *de* Lunenborch *monialis hujus Conventus.*

VIII. *Idus.* Vedaſti & Amandi *epiſcoporum. Obiit Gerardus de Voorn frater* Eliſabeth *monialis noſtræ.*

Obiit domicella Cornelia *de* Yſelſtein *monialis in Lewenhorſt, ann.* XX.

Obiit Iohannes *à* Renes *germanus* Sophiæ *noſtræ monialis, ann.* 1547.

Obiit domicella Catharina *à* Zuylen *in domo S. Servatii.*

VI. *Idus. Obiit* Eliſabeth *de* Opbueren *monialis noſtri clauſtri.*

Obiit Fredericus Merceman. *Obiit* Arnoldus *de* Oy, *pater* Benedictæ.

Obiit honeſta domicella Ioſina *de* Woerden *à* Vliet *monialis noſtri clauſtri profeſſa, cujus anima perpetuo gaudio perfruatur, Amen. ann.* 1601. II. *Febr.* V. *Idus.*

Digitized by Google

v. *Idus. Obiit honeſta, nec non devota* Maria *de* Poelgeeſt *in Lewenhorſt, quæ fuit neptis* Corneliæ *de* Poelgeeſt *monialis hujus Conventus, ann.* 1562.

IV. *Idus. Obiit* Tydemannus Vrieſe *van den* Doem.

Obiit dominus Henricus Pot *Canonicus eccleſiæ beati Iohannis, ann.* LIX.

Obiit Theodoricus Kock *de* Delwynen *frater* Iohannæ *noſtræ monialis. Obiit* Everarda *de* Raven *Prioriſſa hujus conventus. Obiit* Eliſabeth *de* Horſt *monialis hujus monaſterii.*

III. *Idus. venerabilis dominus* Iohannes *de* Solmis *Canonicus & Officialis, Præpoſitus majoris eccleſiæ Trajectenſis, frater* Mechtildis *de* Solms *monialis noſtræ.*

II. *Idus. Obiit* Theodericus *de* Voorn *frater* Petronillæ *noſtræ monialis.*

Honeſtus vir & dominus Carolus *à* Poelgeeſt *Canonicus, frater* Corneliæ *noſtræ monialis, ann.* 1559.

Obiit honeſta ac devota domina Eliſabeth Gruyters *Abbatiſſa hujus Conventus, ann.* 1527.

XV. *Kal. Obiit domicella* Eliſabeth Gunter. *Obiit* Mechteldis *de* Dennemarcken *monialis hujus Conventus.*

XIV. *Kal. Obiit domicella* Beatrix *de* Gereſteyn, *monialis in* Oudwyck, *ſoror* Eliſabeth *de* Nyvelt *monialis noſtræ, ann.* 1541.

Obiit domicella Iulitta *de* Malſen, *quæ contulit Conventui* XX. *floren. Rhenenſes.*

Obiit honeſtus vir Cornelius *de* Bueren *frater domicellæ* Annæ *de* Bueren *monialis noſtræ, ann.* 1543.

XIII. *Kal. obiit honeſta domina* Ermgardis *de* Lochorſt *Abbatiſſa conventus S. Servatii, ann.* 1520.

Obiit honeſtus ac probus vir Iohannes *dictus* Ondaert *ac dominus de* Rixtel, *pater* Annæ Ondaert *noſtræ monialis, ann.* 1570. 19. *Febr.*

Devota Catharina Kock *ab* Opynen *Prioriſſa noſtri monaſterii, quæ vixit annis* 95. *aut circiter, ann.* 1576. 17. *Febr.*

XII. *Kal. obiit domicella* Waltera *de* Meerthen *ſoror* Stephanæ *de* Teylingen *noſtræ monialis, ann.* XXV.

Obiit probus & honeſtus vir David *à* Zuylen *à* Natewiſch *pater* Stephanæ *de* Natewiſch *monialis noſtræ. Requieſcat in pace.*

XI. *Kal.* Eliſabeth *de* Colonia *monialis albarum dominarum in Trajecto.*

Obiit Iohannes Zuermont *frater* Margaretæ *noſtræ monialis.*

X. *Kal.*

x. *Kal: obiit* Agnes *de* Niſpen *monialis in* Leuwenhorſt *ſoror* Aleydis *noſtræ monialis.*

Ann. 1602. 16. *die menſis Februar. obiit in Bynderen venerabilis Prioriſſa* Maria *de* Ondaert *ſoror* Annæ *de* Ondaert *noſtræ monalis, cujus anima requie æterna fruatur Amen.*

IX. *Kal. obiit* Theodericus *vander* Haet *Canonicus S. Petri, frater* Iudocæ *&* Iohannæ *noſtrarum monialium.*

Obiit venerabilis vir Gerardus *van* Ryn, *qui dedit ſex florenos.* 1506.

VIII. *Kal.* cathedra S. Petri. *Obiit domina* Berta *de* Yſelſtein, *mater* Gertrudis *de* Ruweel *monialis noſtræ.*

Obiit Henricus Triende *pater* Dynæ *monialis noſtræ.*

Obiit Abraham *de* Lichtenberch *frater* Fredericæ *&* Margaretæ *monialium noſtrarum. De cujus pecuniis & fratris ſui domini* Folkeri *empta ſunt duo jugera terræ cum dimidio in* Maerſenbroec, *ann.* LXIV.

VII. *Kal.* Euſtachius *de* Loenreſloot.

Obiit Iutta *de* Iutfaes *Prioriſſa in* Outwico *ſoror* Eliſabeth *de* Iutfaes *monialis noſtræ.*

Obiit Arnoldus *dux Gelriæ & Iuliæ pater* Catharinæ *de* Egmonda *monialis noſtræ, ann.* 1442.

Venerabilis vir Iohannes *de* Cock *van* Delwynen *frater conſororis noſtræ* Iohannæ *de* Delwynen.

VI. *Kal. Domicella* Hadewigis *de* Wilt *ſoror* Leonillæ *de* Wild *noſtræ monialis.*

Obiit honeſta & nobilis matrona Iacoba *à* Poelgeeſt *uxor nobilis viri* Nicolai *à* Bronchorſt *Trajecti in choro fratrum minorum ſepulta ipſo Matthiæ Apoſtoli, ann.* 1574.

V. *Kal. Obiit domicella* Beatrix *de* Eze *ſoror* Bertæ *de* Almelo *noſtræ monialis.*

Domicella Aleydis *de* Helſdingen *ſoror* Giſelbertæ *de* Vliet *noſtræ monialis.*

Obiit Gerardus *de* Vliet *frater dominæ* Giſelbertæ *Abbatiſſæ noſtræ & pater* Suederæ *de* Vliet *noſtræ monialis.*

IV. *Kal.* Adrianus *de* Braeckel *pater* Mechtildis *noſtræ monialis*, Aleydis *de* Alcmaer *monialis in* Leuwenhorſt.

KAL. MARTII. obiit dominus Rudolphus *de* Yſendoorn, *Præpoſitus eccleſiæ S. Petri Trajectenſis, qui contulit Conventui* XIV. *floren. annuatim.*

Obiit dominus Iohannes Hondertmarc *Canonicus S. Mariæ Trajectenſ. qui contulit* X. *floren.*

Obiit

Obiit Margareta *de* Ameronghen *monialis in* Leuwenhorſt.

VI. *Non. domicella* Eliſabeth *de* Velde, *quæ contulit Conventui* VII. *libras.*

Obiit Daniel *van* Everdinghen *pater Margaretæ monialis noſtræ.*

V. *Non. Obiit* Gerardus *van* Ryn *frater Abbatiſſæ noſtræ* Henricæ *van* Ryn.

Honeſtus ac nobilis vir Theodericus *van den* Wael *frater noſtræ* Stephaniæ *van den* Wael, *Ann.* 1586. 1. *die Mart.*

III. *Non. Mart. obiit* Eliſabeth *de* Boechout *monialis noſtri clauſtri & ſacriſta*, *Ann.* 1446.

Honeſta domina Katherina *de* Yſelſtein, *uxor quondam domini* Theodori *de* Sweten *militis*, *ſoror* Iacobæ *de* Yſelſtein, *monialis noſtri Conventus.*

II. *Non.* Wolterus *de* Inghen.

Obiit venerabilis vir Iohannes Utenbroeo *de* Woerden *pater* Aleydis Utenbroec *monialis noſtræ*, *Ann.* 1491. *ipſo die beati Thomæ.*

Nonæ. Obiit Zegherus Nicolai *frater monialis noſtræ* Leonillæ Nicolai, *alias vander* Wilden.

VII. *Idus.* Everarda *de* Dennemarc, *monialis albarum dominarum in Trajecto*, *ſoror* Mechtildis *noſtræ monialis.*

Domina Aleydis Roemaer *monialis S. Servatii in Trajecto.*

Obiit honeſta domicella Anna *à* Zuylen *à* Nyvelt *uxor* Huberti *de* Woerden *de* Vliet, *mater* Iudocæ *noſtræ de* Vliet, *monialis hujus clauſtri*, *Ann.* 1571.

VII. *Idus.* Arnoldus *de* Velde.

Obiit domicella Mechtildis *de* Cralingen *monialis in Reynsburch*, *Ann.* XXI.

Obiit domicella Agatha *à* Rynevelt *mater* Agathæ *noſtræ monialis.*

Domina Elburgis *de* Langerack *Abbatiſſa in* Renicaſtro.

VI. *Idus. Obiit honoranda matrona* Lutgardis Triende *mater ſororis noſtræ* Dynæ *monialis ſacriſtæ.*

Obiit venerabilis devota Aleydis Ruyſch, *Abbatiſſa noſtri Conventus.*

Obiit honeſtus & probus vir Arnoldus *à* Nyvelt *frater* Theodricæ *à* Nyvelt *monialis noſtræ*, *Ann.* 1568.

Obiit Giſelbertus Vonc *pater* Mabiliæ Vonc *noſtræ monialis.*

V. *Idus. domina* Rixa *de* Voern *monialis noſtri clauſtri.*

Elſabe *de* Poelgeeſt *monacha in Rynsborch.*

Gerardus *de* Voorn *frater* Petronellæ *noſtræ monialis.*

Maria *de* Noortwyk *monialis in Leuwenhorſt.*

Catharina Verdoes *monialis in Leuwenhorſt.*

IV. *Idus.* Wernerus *dictus* Boel *ſcolaris S. Catharinæ in Trajecto frater* Enghelradis *noſtræ monialis.*

Domicella Yda *de* Horſt *mater monialis noſtræ* Eliſabeth *de* Horſt.

Hermanna *de* Iutſaes *monialis noſtri clauſtri.*

III. *Idus.* Gertrudis *de* Berc *monialis noſtri clauſtri.*

Fredericus *de* Meer *frater* Giſelbertæ *de* Vliet *monialis noſtræ.*

II. *Idus. obiit honeſtus vir* Iohannes *à* Wael *pater noſtræ monialis* Stephanæ, *Ann.* 1544. 15. *Mart.*

Iudocus *de* Ratinghen *pater* Stephanæ *de* Ratinghen *noſtræ monialis*, *Ann.* 1557.

Idus. Eliſabeth *de* Haesbroec *monialis in Leuwenhorſt.*

Margareta *de* Botlant *monialis in Rynsburch.*

Gisbertus *à* Bevelant *frater* Mechtildis *à* Bevelant *monialis noſtræ religioſus*, *Ann.* 1556.

Obiit Iacobus *de* Vloeten *frater* Iuttæ *de* Vloeten *noſtræ monialis.*

XVI. *Kal. domicella* Criſtina *de* Compoſtelle *mater* Iohannæ *monialis noſtræ.*

Maria Pots *monialis S. Servatii*, *Ann.* 1557.

XV. *Kal. obiit domicella* Gertrudis Bol *mater* Hildegundis *noſtræ monialis.*

Erneſtus *de* Ameronghen *pater* Wilhelmæ *ab Ameronghen monialis noſtræ.*

Domicella Henrica *van de* Wael *monialis S. Servatii*, *ſoror* Stephanæ *monialis noſtræ. Ann.* 1586.

XVI. *Kal. Domicella* Theoderica *de* Maelſtede *de* Renes *monialis in Rynsburch.*

XI. *Kal.* Adeliſa *de* Montfoorde *monacha de Rynsburch.*

Honoranda domina Sibilla Taets *ab* Ameronghen *Abbatiſſa*, *qua præfuit laudabiliter circiter* 37. *annos*, *Ann.* 1602. *in profeſto Dominicæ* Annunciationis.

Obiit Arnoldus *de* Malſen *pater* Walraviæ *noſtræ monialis.*

X. *Kal. obiit Dn.* Loef *de* Ruweel *miles pater* Mentæ *noſtræ monialis.*

Obiit honeſtus vir Nicolaus *de* Malſen *frater noſtræ monialis* Walraviæ.

IX. *Kal. Reverendus in Chriſto pater* Rudolphus *de* Diepholt *epiſcopus Trajectenſis.*

Obiit

Digitized by Google

Obiit Aleydis Abba *monialis noſtri clauſtri.*

Domicella Agnes *in* Honepa *ſoror* Bertæ *de* Almelo *noſtræ monialis.*

Obiit Eliſabeth *de* Malſen *portaria & monialis hujus Conventus, ann.* 1451.

Obiit Aleydis Hemert *monialis hujus Conventus, ann.* LXII.

Domicella Maria *de* Alendorp *Prioriſſa conventus S. Servatii in Trajecto, ann.* 1520.

Godefridus *de* Coninck *Canonicus S. Petri frater* Eliſabeth Coninx *monialis noſtræ, ann.* 1517.

Devota & honeſta Margareta Conincx *monialis S. Servatii, ann.* XXV.

VIII. *Kal. Domicella* Engelradis *uxor* Theodorici *de* Boel *mater* Sophiæ *noſtræ monialis.*

Tydemannus *pater* Arnoldis *noſtræ monialis.*

Aleydis Machelen *monialis noſtri clauſtri.*

Domicella Anna *uten* Enge *ſoror* Idæ *noſtræ monialis.*

Obiit Martina *de* Lichtenberch *monialis noſtri clauſtri, ann.* 1483.

Honeſta domicella Eliſabeth *de* Renes *monialis in Rynsburch.*

VII. *Kal.* Theodericus *dictus* Boel *pater* Sophiæ *noſtræ monialis.*

Alveraet Spierinck *monialis in Leuwenhorſt.*

Venerabilis vir dominus ac magiſter Iohannes *de* Diepholt *Canonicus S. Iohannis & officialis epiſcopi Trajectenſis, ann.* 1519.

VI. *Kal. Domicella* Hildegundis *de* Yſelſtein *ſoror* Iacobæ *de* Bransweert *noſtræ monialis.*

V. *Kal. Domicella* Aleydis *de* Mouwerenberch, *quæ contulit Conventui* V. *libras ad diſtribuendum.*

Obiit honeſta & devota Iudoca *vander* Haer *ſenior monialis hujus Conventus, ann.* XXXIII.

Honeſta, devota, ac relligioſa domina Alpharda *de* Royenborch, *Abbatiſſa S. Servatii, ann.* 1555.

Domina Gisberta *de* Weerdenburch *monialis in Leuwenhorſt, ann.* 1557. XV. *Mart.*

Domicella Catharina Koc *à* Delwynen *uxor domini* Alberti *de* Hoochwoude *ſoror noſtræ monialis à* Delwynen Hildegundis, *ann.* 1576. 25. *Febr.*

Honeſta ac devota domina Hadewigis *vander* Haer *Prioriſſa Conventus albarum dominarum, ann.* 1528.

IV. *Kal. dominus* Iohannes *à* Sande *Canonicus S. Iohannis.*

Tydemannus *dictus* Boel *frater* Engelradis *noſtræ monialis.*

Domicella Eliſabeth Bolk *ſoror* Catherinæ *de* Steyn *noſtræ monialis.*

III. *Kal. Obiit* Catharina *de* Boechorſt *monialis in Leuwenhorſt.*

Obiit devotus & honeſtus Loeffridus *vander* Haer, *Canonicus S. Mariæ, Paſtor in* Oudewater, *frater* Iudocæ *&* Iohannæ *monialium hujus Conventus.*

II. *Kal. Obiit* Suederus *de* Denemarc *frater* Mechtildis *de* Denemarc *noſtræ monialis.*

Domicella Aleydis Stout.

Wilhelma *de* Lichtenberch *monialis S. Servatii in Trajecto, ann.* 26.

Petra *de* Colſter *monialis in Leuwenhorſt.*

KAL. APRILIS. Obiit domicella Cornelia *vander* Haer *ſoror* Iohannæ *noſtræ monialis.*

Obiit Ceſy *de* Aemſtel, *quæ benefecit Conventui.*

Obiit probus & honeſtus vir Henricus *vander* Borch *pater* Petræ *vander* Borch *monialis noſtræ, ann.* LI.

IV. *Non. obiit domicella* Aleydis *de* Weelden *ſoror* Lutgardis Walen *noſtræ monialis.*

Obiit domicella Mechteldis *de* Gruenenberch *mater* Annæ *de* Gruenenberch *monialis noſtri Conventus.*

Domicella Adriana *de* Ratingen *ſoror monialis noſtræ* Stephanæ *à* Ratingen, *Ann.* 1597. 2. *April.*

III. *Non. obiit domicella* Iohanna *de* Ryn.

Obiit honeſta domina Adriana *de* Oeſtrum *Abbatiſſa in* Outwyck *ſoror* Hadewigis *de* Oeſtrum *monialis noſtræ, Ann.* 1594. *ipſo die ſancti Ambroſii.*

II. *Non. obiit domina* Mechtildis *de* Palenſteyn.

Obiit Adam *vander* Haer *pater* Ydæ *uten* Ham *noſtræ monialis.*

Nonæ. Frederica *de* Lichtenbergh *portaria, monialis hujus conventus, Ann.* LXXIII.

Gertrudis *de* Teylingen *monialis noſtri clauſtri.*

Obiit Iohannes *de* Oeſtrum *frater* Agnetis *noſtræ monialis, ann.* 1539.

Obiit nobilis vir Bartholomeus *van de* Wael, *domicellus de* Maersbergen, *frater* Stephanæ *van de* Wael *monialis noſtræ, ann.* 1592. 4. *April.*

Digitized by Google

VIII. *Idus. Obiit* Wernerus *de* Wael *frater ſororis noſtræ* Iuttæ *de* Wael, *ſacriſtæ quondam, monialis noſtræ.*

VII. *Idus. domicella* Iohanna Nicolai *monialis in Leuwenhorſt.*

Obiit dominus Philippus *de* Burgundia *epiſcopus Trajectenſis, ann.* 1524.

VI. *Idus. domicella* Otta *de* Eemskerck *Prioriſſa in Rynsburch.*

Gerardus Boel *frater* Hildegundis *noſtræ monialis.*

V. *Idus. domicella* Hadewigis *de* Coelenberch.

Domicella Alveradis *de* Braeckel *ſoror* Heylwigis *de* Voern *noſtræ monialis.*

Obiit venerabilis Abbatiſſa Leonilla *in valle beatæ Mariæ virginis Ann. ætatis ſuæ* 61. *Ann.* XCIV.

IV. *Idus. domicella* Frederica Utenenge *ſoror* Criſtinæ *noſtræ monialis, Ann.* CIↃ. CCCC. VIII.

Obiit dominus Theodoricus *de* Zulen *miles, qui habuit fraternitatem in hoc clauſtro, cujus uxor* Aleydis *de* Lyntere, *Ann.* 1440. *contulit Conventui integrum ornamentum cum ſuis attinentiis &* XVI. *ſcuta Burgundiæ pro hereditaria poſſeſſione comparanda ad memoriam earundem perpetuo habendam.*

III. *Idus. Obiit* Eliſabeth *de* Iutfaes *monialis noſtra.*

Domicella Iohanna *de* Niſpen *mater* Aleydis *ſororis noſtræ monialis.*

Petra *de* Colſter *monialis in Leuwenhorſt.*

II. *Idus. Dominus* Conradus Kuſer *miles, qui contulit cuilibet moniali* V. *libras.*

Ann. CIↃ. IↃ. VI. *obiit venerabilis vir* Petrus Trienden *frater dominæ Dinæ Abbatiſſæ & pater* Lutgardis *noſtræ monialis.*

Obiit Ludolphus *vander* Haer *Reddituarius noſter.*

Idus. Florentia *de* Woude *monialis in Leuwenhorſt.*

Ann. CIↃ. CCCC. LXXX. *obiit honorabilis vir* Henricus *de* Vliet, *pater* Machtildis *noſtræ monialis & Suppriorisſæ, ſepultus in choro ſeu ſanctuario apud nos.*

XVIII. *Kal. Maji. Domicella* Berta *de* Leyenberch *ſoror* Mechtildis *de* Colonia *monialis noſtræ.*

Obiit Mechteldis Pellenculſen *quondam Abbatiſſa noſtri clauſtri.*

Obiit Wonna *de* alta platea *monialis noſtra.*

XVII. *Kal. Obiit* Sanderus *van* Opbueren *pater* Eliſabeth *noſtræ monialis.*

Obiit Catharina *de* Poll, *monialis in Leuwenhorſt.*

Obiit Sophia *uxor* Wilhelmi Burkel.

XVI. *Kal. dominus* Everardus *de* Voern *ſacerdos & monachus in* Oeſtbroec *frater* Petronellæ *monialis noſtræ.*

Honeſta domicella Maria *de* Ameronghen *monialis S. Servatii*, *ann.* 1519.

Obiit in die Tiburtii & Valeriani, *ann.* 1523. *honeſta ac devota* Aleydis Utenbroeck *Prioriſſa noſtri Conventus.*

XV. *Kal.* Hadewigis *de* Berghe *monialis noſtri clauſtri.*

XIV. *Kal. obiit* CIↃ. CCCC. LXXII. *domina* Henrica *de* Ryn *Abbatiſſa hujus clauſtri.*

Ann. CIↃ. CCCC. LVIII. *obiit magiſter* Folckerus *de* Lichtenberch. *Canonicus beatæ Mariæ Trajectenſis frater* Fredericæ & Martinæ *monialium hujus clauſtri, de quo habemus domum noſtro Conventui pro infirmitorio conſtructam noviter & ædificatam de bonis ſuis propriis à Deo ſibi conceſſis. Et de illius pecuniis ac fratris ſui* Abrahæ *empta ſunt duo jugera cum dimidio in* Maerſenbroeck.

XIII. *Kal. Ann.* 1487. *obiit* Petrus *de* Overdevecht *pater* Henricæ *noſtræ monialis, qui benefecit Conventui.*

D. Lambertus *à* Bevelant *Vicarius S. Iohannis frater* Mechteldis *à* Bevelant *monialis noſtræ.*

XII. *Kal. obiit domicella* Mechteldis Walen *monialis in Bethania extra Aernhem ſoror* Lutgardis *monialis noſtræ.*

Domicella Petronella *de* Haer *ſoror* Iudocæ & Iohannæ *monialium hujus Conventus.*

Obiit dominus Walterus *de* Teylingen *Confeſſor vallis beatæ Mariæ virginis, ann.* 1511.

Obiit probus ac honeſtus dominus Lambertus *à* Bevelant *Vicarius S. Iohannis, frater* Mechteldis *à* Bevelant *noſtræ monialis.*

XI. *Obiit* Iohannes *de* Lanſcroon.

Domicella Aleydis *de* Dam *ſoror* Arnoldis *noſtræ monialis.*

Wilhelmus *de* Albranſweert *frater* Iacobæ *noſtræ* 1504.

X. *Kal. obiit* Alphardus *de* Oeſtrum *pater* Agnetis *monialis noſtræ.*

IX. *Kal. domicella* Katharina *de* Steyn *monialis noſtri clauſtri.*

Obiit Iolenta *de* Egmondt *ſoror* Catharinæ *monialis noſtræ.*

VIII. *Kal. obiit* Aleydis Brey *alias van* Lanſcroon.

Obiit domicella Maria *de* Braeckel *ſoror* Eliſabet *de* Hardenbroeck *noſtræ monialis.* 1520.

Honeſtus ac probus vir Theodericus *vander* Borch *frater* Petræ *vander* Borch *Prioriſſæ noſtræ monialis ipſo die Marci* 1569.

VII.

Digitized by Google

VII. *Kal. domicella* Ronſa *uxor* Giſelberti Grauwaert.

Obiit Maria *de* Oeſtrum *genitrix* Agnetis *noſtræ monialis.*

VI. *Kal. domicella* Agnes *mater* Bertæ *de* Egmont *noſtræ monialis.*

V. *Kal.* Iohannes *dictus* Mouwer *pater* Eliſabeth *monialis noſtræ, qui contulit Conventui* X. *ſol.*

Iohannes Grauwert *frater* Aleydis *de* Hemerten *noſtræ monialis.*

IV. *Kal. dominus* Fredericus *miles de* Hamma.

III. *Kal. domina* Sophia *de* Meer *Abbatiſſa noſtri clauſtri.*

Honeſta Eliſabeth *ab* Albranſweert *noſtræ monialis* Iacobæ *ab* Albranſweert *ſoror.*

Obiit probus & honeſtus Theodericus *de* Wulven *pater* Matthiæ *de* Wulven *noſtræ monialis.* 1562. *ultima Aprilis.*

Obiit ultima Aprilis Ann. 1574. *honeſta ac religioſa* Anna *à* Groenenberch *infirmaria. Requieſcat, Amen.*

II. *Kal. domicella* Eliſabeth *de* Groenewoude *mater* Wendelmodis *monialis noſtræ* 1483.

Obiit honeſtus vir Petrus *de* Oeſtrum *frater* Hadewigis *de* Oeſtrum *monialis hujus loci.*

Obiit Maria *de* Poelgeeſt *monialis in Leuwenhorſt.*

KAL. MAII. domicella Beatrix *de* Weerhorſt *ſoror* Criſtinæ *de* Colonia *noſtræ monialis.*

VI. *Non.* Wendelmodis *de* Lanſcroon *monialis albarum dominarum in Trajecto.*

Domicella Hildegundis *vander* Haet *mater* Stephanæ *de* Teylingen *noſtræ monialis* 1516.

Iohannes *de* Oeſtrum *frater* Hadewigis *monialis noſtræ.*

Dn. & magiſter Wilhelmus *de* Winſen *Canonicus S. Iohannis, qui benefecit monaſterio noſtro.*

V. *Non.* Dn. Iohannes *de* Leyden, *frater S. Catharinæ in Trajecto, frater* Gertrudis *noſtræ monialis.*

Domicella Heylwigis Taets.

Obiit Wernerus Wel *frater* Iulittæ *monialis noſtræ.*

Obiit in Leuwenhorſt Anna *à* Noortwyck *monialis profeſſa ibidem.* 1546.

IV. *Non.* Iohannes *dictus* Bol *frater* Hildegundis *noſtræ monialis.*

Adrianus *à* Ratingen *frater* Stephanæ *noſtræ monialis.*

Obiit Iohannes Cock *à* Delwynen *pater monialis noſtræ* Hildegundis Cock *à* Delwynen 1550. 1. *Maji.*

Obiit

Obiit Reverendus dominus Richardus *à* Vanthem, *Abbas Campenſis.*

Obiit Iudoca *de* Poelgeeſt, *quæ erat ſecunda Prioriſſa in Renicaſtro ſoror* Corneliæ *de* Poelgeeſt *ten* Dael 1556.

III. *Non. domicella* Margareta *de* Kenenborch *monialis in Lewenhorſt.*

Domicella Clementia *de* Dennemarc *mater* Mechteldis *monialis noſtræ.*

Obiit Alienora *de* Zulen, *quæ contulit unam caſulam.*

Obiit Gerardus *de* Iutfaes *frater* Eliſabeth *de* Iutfaes *monialis noſtræ.*

II. *Non. domina* Agnes *de* Houweninghe *ſoror* Mechteldis *de* Buſche *noſtræ monialis.*

Henricus *de* Angheren *familiaris noſtri clauſtri.*

Nonæ. Iohannes *de* Egmont *frater* Catharinæ *de* Egmont *monialis noſtræ* 1467.

Honeſta & devota Gerarda *de* Nyvelt *monialis in* Wittevrouwen. 1555.

VIII. *Idus. obiit domina* Giſelberta *de* Vliet *Abbatiſſa noſtri clauſtri.* 1440.

Heylwigis Voern *monialis noſtri clauſtri.*

Obiit domina Maria Pot *ſoror* Aleydis *de* Niſpen *noſtræ monialis.*

VII. *Idus. obiit* Gerardus *à* Vliet *frater* Iudocæ *à* Vliet *noſtræ monialis.* 1460.

Obiit Mechteldis *de* Braeckel *noſtra monialis.* 1461.

VI. *Idus.* Herbernus *de* Ryn *pater* Henricæ *monialis noſtræ.*

Albertus filius domini Gerardi *militis de* Egmonde.

Obiit Petrus *filius naturalis domini* Iohannis *de* Egmonda *Baronis, frater domicellæ* Catharinæ *monialis noſtræ & portariæ.*

Obiit domicella Iutta *de* Wel *monialis noſtri clauſtri, quæ multis annis fuit Sacriſta.*

V. *Idus. domicella* Agnes *de* Yſelſtein *monialis S. Servatii ſoror* Gertrudis *de* Ruweel *monialis noſtræ.*

Gerardus *de* Voern *pater* Petronillæ *de* Voern *noſtræ monialis.*

IV. *Idus. obiit* Iohanna Utenbroec *mater* Aleydis *noſtræ monialis.*

Obiit Gerardus *de* Groenenwoude *germanus* Wendelmodis *noſtræ monialis.*

Obiit Gerardus Mulaert *pater* Mariæ *noſtræ monialis, eodem etiam tem-*

tempore Reddituarius epiſcopi Trajectenſis, qui bene rexit, ita quod laudari meruit, ann. 1504. *ipſo die S. Pancratii martyris.*

III. *Idus. obiit honeſtus vir* Wilhelmus *de* Winſen *pater* Eliſabeth *de* Winſen *noſtræ monialis, qui dedit pitantiam, cujus anima requieſcat in pace, Amen.*

Obiit Maria *de* Varick *monialis in Leuwenhorſt.*

II. *Idus. obiit domicella* Gerarda Renghers *mater* Mechteldis *noſtræ monialis.*

XVII. *Kal. obiit* Zoude *of* Vrederic *van* Ryn *frater venerabilis Abbatiſſæ noſtræ* Henricæ *van* Ryn. 1465.

Eliſabeth *van* Oeſtrum, *quæ contulit unum ſcutatum.*

XVI. *Kal. domicella* Hadewigis Vonc, *mater* Mabiliæ *noſtræ monialis.*

Obiit domicella Hees *de* Reichenſteyn *ſoror* Eliſabeth *de* Malſen *monialis noſtræ.*

Obiit honeſta domicella Philippa *uxor* Iohannis *de* Doornick *ſoror* Ydæ Utenhamme *monialis noſtræ.* 1524.

Honeſta ac proba domicella Anna *van den* Velde *ſoror* Mechteldis Bevelant *noſtræ monialis.*

XV. *Kal. dominus* Iacobus *de* Velde *Canonicus S. Petri*, Tydemannus *de* Maſche.

Honeſta & devota Eliſabeth *de* Baecx *monialis in Leuwenhorſt.* 1555.

XIV. *Kal. Honeſta nec non proba* Iutta Rengers *ſoror* Machtildis Rengers *monialis hujus Conventus.*

XII. *Kal. obiit* Heylwigis Ghiſtelen *uxor legitima* Iohannis Cock *à* Delwynen *ac mater* Hildegondis *monialis noſtræ.*

XI. *Kal. obiit dominus* Stephanus *de* Nyvelt, *miles, qui contulit Conventui* XX. *flor. & 27. libras.*

Dn. Gerardus *à* Poelgeeſt *miles auratus, parens* Corneliæ *à* Poelgeeſt *monialis noſtræ, ann.* XLIX. IV. *Iun.*

X. *Kal.* Hiſmeria *de* Malſen *noſtra monialis.*

Agnes *monialis in* Bethania *ſoror* Katherinæ *de* Egmondt *noſtræ monialis.*

IX. *Kal. obiit domicella* Iohanna *de* Beeſde.

Nicolaus *de* Malſen *frater* Walraviæ *monialis noſtræ.*

Obiit Antonius *à* Bevelant *noſtræ monialis* Mechtildis *genitor.* 1549. 27. *Iun.*

Obiit Henricus Cock *de* Delwynen *germanus* Iohannæ *de* Kock *de* Delwynen *noſtræ monialis.*

VIII. *Kal. obiit* Walterus *de* Colonia *frater* Mechtildis *noſtræ monialis, qui contulit* 8. *loot argenti poſt obitum Haſæ uxoris ſuæ.*

Obiit Stephanus *de* Colonia *pater* Criſtinæ *monialis noſtræ.*

Obiit Menta *vander* A *mater* Eliſabeth *monialis noſtræ.*

Obiit Celerina *de* Boechorſt *Prioriſſa in Leuwenborſt.*

Obiit Petra *de* Solms *Prioriſſa S. Servatii, ſoror* Mechtildis *de* Solms *Abbatiſſæ hujus conventus.*

Obiit clarus & nobilis vir Iohannes *ab* Aſperen *dominus de* Vuern, *eques auratus, miles Hieroſolymitanus, frater* Corneliæ *de* Vuern *monialis noſtræ.*

III. *Kal. obiit domicella* Heylwigis *de* Voorn *mater* Heylwigis *de* Voorn *monialis noſtræ.*

Domicella Mabilia *de* Iutfaes *mater* Hadewigis *de* Iutfaes *monialis noſtræ.*

V. *Kal. obiit* Arnoldus Spierinc *pater* Margaretæ Spierinc *noſtræ monialis.*

Obiit honeſta domicella Helena *uxor* Gerardi *de* Poelgeeſt *mater* Corneliæ *de* Poelgeeſt *monialis noſtræ. Cujus anima requieſcat in pace, Amen.* 1559.

IV. *Kal. obiit honoranda domina* Eliſabeth *ab* Aemſtel *Abbatiſſa S. Servatii.* 1548.

Honeſta Aleydis *de* Niſpen *ſenior monialis hujus Conventus.* 1536.

III. *Kal. obiit* Nicolaus *de* Oeſtrum *frater* Hadewigis *monialis noſtræ.* 1599.

Obiit Lutgardis *vander* A *monialis in Leuwenborſt.*

Honeſta ac devota Wilhelma *de* Luynenborch *alias* Ridder *monialis noſtri clauſtri.* 1523.

Katharina *de* Haer *monialis in Rynsborch ſoror* Ydæ uten Ham *monialis noſtræ.* 1590.

II. *Kal. Domicella* Agnes *de* Herwynen *ſoror* Hilmeriæ *noſtræ monialis.*

Honeſta ac devota Mechteldis Mulert *monialis in Leuwenborſt.* 1536.

Domicella Mabilia *ab* Amerongen, *uxor* Erneſti *ab* Amerongen, *& mater* Wilhelmæ *monialis noſtræ.* 1541.

KAL. IUNII. domicella Lutgardis *de* Snellenberch *mater* Mechtildis *noſtræ monialis.*

Obiit Mechteldis *de* Snellenberch *monialis noſtra, ann.* 1461.

Obiit venerabilis domina Eliſabeth *de* Voorn *Abbatiſſa, ann.* 1541.

III. *Non.* Iacobus Kannemaecker *pater* Aleydis *monialis noſtræ.*

Do-

Digitized by Google

Domicella Hadewigis *de* Hardenbroeck *monialis in* Aldwyck *ſoror* Eliſabeth *de* Hardenbroeck *monialis hujus clauſtri, ann.* 1543.

11. *Non. honorabilis vir* Adam *de* Niſpen *pater* Aleydis *monialis noſtræ.*

Nonæ. Obiit nobilis domicella Alienora *de* Nyenrode.

VIII. *Idus.* Sophia *de* Veen *monialis noſtri clauſtri.*

Domicella Giſelberta Overdevecht *mater* Eliſabeth.

VII. *Idus.* Iohannes *de* Vlueten *frater* Iulittæ *Prioriſſæ monialis noſtræ.*

Honeſta venerandaque Eliſabeth *de* Otterput *mater* Eliſabeth *de* Otterput *monialis noſtræ.*

Obiit Theodericus *de* Oeſtrum *frater* Haſæ *de* Oeſtrum *monialis noſtræ, ann.* 1578. 1. *Iunii.*

Obiit Margareta *de* Marſche *monialis noſtri clauſtri.*

VI. *Idus. Honeſta ac nobilis virgo* Adriana *ab* Aſperen *de* Vuern *ſoror* Corneliæ *de* Vuern *monialis noſtræ, ann.* 1575.

Domina Criſtina *de* Luttekenhuys *Prioriſſa albarum dominarum.* 1511.

V. *Idus. obiit domicella* Mechteldis *de* Vliet, *monialis hujus monaſterii ætatis ſuæ* LXI. 1496.

IV. *Idus. Piæ memoriæ domina* Berta *de* Almelo *Abbatiſſa noſtri clauſtri.*

Obiit Suederus *de* Voern *frater Petronillæ monialis noſtræ, & pater* Eliſabeth *monialis noſtræ, ann.* 1575. *pridie Barnabæ Apoſtoli.*

III. *Idus. Obiit* Nicolaus *de* Wilder *pater* Leonillæ *noſtræ monialis,* 1550.

Obiit Hermannus *de* Overdevecht *frater* Henricæ *monialis noſtræ.*

Obiit Iohannes *de* Overdevecht *frater* Henricæ *de* Overdevecht *monialis noſtræ.* 1577.

Domicella Sophia *de* Renes *de* A *monialis noſtri Conventus* 1588. *die Barnabæ Apoſtoli.*

II. *Idus. Obiit domicella* Gloria *dicta* Triende *ſoror* Beatricis Vreeſen *monialis noſtræ.*

Iacobus *dictus* Boel *frater* Engelradis *noſtræ monialis, quæ contulit quatuor areas ad diſtribuendum.*

Idus. obiit Gisbertus *van der* Haer *Reddituarius hujus conventus, ac frater* Iudocæ *&* Iohannæ *van der* Haer *monialium hujus Conventus.*

Florentius *ab* Amerongen *frater* Guilhelmæ *ab* Amerongen *Prioriſſæ noſtræ.* 1576.

XVIII. *Kal. Iulii. obiit* Martinus *de* Diemen *frater* Gertrudis Zael *noſtræ monialis.*

Domicella Engelradis *de* Hemerten *mater* Aleydis *monialis noſtræ.*

XVII. *Kal.* Eliſabeth Gunters *monialis in Leuwenhorſt.*

Maria *de* Amerongen *monialis noſtri clauſtri.*

Sophia *de* Enge *monialis noſtri clauſtri.*

Obiit Adriana Roeyen *Abbatiſſa in Leuwenhorſt.*

Obiit Sophia *de* Staten *monialis in Leuwenhorſt.*

XVI. *Kal. obiit* Eliſabeth *ſoror* Gertrudis *de* Haerlem *monialis noſtræ.*

Obiit Hubertus Zoudenbalch *pater* Stephanæ *noſtræ monialis, ann.* 1450.

Obiit honeſtus nec non egregius vir Gerardus *de* Poelgeeſt *frater* Corneliæ *de* Poelgeeſt *noſtræ monialis.* 1564.

XV. *Kal. obiit* Criſtina *de* Leyden *mater* Gertrudis *noſtræ monialis.*

Obiit domicella Oeda *de* Valckenaer *ſoror* Eliſabeth *de* Nyvelt *monialis noſtræ.* 1517.

Domicella Stephana *de* Overdevecht.

XIV. *Kal. obiit* Iohannes *de* Lichtenberch *frater* Fredericæ & Martinæ *noſtrarum monialium.* 1467.

Obiit honeſtus ac nobilis vir Hubertus *à* Woerden *de* Vliet *pater* Iudocæ *de* Vliet *monialis noſtræ.* 1573.

XIII. *Kal. obiit venerabilis domina* Dyna Triende *Abbatiſſa hujus Conventus, quæ eidem præfuit* XXVII. *annis.* 1521. *ipſo die* Gervaſii & Protaſii.

Domicella Frederica *van der* Haer *monialis in Rensburch germana* Ydæ *van der* Haer *noſtræ Abbatiſſæ.* 1547.

XII. *Kal. obiit* Bertholdus Lichtenberch *Canonicus ſancti Iohannis.*

Dn. Franciſcus *de* Bueren *Paſtor in* Echtelt *frater* Annæ *de* Bueren *monialis noſtræ.* 1533.

Honeſta & devota Eliſabeth *de* Ruweel *monialis hujus clauſtri.* 1534.

XI. *Kal. obiit* Yda *de* Voern *noſtra monialis.* 1474.

Sophia *de* Ryſenburch *monialis & Sacriſta S. Servatii.*

Obiit dominus Adrianus Ram *decretorum Doctor, Vicarius domini* Philippi *de* Burgundia *epiſcopi Trajectenſis, Præpoſitus Leydenſis, & Canonicus Trajectenſ.* 1518.

Obiit Maria *ab* Yſelſtein *uxor* Gelmari *à* Groenevelt, *ac ſoror monialis noſtræ* Iacobæ *ab* Yſelſtein. 1568.

X. *Kal. obiit* Iohannes *de* Lichtenberch *pater* Fredericæ & Martinæ *noſtrarum monialium.* 1442.

Obiit

Digitized by Google

Obiit Beatrix *de* Ryn *Regulariſſa in Colen ſoror dominæ Abbatiſſæ noſtræ.* IX.

Honeſta domicella Stephana *de* Ratingen *monialis noſtra, ann.* 1605.

Obiit Clementia Trinde.

IX. *Kal.* Mabilia *de* Brakel *monialis in Leuwenhorſt.*

Dn. Giſelbertus *de* Ruweel *miles frater* Gertrudis *noſtræ monialis.*

Obiit domicella Hadewigis *de* Overdevecht.

VIII. *Kal. obiit* Giſelbertus *de* Linden *monachus S. Pauli frater* Gertrudis *noſtræ monialis.*

Obiit Pontianus Uytenbroeck *de* Woerden *germanus* Aleydis *noſtræ monialis.*

Domina Aleydis *de* Voordt *Prioriſſa albarum dominarum.* 1557.

VII. *Kal. obiit venerabilis domina* Cornelia *de* Poelgeeſt *Abbatiſſa hujus Conventus.* 1613.

VI. *Kal. obiit* Wilhelmus *de* Winſen.

Obiit Iohannes *de* Malſen *frater* Yſineriæ *noſtræ monialis.*

Obiit Mechteldis *de* Ryn.

Obiit Eliſabeth *de* Malſen *monialis in* Coninxvelt *ſoror* Walraviæ *de* Malſen *monialis noſtræ.*

V. *Kal.* Dn. Iohannes *de* Snellenberch *Canonicus eccleſiæ beatæ Mariæ Trajectenſis, frater* Mechtildis *noſtræ monialis.*

Domicella Anna Grauwert *uxor* Theoderici *filii domini* Walteri.

dertiernheyt ende onthengeniſſe Gods almachtich van ſinnen, reden, onderſcheyt, ende live geſont weſende &c. huic fuit certa conditionata clauſula circa ejus medium inſerta tenoris ſubſequentis; Behoudeliken my ende mynen nacomelingen gifteren ende collatoren in manieren als voorſz is, des alſo wair dat ſake, dat ic of deſelve myne nacomelingen voorſz des te rade of van ſinnen worden, dat wy deſe voirſz Vicarie gefundeert ende geordineert in voirwaerden, manieren, ende conditien, als voir ende na beſchreven ſtaet, uyt rechter devotien vertrecken, ende tot eenre ander ſtede ordineren wonde of wonden, dair 't my of hem beter dochte of nutter weſen, dat ic dat alsdan doen of myn nacomelingen voirſz ſellen mogen, ſonder my of hem van den voorſz Cellebroeders enigen hynder, crot, lette, ofte moyeniſſe ofte ymant anders te ſchien, te doen, ofte te doen doen mit enighen rechte geeſtelic of weerlic by hem, of by ymant anders, die enichſins overmits privilegien, die ſy nu hebben, ofte hier namaels crighen ſellen moghen van den ſtoel van Romen, ofte enighen anderen Prelaten der heyliger kercken, ofte mede van enighen Keyſeren, Coninghen, ofi andere Vorſten ende Heeren voirſtaen ſouden mogen &c. die data: Gegheven int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. *ende* LX. *opten* 26. *dach van Octobr. Cui quidem litera antedicta alia ratificationis, approbationis, & confirmationis litera Reverendiſſimi in Chriſto patris & domini* Dn. David *de* Burgundia *Dei & Apoſtolica ſedis gratia epiſcopi Trajectenſis transfixa fuit de data Ann. domini* CIↃ. CCCC. LX. *menſis Novembris die ſexta, prout hæc & alia in antedictis literis plenius continentur. Quibus ſane per me Notarium publicum infra ſcriptum ac præſertim antedicta clauſula ſonora voce perlectis ſæpe dictus dominus* Theodericus *de* Heuſden *presbyter pro ſe, nec non de mandato & voluntate ſingularibus prædicti* Danielis *de* Heuſden *fundatoris, ac patris ejus, de quibus michi Notario infraſcripto legitime conſtabat in vim clauſulæ prænarrata dictam Vicariam ſive Capellaniam cum omnibus juribus, pertinentiis, & oneribus ſuis, juxta contenta in prænarrata fundationis & donationis litera ad & ſuper altare in hoſpitali ſancti Martini Confeſſoris & epiſcopi ſito extra muros civitatis Trajectenſis, vulgariter* in die Weerde *noviter erectum, fundatum, dotatum & conſecratum in vim amplioris dotationis tranſtulit, ac per me ſæpe dictum Notarium infra ſcriptum transferri voluit & petivit, nec non rogavit, & requiſivit. Cujus petitionibus & requiſitionibus inclinatus, ac eis tanquam juſtis, licitis, & honeſtis, ac rationi conſonis aſſenſum præbens*

ſæpe dictam Vicariam ſive Capellaniam in vim clauſulæ nec non ampliorie dotationis antedictæ, ut præmittitur, cum omnibus juribus, pertinentiis, & omnibus prænarratis ad antedictum altare, quantum in me ſit & fiat in Dei nomine tranſtuli, prout transfero de præſenti. Super quibus omnibus & ſingulis dictus dominus Theodericus petiit & requiſivit ſibi à me Notario publico infraſcripto fieri & conſici unum vel plura, publicum ſeu publica, inſtrumentum vel inſtrumenta. Acta fuerunt hæc in dicto hoſpitali ſancti Martini ſub anno, indictione, menſe, die, hora, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidem honorabilibus & diſcretis viris, domino Petro Mey presbytero ac perpetuo Vicario in parochiali eccleſia ſancti Iacobi Trajectenſis, & Wilhelmo Egberti layco teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Stephanus de Everdingen &c.

Miſſio in poſſeſſionem Vicariæ prædictæ Theodorici van Heuſden.

In nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejuſdem CIↃ. CCCC. LX. *indictione octava, die vero* XVII. *menſis Novembris, hora primarum vel quaſi, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri, Dn. Pii divina providentia Papæ ſecundi anno tertio, in mei Notarii publici, teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter votatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus diſcretus vir Dn.* Nicolaus de Gronenberch *presbyter Trajectenſis & in eccleſia civili beneficiatus honorabilem virum, dominum* Theodoricum de Heuſden *perpetuum Vicarium Vicariæ ſive Capellaniæ fundatæ & dotatæ in honore ſanctæ & individuæ Trinitatis, beatæ Mariæ virginis, ſancti Iohannis Evangeliſtæ, nec non ſancti Martini epiſcopi ſuper altare & in Capella S. Alexii Trajecti ſituatæ † ſuperpellicio indutum per manum ſuam dextram recipiens * cum ſolemnitatibus fieri ſolitis & conſuetis in Dei nomine introduxit, curam ejuſdem Vicariæ cum omnibus & ſingulis ſuis juribus & pertinentiis ſibi committendo, recepto nihilominus ab eo fidelitatis & obedientiæ & de non alienando bona dictæ Vicariæ, in præjudicium ejuſdem Vicariæ ſoluto juramento in & ad eſſentialem & accidentalem poſſeſſionem vigore cujuſdam mandati proviſionis domini Dn. Davidis de Burgundia epiſcopi Trajectenſis, & ſub ejus ſigillo expediti recipiendo dimiſit. Super quibus omnibus & ſingulis præfatus dominus Theodericus petiit ſibi à me Notario publico infraſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri & conſici inſtrumentum aut inſtrumenta. Acta ſunt hæc Trajecti in dicta Capella in domo fratrum vulgariter die Cellebroeders nuncupatorum ſituata, ſub anno, indictione, die, hora, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidem diſcre-*

† Bel. *gecleet mit enen Choerclede.*

* Belg. *mit den boecbeiden als beboeren ende gewoentlycken ſyn.*

discretis & fide dignis personis Gisberto de Oestrum & Baldrico filio Gerardi & pluribus aliis laicis & incolis Trajectensibus, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

FUNDATIO X.

Ecclesiæ de JUTFAES

ANNI INCERTI.

Ecclesia est vetustissima. Quando extructa & à quo id dictu difficile est. Si locus hic conjecturis à Iutfasiis descendit, quæ nobilis fuit gens, & antiquissima in diœcesi, templo etiam ipso, ni fallor, antiquior. Diu etiam superfuit, nec seculum est, ni fallor, ex quo prorsus extincta est. Meminit aliquoties ecclesiæ S. Salvatoris Necrologium, quod supra est, *Alberni* de *Iutfaes* ad VII. Idus Ianuar. Februar. Martii &c. *Florentii* de *Iutfaes* ad VII. Kal. Iul. Augusti. Septembr. &c. Vallis S. Mariæ *Theodorici* de *Iutfaes* ad II. Kal. ejusd. mens. *Iohannis* de *Iutfaes* ad II. Kal. Iul. *Huberti* de *Iutfaes* fratris *Hermannæ* ad IV. Non. Sept. *Hadewigis* & *Iuttæ* de *Iutfaes* ad IV. Idus Ianuar. *Herberni* & *Elisabeth* ad IV. Kal. Febr. *Gerardi* de *Iutfaes* ad III. Non. Maji. *Mabiliæ* & *Hadewigis* ad V. Kal. Iun. Fœcunda etiam gens, ut & ampla parochia. Ob amplitudinem parochiæ (duæ enim pagi partes superior & inferior) duo ibi Curati. *Curatum* utrum dicas an *parochum* nihil refert. Idem est qui sacerdos, qui plebanus, qui Pastor. Primum unus tantum fuit. Alter ipsi adjunctus anno demum CIↃ. CCCC. VII. Codicilli sunt ejus rei, ex quibus pater aperte id:

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis ad perpetuam rei memoriam Fredericus *Dei gratia Trajectensis episcopus. Pastoralis sollicitudinis officium nobis licet immerito desuper concessum digne tunc exequi arbitramur, cum ecclesiis earumque personis, præsertim oneribus curas animarum tangentibus aggravatis auxilium, unde commodius supportari valeant, & etiam divinus cultus augmentetur, impertimur. Ea propter noscant posteri & præsentes, quod dilectus nobis in Christo* Henricus *van den* Ryn *filius* Zoudonis *laycus, parochianus ecclesiæ parochialis de* Iutfaes, *nostræ diœceseos, zelo devotionis & charitatis accensus, ad honorem*

Dei & in augmentum cultus divini, nec non ad laudem & honorem glorioſiſſimæ Dei genitricis Mariæ & ſanctorum omnium, ob ſpem retributionis æternæ ac ſalutem animarum ſuæ, ac Iohannis *uxoris ſuæ legitimæ, parentum ſuorum fidelium utriuſque ſexus omnium infraſcriptorum, qui pia erogatione ſua bona ad infraſcriptum negotium aſſignaverunt, & in poſterum aſſignabunt in prædicta eccleſia de* Iurſaes *per unum ſolum Curatum hactenus regi conſueta, cujus eccleſiæ collatio ſeu præſentatio ad Decanum & Capitulum eccleſiæ noſtræ S. Salvatoris Trajectenſis communiter dinoſcitur pleno jure pertinere, unum aliud ſecundum beneficium curatum communi conſenſu* Dni Aelberti Coper *veri Curati ejuſdem eccleſiæ parochialis de* Iudıfaes *ad id interveniente, ob gravia curæ animarum ejuſdem eccleſiæ parochialis onera, propter dictæ Parochiæ de* Iudıfaes *longitudinem ſæpe incumbentia evitanda, fundare, dotare, & ordinare, de novo concepit. Cui futuro beneficio idem fundator omnibus melioribus modo, jure, cauſa, & forma, quibus ipſe prqtunc potuit ac debuit, etiam donatione pura & ſimplici, tituloque irrevocabili, ſub anno* CIↃ. CCCC. VII. *menſis Maji die* XVIII. *dedit, donavit, ceſſit, atque in puram eleemoſynam ex aliis cauſis ſuperius expreſſis in dotem, & pro ejuſdem beneficii poſſeſſoris vitæ ſuſtentatione aſſignavit, & aſſignari procuravit bona, res, terras, prædia, cenſus, fructus, reditus, & proventus infraſcriptos, ſcilicet unum medium manſum ſitum in parochia de* Iaersvelt, *inter terras heredum* Weſſelii *filii* Wesfelii *à parte ſuperiori & Dn. de Culenborch à parte inferiori confrontatum, valentem annuatim octo francos antiquos de Francia. Item unam fertellam terræ ſitam in parochia de* Iutfaes *ante domum præfati* Henrici *van den* Ryn, *inter terras ejuſdem* Henrici *à parte ſuperiori, & terras venerabilium virorum Dominorum Decani & Capituli eccleſiæ S. Petri Trajectenſis à parte inferiori confrontatam valentem annuatim quinque ſcuta Franciæ antiqua cum dimidio. Item unum juger ſitum in* Broeclede *in den* Broeck *in loco dicto* die Rodecamp *valens annuatim unum ſcutum Franciæ antiquum, ſalvo quod Conventus Fratrum minorum Trajectenſium habet ex dicto jugere unam libram civitatis Trajectenſis. Item unam aream ſitam in inferiori parte de* Iutfaes *extendentem ſe cum parte ſuperiori ad terras relictæ* Helæ Grauwels, *& cum inferiori parte* aen Iutfaeſcher vliet, *valentem unum ſcutum Franciæ antiquum cum dimidio. Item decem libras antiquorum nigrorum Turonenſium, pro quibus nunc ſolvuntur* x. *libræ Trajectenſis civitatis ex medio manſo ſito in ſuperiori parte de* Iutfaes, *prout ſerioſius patet in literis ſuper hoc confectis. Item unum Francum antiquum ex duobus jugeribus terræ ſitæ in inferiori parte de* Iutfaes *inter*

ter-

terras Egidii Voernken *à ſuperiori parte*, *& uxoris* Iacobi Slangen *in inferiori parte. Item unum medium juger terræ ſitum* in Herdeſoel *inter terras* Iohannis Pot & Gerardi *de* Damaſco *valens annuatim unum florenum novum Gelrenſem. Item liberi* Herberni *van den* Ryn *unam libram civitatis Trajectenſis ex bonis ſuis. Item duas libras civitatis Trajectenſis* Theoderici *de* Iutfaes, *prout in literis deſuper confectis plenius continetur. Item decem & novem nobilia monetæ Angliæ, cum quibus certa bona immobilia, ſive certi reddutus ſeu fructus ad dictam mediam curam ſpectandi per* Henricum *van den* Ryn *præfatum*, Wilhelmum *van den* Ryn *filium* Hermanni, *&* Henricum Theoderici *ſecundum diſpoſitionem Venerabil. virorum dominorum Decani & Capituli eccleſiæ S. Salvatoris Trajectenſis præfatam ementur & comparabuntur, prout dicti* Hermannus *van den* Ryn, Wilhelmus *van den* Ryn, *&* Henricus Theodorici *bona fide eiſdem dominis Decano & Capitulo præfatis promiſerunt, prout hoc in quodam publico inſtrumento deſuper confecto ſerioſius continetur, in modum ſubſequentem, videlicet quod de cætero in antea perpetuis temporibus erunt in dicta eccleſia parochiali de* Iutfaes *duo Curati, & in ejus curam animarum per ipſos regendam, & onera ejuſdem æqualiter ſupportanda canonice inſtituendi, qui ipſi eccleſiæ in divinis laudabiliter deſerviant, & parochianis ejuſdem eccleſiæ tam ſanis quam infirmis eccleſiaſtica ſacramenta decenter miniſtrent. Quorum duorum Curatorum unius collatio ſeu præſentatio ad hujuſmodi mediam curam & regimen ipſius exercendum cum omnibus bonis, rebus, terris, prædiis, cenſibus, fructibus, & redditibus certis, utpote manſo terræ, in & ſuper quem ipſa eccleſia parochialis de* Iutfaes, *& dos ejuſdem eccleſiæ una cum pomerio ſtant & ſunt ædificatæ. Item cum tribus libris civitatis Trajectenſis ex uno manſo ſito in* Vuylcoop *inter terras Domini de* Vianen *à ſuperiori & terras* Iohannis *de* Blochoven *à parte inferiori. Item cum tribus quartariis unius Franci antiqui ex duobus jugeribus terræ ſitis in inferiori parte de* Iutfaes *inter terras* Egidii Voornken *à ſuperiori, & uxoris* Iacobi Slangen *partibus inferiori. Item cum quatuor* hont *terræ ſitæ in parochia de* Iutfaes *in* Spieghels viertel, *quæ domicella* Sophia *de* Iutfaes *legavit, valentia unum florenum Gelrenſem novum aureum. Item cum duabus libris civitatis Trajectenſis ex bonis filiorum* Herberni *van den* Ryn, *quæ bona jam dicta olim ad dictam eccleſiam parochialem ſpectaverunt, & adhuc pleno jure ſpectant,* Aelberto Coper *præſaro nunc Rectore & vero Curato ejuſdem eccleſiæ parochialis de* Iutfaes *& ſuis futuris ſucceſſoribus Curatis mediæ partis ejuſdem eccleſiæ de* Iutfaes *cedentibus vel decedentibus, aut aliam ipſam mediam partem*

prefata eccleſia dimittentibus pro eo, quod collatio ſeu præſentatio hujuſmodi parochialis eccleſiæ ad Decanum & Capitulum eccleſiæ noſtræ S. Salvatoris Trajectenſis ab olim, ut præmittitur, communiter ſpectare conſuevit, eiſdem Decano & Capitulo eodem modo perpetuis temporibus ſalva permanebit & inconcuſſa, alterius vero mediæ partis ejusdem eccleſiæ præſentatio ad prænominatum Henricum *fundatorem ipſius, quoad vixerit,* (*ad quam mediam partem* Dn. Arnoldum *filium* Henrici *presbyterum pro primaria inſtitutione à nobis canonice obtinenda præſentavit & præſentat,*) *& ad ſuum verum legitimum heredem proximiorem maſculini ſexus antiquiorem, cui* Henrico *ſi proximior heres maſculinus non ſucceſſerit, extunc ad ſuum heredem fœminini ſexus proximiorem ſeniorem poſt eum perpetuis temporibus ſpectabit, & pertinebit, & ſic de herede in heredem, maſculino herede tamen ſemper heredi fœminino in eodem gradu conſanguinitatis preferendo, ita quod* Henricus *vel ſui heredes ad eandem mediam curam, quandocumque vacare contigerit, cum ceteris bonis ſuperius nominatis, & per* Henricum *fundatorem aſſignatis, & procuratis, & poſtea aſſignandis, extunc presbyterum idoneum, vel clericum taliter ad hoc diſpoſitum, quod infra primum annum ſuam præſentationem immediate ſequentem aptus ſit ad officium Presbyteratus promoveri, valeant, & debeant, ceſſante contradictione quacunque, Archidiacono loci videlicet & Choriepiſcopo Trajectenſi præſentari. Qui præſentatus, ſi clericus fuerit, eidem mediæ curæ illo primo anno, donec Presbyter fuerit, per alium idoneum Presbyterum in divinis canonice procurabit deſerviri. In quo primo anno ille clericus ſic ut præmittitur præſentatus etiam realiter & cum effectu omnibus dolis & fraude excluſis ad ordinem Presbyteratus procedet, præfatique duo Curati pro tempore procurabunt omni die, dum ibi celebrandum fuerit, unam miſſam ad minus per ſe, alium, vel alios perpetuis temporibus inibi celebrari, & omnes oblationes in quocunque loco dictæ parochiæ, ſive in ipſa eccleſia ſive extra provenientes, nec non univerſos & ſingulos alios proventus, obventiones, & emolumenta ex viſitationibus, confeſſionibus, ſeu teſtamentis, vel alias undecunque eis ratione dictæ eccleſiæ obvenientes vel obvenientia æqualiter inter ſe, amicabiliter, & gratanter condividunt, & partientur. Sed ſi ullo unquam tempore in futurum aliqua terra, prædia, ſeu bona certa & immobilia in augmentum præbendarum presbyteralium præfatarum, ſive pro memoriis animarum fidelium defunctorum, ſive pro anniverſario perpetuo eorundem vel alias quovis modo fuerint ipſi*

curæ

cura legata, deputata, vel assignata, illa omnia & singula erunt dictis Curatis pro tempore communia, & certa, & nunquam per eosdem, nec per quoscunque seu quemcunque alios seu alium à dicta cura alienanda, Salvo semper quod eorum bona certa cuilibet mediæ parti superius specialiter assignata, & deputata, maneant ut præmittitur divisa. Et quia Henricus *fundator sæpedictus finaliter voluit & desideravit, quod hæc præsens fundatio, præsentatio, & erectio mediæ Curæ prædictæ rata & firma permaneant, & perpetuo serventur inconcussa, ac valeant omnibus jure, via, causa, modo, forma, quibus melius & efficacius valere possint, fuit super his omnibus nobis per præfatum* Henricum *continuata petitione humiliter supplicatum, quatenus dictis fundationi, electioni, & donationi consentire, ipsamque ecclesiam de* Iutfaes *curatam, hactenus regi solitam per unum Curatum, de cætero in antea per duos Curatos canonice & licite fore regendam admittere, eandemque secundam partem Curatam prælibatæ ecclesiæ in titulum beneficii Curati erigere, & bona prædicta ad eandem assignata & in posterum pia erogatione ad illam assignanda ecclesiastica & sub ecclesiastica libertate tuenda decernere, dictumque dominum* Arnoldum *ut superius præsentatum in eadem media parte dictæ ecclesiæ Curatæ canonice instituere, nec non præsentationem mediæ partis hujusmodi parochialis ecclesiæ præfato* Henrico *& suis heredibus, ut præfertur, reservare, fundationemque, erectionem, & dotationem, ac omnia & singula in eisdem contenta & expressa auctoritate nostra ordinaria admittere, approbare, ratificare, & confirmare dignaremur. Nos igitur super præmissis prahabita deliberatione diligenti ad honorem & laudem omnipotentis Dei, gloriosissimæ virginis* Mariæ *matris ejus, & beati* Nicholai *Confessoris & Pontificis, patroni ejusdem ecclesiæ de* Iutfaes, *sanctorumque, humili supplicationi dicti fundatoris duximus annuendum, propter quod fundationi, erectioni, & dotationi curæ mediæ partis ecclesiæ parochialis per sæpe dictum* Henricum *fundatæ, erectæ, & dotatæ nostrum adhibemus consensum pariter & assensum, ipsamque curam mediæ partis sæpedictæ ecclesiæ de* Iutfaes *in titulum beneficii Curati erigimus, & bona ad illam assignata & imposterum assignanda de cætero fore & esse ecclesiastica ac sub ecclesiastica libertate tuenda decernimus, ipsique* Henrico *& suis heredibus, ut superius petitur, præsentationem reservamus, donationesque ibidem factas, statutaque & ordinationes in ipsius fundatione eisdem duobus Curatis per eundem* Henricum *de consensu ipsius Dni* Alberti Coper *prædicti Curati appositas cum omnibus & singulis clausulis, prout pie, rite, & juste*

& juſte facta ſunt ſeu facienda admittimus, approbamus, ratificamus, & in Dei nomine confirmamus, & nihilominus diſcretum virum Dn. Arnoldum Henrici *presbyterum nobis ad eandem mediam partem eccleſiæ curatæ præſentatum primaria vice inſtituimus in eadem, illamque ſibi cum omnibus juribus & pertinentiis conferimus, & de ipſa providemus, inveſtientes eundem traditione præſentium de eiſdem, curam animarum & cuſtodiam reliquiarum dictæ mediæ partis eccleſiæ parochialis de* Iutfaes *indiviſim ſibi in Dei nomine committendo, recepto tamen ab eodem fidelitatis, & obedientiæ, & indempnitatis debito juramento. Quocirca mandamus univerſis & ſingulis eccleſiaſticis perſonis nobis ſubditis, qui ad hoc fuerint requiſiti, ſeu alter eorum requiſitus fuerit, quatenus dictum* Dn. Arnoldum *vel Procuratorem ſuum ejus nomine in poſſeſſionem corporalem illius mediæ partis eccleſiæ Curatæ de* Iutfaes *vel quaſi recipiant & admittant, & inducant cum ſolemnitatibus debitis & conſuetis, Præcipientes ſub pœna obedientiæ univerſis & ſingulis dictæ eccleſiæ parochianis, quibus etiam ſub eadem pœna tenore præſentium diſtricte præcipiendo mandamus, ut eidem* Dn. Arnoldo *tanquam eorum vero Rectori & Curato dictæ mediæ partis obediant in omnibus & reverenter intendant, jure tamen noſtro & Archidiaconi loci, ut puta Choriepiſcopi prælibati eccleſiæ noſtræ Trajectenſis, & Decani & Capituli prefatæ eccleſiæ noſtræ S. Salvatoris Trajectenſis tam in juriſdictionibus in dicta eccleſia parochiali de* Iutfaes, *& Curatis & Parochianis ejuſdem eccleſiæ, quam in decimis, prædiis, cenſibus, & bonis aliis quibuſcunque ad nos vel ad ipſos communiter vel diviſim ad præſens ſpectantibus, & impoſterum ſpectaturis, & cujuslibet alterius ſemper ſalvo in omnibus & per omnia remanente. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo Decani & Capituli dictæ eccleſiæ noſtræ S. Salvatoris Trajectenſis præſentibus literis duximus apponendum, noſque Decanus & Capitulum ejuſdem eccleſiæ S. Salvatoris recognoſcimus omnia & ſingula ſuperius conſcripta, de noſtro conſenſu & voluntate facta fuiſſe, & eſſe, ac proceſſiſſe ex cauſis præmiſſis. Idcirco ſigillum majus noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini* CIↃ. CCCC. *ſeptimo, ſabbato poſt feſtum Aſcenſionis beatæ Mariæ virginis glorioſæ.*

mediæ partis eccleſiæ Curatæ de Iutfaes. Curata utrum dicatur an parochialis non refert.

& bona ad illam aſſignata &c. de cætero fore & eſſe eccleſiaſtica ac ſub eccleſiaſtica libertate tuenda decernimus. Magni hoc decretum

& in-

& insignis momenti. Quæcunque enim ecclesiastica tributis sunt exempta. *Amortisata*, ut dicuntur tum. Libera ab omni onere, censu, & exactione. Cujusmodi jam olim dos ecclesiæ de *Iutsaes*, ut decidit causa cognita, & dictis partium intellectis, Otto episcopus Trajectensis. Charta est Ann. 1215.

Otto Dei gratia Trajectensis episcopus universis præsentes literas visuris Salutem in Domino. Noscat universitas vestra, quod pendente lite coram nobis inter Alberonem personam ecclesiæ de Iudiphas *ex una parte & quosdam parochianos ex altera super libertate dotis ecclesiæ de* Iudiphaes, *& utrum coloni manentes in dote nobis precariam solvere teneantur, tandem in figura judicii super hoc testes coram nobis vocati & auditi, videlicet* Henricus *de* Reno & Wilhelmus *dictus* Vorneken *milites*, Wilhelmus, Nicolaus *filius* Berthæ, Gerardus Oudegheyn, Giselbertus *de* Molendino, *nobis exposuerunt in præsentia Prælatorum & aliorum plurimorum dotem sive mansum, in quo extructa est ecclesia de* Iudisaes *ab aggere, qui dicitur* Hoffdycke, *& censu,* weteringhe, *& ab omni onere à tempore fundationis ecclesiæ prædictæ liberum fuisse, & colonos in dote sive in prædicto manso manentes vel mansuros nobis ad precariam sive exactiones non teneri. Unde ex prædictorum testium testimonio dotem ecclesiæ prædictæ, sive mansum, in quo exstructa est ecclesia prædicta de Iudiphaes, ab aggere, qui dicitur* Hoffdycke, *censu,* weteringhe, *& ab omni onere, excepto opere communi, quod dicitur* gruppele, *liberum judicamus, & colonos in prædicto manso manentes & mansuros in antea à nostra precaria & ab omnibus exactionibus liberos dimittimus & in perpetuum liberes esse volumus nostrarum præsentium testimonio literarum. Actum anno Domini* CIↃ. CC. XLV. *in die S. Luciæ virginis.*

Exeepto, inquit, *opere communi &c.* fossorio scilicet, ad purgandos aquæductus, cloacas &c. *Gruppe* aut *gruppele* hic cloaca, fovea. Vid. Kilian.

Obiter tantum addam, quia mentio hic *Personæ*, Persona est Rector ecclesiæ, Prælatus, aut vir illustris, ad quem spectat ex oblationibus emolumentum pro parte, *cap.* 3. *ext. de eccles. ædif. cap. ult. ut lit. pend.* Cura ei sacrorum, ut fiant rite, & ut oportet. Cura rerum, prædiorum, & facultatum ecclesiæ. Fr. de Roye *proleg. ad tit. de jur. patr. cap.* 37. Vid. *ad Alciat. & Varior. epistol. p.* 496.

Etiam hoc addam, nam occasio est, ut puto, quod in usum navigantium, cum è Lecca per Iutfasiam duxisset fossam urbs Ultrajectum, eamque & purgandam & fodiendam curaret altius Ann. 1472. in usum

etiam aurigarum, & plauſtro onera deferentium, in ſuperiori Iutfaſia foſſæ pontem impoſuit, ſed ea lege, ut coloni, ut Prætor & univerſitas ſartum tectum conſervarent, & reficerent, ubi opus. Charta eſt Anni jam dicti:

Allen den genen die deſen onſen brief ſellen ſien oft horen leſen doen wy verſtaen Splinter Otterſpoer *Scout*, Aernt Willemsſen, Henric *van* Gheer, Ewout Direcſen, Ian Godertsſen, *ende voert die gemeyn bueren ende gebrukers der landen ende erven gelegen in den gerechte* Adriaens *van* Ryn *in over Iutfaes. Alſo die Stadt van Utrecht op deſe tyt den Rhyn doet graven ende diepen, ende oick om den gemeynen oerbaer ende nootſaken van den Lande by goetduncken ende conſent van mynen Genadighen Heere van Utrecht, der eccleſien, ende der voorſz Stadt van Utrecht tot Iutfaes een brugghe, dairmen mit wagenen geladen ende ongeladen ende mit peerden over varen, ende ryden ſal mogen, geleyt ende volmaict ſel worden na der ordinantie ons daer van overgelevert, daer mede wy ende onſe nacomelingen onderlinge beholpen ende gevordert ſellen weſen, als dat openbair ende kenlyck is, ſoo iſt dat wy voort gemeyn bueren ende gebrukers der Landen ende erven voirſz voir ons ende onſen nacomelingen geloift hebben, ende geloven mit deſen onſen brieve mynen Genadigen Heere van Utrecht, der eccleſien, ende der Stadt van Utrecht voergenoemt, dat wy ende onſe nacomelingen die voorſz brugh in allen manieren als ſy ons opgelevert ſal werden in goede reke ende weſen ſtaende houden ſellen, ten ewigen dagen op ons ſelfs coſt, anxt, ende arbeyt, ſonder enich gebreck daer inne te laten vallen. Ende waert ſake dat wy of onſe nacomelingen tot eniger tyt gebrekich gevonden worden, ende die brugge niet ſtaende en holden, als voorſz ſtaet, dat Godt verhoeden moet, ende wy of onſe nacomelingen voerſz van der Stadt wegen van Utrecht voerſz verſocht ofte vermaent worden die gebreken te maken, als dan hebben wy geconſenteert ende belieft, conſenteren, ende believen mit deſen onſen brieve voir ons ende voir onſen nacomelingen voirſz, dat die Stadt van Utrecht voergenoemt, ſulcke gebreken alsdan aen der brugge gevonden ſellen worden, terſtont ſel mogen doen maken op onſen ende onſer nacomelingen coſt ende ſcade, ende ons ende onſe nacomelingen den coſt ende ſcade dan of doen manen ende halen in allen ſchyn, alsmen ons Genadichs Heeren van Utrechtzys te manen ende in te nemen pleecht ſonder ymant des te verdragen. Ende bidden hier om voir ons ende voir onſen nacomelingen, oetmoedelyck onſen lieven Genadigen Heere den Biſcop van Utrecht in der tyt we-*

and the days of darkness; for all that cometh is vanity.
9 Rejoice, O young man, in thy youth; and let thy heart cheer thee in the days of thy youth, and walk in the ways of thine heart, and in the sight of thine eyes: but know thou, that for all these things God will bring thee into judgment.
10 Therefore remove sorrow from thy heart, and put away evil from thy flesh: for childhood and youth are vanity.

CHAPTER XII.

1 *Exhortation to remember God in the days of youth, before old age come.* 9 *The profit of the preacher's wisdom.* 11 *The efficacy of his doctrine.* 13 *The end of all things.*

REMEMBER now thy Creator in the days of thy youth, while the evil days come not, nor the years draw nigh, when thou shalt say, I have no pleasure in them;
2 While the sun, or the light, or the moon, or the stars, be not darkened, nor the clouds return after the rain:
3 In the day when the keepers of the house shall tremble, and the strong men shall bow themselves, and the grinders cease because they are few, and those that look out of the windows be darkened,
4 And the doors shall be shut in the streets, when the sound of the grinding is low, and he shall rise up at the voice of the bird, and all the daughters of musick shall be brought low;
5 Also when they shall be afraid of that which is high, and fears shall be in the way, and the almond tree shall flourish, and the grasshopper shall be a burden, and desire shall fail: because man goeth to his long home, and the mourners go about the streets:
6 Or ever the silver cord be loosed, or the golden bowl be broken, or the pitcher be broken at the fountain, or the wheel broken at the cistern.
7 Then shall the dust return to the earth as it was: and the spirit shall return unto God who gave it.
8 Vanity of vanities, saith the preacher; all is vanity.
9 And moreover because the preacher was wise, he still taught the people knowledge; yea, he gave good heed, and sought out, and set in order many proverbs.
10 The preacher sought to find out acceptable words: and that which was written was upright, even words of truth.
11 The words of the wise are as goads, and as nails fastened by the masters of assemblies, which are given from one shepherd.
12 And further, by these, my son, be admonished: of making many books there is no end; and much study is a weariness of the flesh.
13 Let us hear the conclusion of the whole matter: Fear God, and keep his commandments: for this is the whole duty of man.
14 For God shall bring every work into judgment, with every secret thing, whether it be good, or whether it be evil.

Lemego, Nicolaus de Erpel *Ann.* 1395. *ad inſtantiam devotorum virorum, bonæ voluntatis, & in conjugio Chriſtianæ religionis detentem vitam viventium, videlicet* Rutgeri *de* Doem, Iohannis Hagis, Gerardi Wilde, Stephani Louwe, *& aliorum ſpiritu timoris Dei & fervoris ex prædicatione* † M. Gerardi Groot, *Dni* Henrici *de* Gouda, *& Dni* Iohannis *de* Grande *concipientium congregationem devotorum presbyterorum & clericorum, & quemadmodum jam Daventriæ erat, erigere cupientium. Poſtmodum ad tertiam Regulam* S. Franciſci *tranſierunt, & plures fratres recepti, & tranſiverunt ad campum* S. Andreæ *cum* D. Wilhelmo Henrici *primo miniſtro presbytero. Fuerat is* D. Wilhelmus *Dni* * Florentii *diſciplinis inſtitutus, & erat Confeſſor ſororum cum* D. Henrico *de* Gouda. *Quem dominum* Wilhelmum *per promotionem Dni* Wermboldi *idem Dns* Florentius *præfecit Rectorem novæ domus in* Amersfordia, *quia de* Amersfordia *ex honeſtis parentibus natus, ubi & prius Rector fuerat ſcholarium, homo magnæ literaturæ & jurisperitus, & nihilominus humillimæ converſationis, Vicarius item eccleſiæ Amersfordienſis. Hic piæ memoriæ Dns* Wilhelmus Henrici, *venerabilis & devotus pater, ac generalis miniſter totius Capituli de tertio ordine laudabiliter & ſalubriter præfuit* XV. *annos, ac tandem Deo vocante tactus infirmitate viam univerſæ carnis ingreſſus eſt Ann.* M. CCCC. XIV. *ſexto nonas Maji, hoc eſt, in craſtino* Philippi & Iacobi. *Ad cujus exequias convenit de* Amersfordia *multitudo populi ſexus utriuſque, qui omnes ad oblationem ſunt admiſſi; nam venerabatur & amabatur communiter ab omnibus, quia erat homo magnæ literaturæ, maturi conſilii, & profundæ ſapientiæ, à fratribus quoque paterno diligebatur affectu, quia licet moribus extitit maturus & gravis, fuit tamen natura pius, compatiens, & multum largus.*

Anno Prælationis ſecundo Dni Goſuini Zanten *Conſules & cives oppidi Amersfordienſis inſtabant apud fratres, ut vellent ſe ad alium locum transferre propter timorem hoſtium, quorum inſidias in monaſterio timebant. Contigit hoc rerum ſtatu Magiſtrum* Henricum Camerman *Daventrienſem ad eos ſoluto ſuo more venire, & annuatim oppidum Amersfordienſe, unde oriundus erat, inviſere, audito deſiderio nos transferendi, obtulit paternam ſuam hereditatem in* Birkel, *locum videlicet & prædium, in quo monaſterium cum Curia* B. Mariæ *A.* 1419. *fundari cœptum, & aliare* S. Andreæ, *quod ſolum habuerunt conſecratum in monaſterio* campi S. Andreæ, *tranſlatum eſt de priori loco ad* Birkelenſe *monaſterium per induſtrium artificem in vehiculo ſanum & illæſum. Exinde monachi ibi vixerunt ſub regula. S. Patris Auguſtini.*

Ann.

† Auctor hic inſtituti Canonicorum Regularium in Windeſem prope Zwollam. Vulgo Gerardus Magnus. De quo Buſchius plura *lib.* 1. *Chron. Windeſem. cap.* 1. *& ſeqq.* Obiit Ann. 1384. *ibid. cap.* 5.

* Florentius hic Radewini Gerardi Magni diſcipulus & Rector collegii Canonicorum Regularium, quod erat Daventriæ. Idem Chronic. *d. lib. cap.* 6. Fundator & promotor monaſterii in Windeſem *ibid.* Obiit Daventriæ Ann. 1400. ætatis ſuæ 1.

Digitized by Google

Ann. 1430. Stephani *prothomartyris obiit in Embrica Venerabilis Mag.* Henricus Camerman *ſubdiaconus Canonicus Daventrienſis.*

Ann. 1433. *in Decembr. obiit apud moniales in Ieruſalem Ven.* P. Goſuinus *primus Prior Birkelenſis, hinc autem Rector* †*ſororum earundem circa* XI. *annos extitit, ubi & ſepultus quieſcit.*

† Uterque ſexus admiſſus ab hanc ſectam profeſſis. Chron. Windeſem. *lib.* I. *cap.* 38.

Ann. 1439. Matthiæ *Apoſtoli ante ſummam miſſam pulſata campana proceſſimus obviam proceſſionaliter uſque ad portam cum cantu & crucibus, & ſolemniori reverentia, qua potuimus, pretioſiſſimis reliquiis, quas frater* Gerardus Moerſe *ſecum detulit de Colonia datis ſibi ob reverentiam & interventum Dni Zantenſis ex ſacrario eccleſiæ Colonienſis.*

Sextus Prior *Birkelenſis vir bonus* Iacobus Simonis *de collegio domus S. Iohannis Evangeliſta prope Amſterdam Ann.* 1441. *electus. Ante converſionem plus quam oportuit mundo deditus erat. Vicarius fuit eccleſiæ* S. Mariæ *Trajectenſis. Cumque multos tali in ſtatu cerneret per abrupta vitiorum incedere correptus Dei timore mundum deſerens monaſterium petiit, in quo ſuſcepto habitu religionis plenarie, vere, & perfecte converſioni atque mortificationi ſtuduit & intendit. Suſcepto autem cœnobii hujus regimine, quemadmodum alios præcellebat officio dignitatis, ita etiam præcedebat exemplo religionis, omnia juſta & ſancta factis magis quam verbis oſtendere ſtudens.*

Ann. 1483. *in feſto S. Martini epiſcopi obiit frater noſter* Rodolphus Gerardi *de* Weſop, *multo tempore Supprior & procurator domus noſtræ, qui poſt ex Suppriore domus noſtræ electus fuit in Priorem domus S. Hieronymi prope* Leyden, *ubi cum multo tempore ſtrenue eandem domum gubernaſſet, & in ſpiritualibus & temporalibus immodice promoviſſet, deficiens mortuus eſt, ac ibidem in ſanctuario chori honorifice tumulatus. Ejus mores & vitam alibi ſi quæſieris invenies.*

Ann. 1484. *frater* Iacobus Spenge *de Trajecto oriundus, Procurator domus* S. Agnetis *prope* Zwoll *hic in Priorem electus officium ſuum poſt annum reſignavit, ſcilicet quia tempus eum non juvit. Poſt reſignationem electus fuit* Wilhelmus Trinde, *qui fuit pro tunc Procurator domus* Vallis pacis. *Iſte vero pater aſpectu, moribus, & virtutibus multum gratioſus & reverendus gratiam Dei in ſe habitantem ſignis evidentibus prodebat intuentibus.*

Ann. 1495. *nono die* Aprilis *obiit frater* Ægidius Wilhelmi, *de* Duyvelant *Zelandiæ oriundus, Presbyter, Profeſſus, & in ſacerdotio & in ordine ſubtilearius.*

Ann. 1503. XIV. Martii *obiit frater* Gerardus Ploes *de Trajecto oriundus presbyter profeſſus. Iſte frater fuit fortis & magnus corpore, & multum laborioſus. Plures enim labores exteriores, cum tamen multum internus eſſet, in diebus ſuis exegit, nitens plane laborioſe Marthæ recompenſare officio, quod in ſuavi Mariæ non inveniebat contemplatione & requie delitioſa.*

Eodem anno pleuriſi tactus frater Matthias Weerdt *moritur Supprior. Mortificatus plurimum inſenſualitate fuit. Sui proinde incurius & negligens, mundus tamen, non quærens veſtium nitorem, ſed honeſtatem, munditiam amans, non veſtium abjectionem aut ſqualorem. Iuxta etiam etymologiam ſui nominis non ſuperbus & altus, ſed parvus Domini fuit. Novit enim in officiis & aliis viriliter præeſſe, & abſolutus humiliter ſuperioribus obedire & ſubeſſe.*

† Theſauri, ornamentorum, ſacrarum veſtium, vaſorumque & id genus ſimilium, quæ eccleſiæ ſunt, cuſtos.

Ann. 1511. *frater* Hubertus Iacobi Vencoppel *de Trajecto oriundus presbyter profeſſus obiit. Poſtquam multis annis* † *ſacriſta domus fuiſſet, apoplexia vel morbo, ut quidam putant, caduco* S. Cornelii *percuſſus in cella & infirmaria cuſtoditus fuit. Hic in diebus ſuis vigil & activus fuit circa officium ſuum, & præcipue ei cura de eccleſia ornanda. Quapropter multos ſæpe labores etiam ultra vires aſſumpſit, & miſſas Divi* Henrici *Imperatoris pluries legens, proventum exinde circa imagines & eccleſiæ cultum convertit, & eandem politam reliquit.*

* Qui annos 50. vel ſacerdos vel monachus, *Iubilarius* vulgo dictus. Chronic. Windeſem. *lib. 2. cap. 6. Poſt annum quinquageſimum in ordine jam peractum jubileum ſuum celebravit.* Et hic ordinis oneribus exemptus, ut jam dixi ad *Annal. Egmondan. cap. 93.*

Ann. 1563. *in profeſto S. Marci obiit frater* Romboldus *de Trajecto oriundus, presbyter profeſſus tam in ſacerdotio quam in ordine* * *Iubilearius. Poſt prandium hora 3. tranſivit ad Dominum, quem ſenex toto corde amavit, ſtudioſe quæſivit, ſcrupuloſe ſervivit, innocenter adhæſit, amanter dilexit, viſceroſe timuit, & uniee ac perſeveranter coluit, etiam gaudens invenit.*

Ann. 1519. VIII. *Idus Maji revolutus eſt centeſimus annus, quo primum fundamentum monaſterii Curiæ B. Mariæ in* Birkel *poſitum fuit. Cujus quidem revolutionis anniverſaria dies anni centeſimi à fundatione domus celebrata eſt in domo noſtra valde ſolenniter cum proceſſione, ſicut in die Paſchæ, officium celebrante Priore domus noſtræ, celebrata miſſa de S. Spiritu pro gratiarum actione tantæ dignationis & gratiæ, talium que munerum, quod in ſancta diſciplina domus noſtra tot annorum curriculis devota religioſaque perſtitiſſet, petendo proinde à Dominicæ clementiæ largitate, cujus pietate conditi ſumus & providentiæ gubernamur, ut majori incremento virtutum & gratiarum pacis & ſolatii diurna pariter & æternæ conſerveiur & augeatur.*

Ann.

Ann. CIↃ. IↃ. *vigeſimo quarto invaluit ubique nimis ſecta* Luthetherana, *& maxima perſecutio agente & mandante Imp. Carolo percrebuit, ita ut monaſterium Auguſtinenſium in civitate Antverpiana fuerit penitus deſolatum omnibus fratribus cum ſuo Priore captis, & in caſtro* Villæ fortis *ductis & pariter vinctis, Priore in* Flandriam *abducto, & ad revocationem adacto, qui poſtea dum liber eſſet, recidivans iterum captus & inde ſe excutiens aufugit. Fratres autem ſui longo tempore in* Villa forti *detenti omnes abjurarunt ſectam, tribus in propoſito perſeveranoibus. Qui Bruxellam deducti igni adjudicati & degradati. Duo ex tribus* Iohannes & Henricus *nomine ibidem combuſti ſunt, tertio Lamberto quodam iterum recluſo & ad tempus reſervato.*

Fere aliquot menſibus exactis ex iiſdem fratribus Antverpianis quidam Henricus *Zutphanienſis ex prædicto caſtro relaxatus fugit* Wirtenbergam. *Ibidem à* Luthero *animatus pergit* Bremam, *quam prædicatione invertit totam ad mentem* Lutheri, *ita ut omnes Bremenſes efficerentur Lutherani, & fieret civitas aſylum omnium profugorum, tam monachorum quam monialium, relictis cappis & veſtibus ſacris, & matrimonia pariter contra eorum vota contraherent, ex pene omnibus ordinibus eodem confluentibus & in libertate viventibus. Præfatus autem* Henricus *invitatus venire in Ditmarſiam ad prædicandum ibidem verbum Dei, ut* Bremæ *fecerat, comprehenſus eſt à quodam vaſallo, cui detectus fuerat, quem coëgit revocare, quod prædicaverat. Ipſo autem renuente ad palum ligatus combuſtus eſt.*

Ann. 1525. *iterum repullulant undique Lutherani, & hydræ more uno capite acciſo ſeptem ſuboleſcere viſa, Ex his Auguſtinianus quidam, dum viam illam Antverpiæ & aliis multis in locis fortiter prædicaret, & defenderet, in eccleſiis prædicare vetitus eſt. Una dierum condixit populo & civibus Antverpianis locum ſpatioſum ante monaſterium monialium noſtri Capituli,* Facons *nomine, Antverpiæ ſub divo, ubi ultra duo millia hominum confluxiſſe referuntur. Quibus dum prædicaſſet advenit Marckgravius Antverpianus, & captivum poſt prædicationem abducens culeo i. e. ſacco illum includens in* Scaldim, *quæ civitatem præterfluit, ſubmerſit. Exinde ibidem magna facta fuit perſecutio Lutheranis & intenta, pluribus fuga elapſis & pecunia multatis.*

Nednm autem in Antverpia, *ſed pene in omnibus regionibus nobis vicinis Brabantia, Flandria, Gelria, maxime Hollandia, crudeſcit perſecutio. Nam illuſtriſſima Dna Sabaudiæ Duciſſa* Margareta, *amita Ca-*

Caroli Imp. cum Dominis ſuis & Conſilio ſuperiori in Haga Comitis in Hollandia diſtrictam fecit inquiſitionem fieri ſuper Lutheranis, præcipiens Scultetis & Burgimagiſtris omnium civitatum totius Hollandiæ præſentari ſibi in Haga cunctos Lutheranos, quorum habebat nomina deſcripta, tam ſacerdotes, quam religioſos, viros item ſeculares pariter & fœminas ſub interminatione vitæ & officiorum ſuorum in caſu quo nollent, & privilegia civitatum tutari conarentur (ſcilicet ne quiſquam civium extra ſuam civitatem deberet pertrahi in jus, non obſtante quod vellent ipſi de iiſdem judicare) contra dicente Dna ſibi in mandatis à Cæſarea Majeſtate datum, ut nulla libertas aut privilegium quibuſcunque civitatibus ſuffragaretur in & ſuper titulo hæreſeos & factionis Lutheranæ. Qua ex cauſa mecum Venerabili Priore ſeu Suppriore advocato in viſitatione aliquot monaſteriorum Hollandiæ, tum exiſtens pro tempore cum eodem in Delft *civitate, vidi Rectorem ſcholaſticorum capi per Scultetum civitatis concurrentibus omnibus ſcholaſticis poſt eum. Similiter & Vice-curatum eccleſiæ* S. Hippolyti *Delfenſis. Hi pariter eodem die deducti fuere captivi in Hagam ſiſtendi Conſulatui majoris Curiæ, & inprimis dominæ Sabaudiæ. Capti & abducti præterea & alii ex eadem civitate, item aliqui ex Leydis, Harlemo, Amſterdamo, & aliis oppidis vicinis captivi abducti in Hagam, ibidem examinandi & plectendi.*

Hi omnes undique collecti, mares & fœminæ, ſpirituales & ſeculares per diverſas cuſtodias deputati, ſinguli citati, examinati ſeorſim. Aliqui reſilierunt abjurata ſecta. Qui omnes in proſcenium omnibus in ludibrium expoſiti, publice in altum evecti revocationis ſuæ cum confuſionis nota ſuſtulerunt opprobrium, abjurantes & conteſtantes pariter, ſi in ſimilem hæreſeos notam inciderent, pœnam velle experiri canonicam & cenſuram ſupplicii extremam. Aliqui autem conſtantiores aut ſi mavultis pervicaciores ſunt relegati in exilium ad fortalitia quædam in Muden, *in* Ripelmondam, *in* Villam fortem, *& alia loca munita, ut tam diu retinerentur ibidem captivi, pane tribulationis & aqua angustiæ ſuſtentandi, ut aut reſipiſcerent, aut miſeria tabeſcentes interirent.*

Sed ut ſummam eis manum terroris imponerent, inſignem magis ex Lutheranorum numero ſacerdotem quendam ſecularem ex oppidulo Woerden *natum, Dnm* Iohannem Backer, *illic profeſſione hujus tituli vinctum & longo tempore detentem abduxerunt ex* Woerden, *ubi ſacerdotium abdicaverat, & uxorem publice in matrimonium duxerat, quique aliquando ibidem prædicaverat, & jam ſibi quæſtum*

panes

panes pinſendo parabat, unde & Piſtor, die Backer, *dictus fuit. Is homo cum ſæpius per Caſtellanum de* Woerden *& alios affines & amicos compellatus eſſet, ut uxorem abdicaret, & ſacerdotii ſui ordinem attenderet & reſipiſceret, reſpondit ſe Deum timere, continentem eſſe non poſſe, ac in ſacerdotio, in fornicatione, in inceſtu, aut ſacrilegio extra ſtatum matrimonialem nolle pollui, licitum ſibi fore ex Paulo conteſtans ſacerdotem unius uxoris virum eſſe debere.* Quod ſi Papiſtæ, *inquit*, aut Antichriſtus, hoc in me ferre noluerint, ut in ſacerdotio matrimonialiter & legitime vivam, converſione S. Pauli mihi donata, habeat Antichriſtus, *ait*, ſuum ſacerdotium, & dimittat mihi purum Chriſti matrimonium, & ſuis tribuat impurum cœlibatum. *His & aliis ex cauſis cum conſulentibus non acquieſceret, & dogma Lutheranum inceſſanter prædicaret, & teneret, mandato & citato eodem in Curiam venire ſuper his rationem reddituro, venit, captus, & incluſus fuit. Qui dum diu ibidem teneretur, nec reſilire vellet, à Dna* Margareta *dominus & Magiſter* Iacobus *ſuffraganeus epiſcopi Trajectenſis, Epiſcopus Ebronenſis, in Hagam à Trajecto accerſitus, poſtquam per ſententiam definitivam fuiſſet condemnatus, à Dno Ebronenſi eſt degradatus in præſentia aliquorum Abbatum, ſcilicet de Conventu S. Pauli in Trajecto, de Laurentii in Ooſtbroeck, & S. Adelberti in Egmont. Poſt degradationem autem traditus fuit Curiæ ſeculari & facto ſolenni ſermone publice, toto Concilio & omni aſtante populo, à quodam fratre Minorita incenditur congeries ignis. Inquiritur rurſus ſi velit mutare ſententiam, & invenire eorum gratiam, reſpondit eorum gratiam non requirere, domini Creatoris gratiam petere ſe velle, & pro ejus veritate & ſacræ ſcripturæ mortem præſentem deſiderare, incinerationem ſui tantum unius horæ ſpatio facile contemnere, ut ad præſentiam Domini, ſicut optabat, poſſet pervenire. Induitur ergo flava tunica, & exuitur ſacerdotalibus veſtibus, quibus ablatis dixit:* Iam omnem meum decorem & ſpeciem perdidi, *floccipendens earum ablationem. Tandem ad palum ligatus oravit pro occiſoribus*, Domine, *ait*, ne ſtatuas illis hoc peccatum, *& iterum*, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, *& incenſis ſtipulis, nappis, & malleolis, dum ignis in pyram elevaretur cantare cœpit*, Te Deum laudamus, *& inclamare Ieſum, quouſque potuit, nec prius deſtitit, niſi ſuffocato ſe ab igne & fumo cum voce pariter & vitam ei ademerunt. Contigerunt hæc poſt nativitatem S. Mariæ Ann.* 1525.

Ann. 1528. *pridie menſis Maji hora noctis decima Geldrenſes ex*

Trajecto miſſis aliquot ſatellitibus cum complicibus Trajectinis emiſſi, eadem civitate pro arbitrio potiti, neſcientibus civibus Conventum Vallis pacis celebrem incenderunt, & exin miſerunt ſaccularias, qui omnes muros ſuffoderent & omnia complanarent, omnibus etiam arboribus ferme acciſis & truncatis. Timore, quo metuebant, ne urbs ab epiſcopi auxiliaribus obſideretur & invaderetur, illud evenit.

* Abſtemium vocat Hortenſ. *lib. 6. biſt.*

Ann. 1528. 21. *Octobr. Dns de* * Affenſtein *Conſiliarius Reverendiſſ. de voluntate ejuſdem abſolvit Trajectinos à juramento fidelitatis ſibi præſtito, eodemque die in* Node *fecerunt homagium Comiti Hoogſtratano. Deinde* 3. *Novembr. die idem Comes* Amersfordiam *venit, & tradente reſignationem fidelitatis eodem Dno de* Affenſteyn *ex parte Electi, prædictus Comes etiam ab* Amersfordia *fidelitatem & homagium accepit, projecto auro & argento quaſi ſigno tanta mutationis ex ædibus Conſulum quinque vicibus. Inde in* Rhenen *oppido ſimile actum eſt.*

Ann. 1529. XI. *Maji in profeſto Pancratii Vicetenens dominus* Dermont *venit Amersfordiam cum Venerabili Priore & ſeptem fratribus* Vallis pacis *à Trajecto, & induxit ſolennier cum proceſſione eoſdem in conventum S. Ioannis in Amersfordia, ut habitarent ibidem, fratribus domus pene omnibus ex partibus hinc inde ſe abripientibus, paucis cum Regularibus remanentibus.*

Ann. 1522. *de mandato Reverendiſſ. Dni epiſcopi Trajectenſ. intimatum fuit univerſis Curatis & eccleſiaſticis, & ſecularibus perſonis totius patriæ inferioris Trajectenſis, quod octava Agnetis quæ occurrebat feria tertia poſt converſionem Pauli ceſſaretur ab omni opere mechanico in civitate Trajectenſ. & patria antedicta. Quodque ſervaretur proceſſio generalis cum omnibus reliquiis & venerabili ſacramento. Similiter in ſingulis oppidis facerent, & feſtinarent, miſſam cantarent de S. Trinitate cum proceſſione devota concludendo eandem proceſſionem in cantico* Te Deum laudamus, *& poſt miſſam cum Cantico* Summæ Trinitati, *cum reſponſorio annexo* Gaude Maria, *& proſa & collectis de Sancta Trinitate, B. Virgine, & pro Pontifice, ad agendas gratias Deo de aſſumptione Reverendiſſimi* Adriani de Trajecto *in ſummum Pontificem Romanum, & gubernatorem orbis, ut Deus iram ſuam à nobis averteret, & pacem & tranquillitatem in univerſa Republ. Chriſtiana concederet. Factum eſt ita Trajecti & alibi, etiam in monaſterio Curiæ B. Mariæ in* Birkel *poſito eodem die & tempore.*

Ann.

Ann. 1532. *poſt purificationem Mariæ fuerunt in Haga Comitis novem Anabaptiſtæ decapitati, quorum capita, quia ab Amſterdammis capti ibidem deducti fuerunt, relata in palos ibidem defixa fuerunt, multis exinde ab Amſterdammis fuga dilapſis.*

Ann. 1521. Ioannes *de* Tiele *Philippi epiſcopi Trajectenſis in ſpiritualibus Vicarius dedit ſpiculatori, qui combuſſit libros Lutheri feria ſecunda poſt Aſſumptionis Mariæ, & non voluit minus habere, unum ſcutum Franciæ. Item dedit adhuc duobus famulis civitatis Trajectenſis, qui direxerunt populum, ut ſpiculator melius potuerit exercere officium ſuum, cuilibet unam libram. Facit* VIII. *ſt. Item dedit adhuc pro una tæda, unde tortor incendit ignem, in quo libri Lutheri comburebantur,* I. *ſcutum* XII. *ſtuf.*

Ann. 1546. *Neoburgi in Palatinatu* Ioannes Diaſius *vir litteratus, Hiſpanus, Lutheranus, monitus à fratre Alphonſo, qui Romæ in judicio Rotæ aſſeſſor fuerat, ut hæreſim Lutheranam deſerat, non paret. Ex Auguſta cum Italico miniſtro ad urbem redit Alphonſus, & literas, propter quas ſe veniſſe ſimulat, offert. Quas dum legit Ioannes hæreticus, à miniſtro fratris occiſus eſt. Vid. Sleydan.* lib. 17.

Et hæc quidem hactenus. Quando vixerit, qui notavit hæc, ex iis patet, quæ ad annum habet 1525. Nec habeo quod addam, niſi operæ forſan pretium, ut & illud notetur. Notum quod quamvis clerus non prematur tributis, extra ordinem tamen poſſit cogi, ſi neceſſitas id expoſcat, ut pari jure cum ceteris in ſe onus recipiat. Quid ſi grande æs alienum? quid ſi clero non inviro contractum id ſatis conſtet? an non æquum ut & clerus pro parte id diſſolvat? Certe ejusmodi, quo diœceſis tranſlata in Cæſarem laborabat. Conflatum erat civili bello inter tres Status, quibus Gelrus auxilio, & epiſcopum, cui Cæſar, tantum & tam ingens, ut diſſolvi non poſſet, niſi pro viribus conferret quiſque, etiam clerus. Nemo tum auditus contendens ſe immunem. Contra quidem nixum cœnobium hoc, de quo dictum, ut & alia nonnulla. Verum fruſtra & nequicquam, ut patet ex Actis Ordinum Ann. 1541. VII. Decembr. *Item op ten ſelven dach compareerden voor de voorſz Gedeputeerden die Procuratoer van den* Byrckt, *ende exhibeerden ſeeckere privilegie van Biſſcop Frederick van Blanckenheym, als hy ſeyde, ende andere ſtucken ende munimenten, uyt kracht van dewelcke het voorſz Convent alsyt van allen contributien, ende byſonder van den ſtuvergelt vry ende exempt waer geweeſt, ende voyt metten klooſteren binnen Utrecht, maer*

mitten cloosteren binnen Amensfoort . . . . . ende gecontribueert hadt, Begeerende dat die Staten 't voorsz. Convent in haer onde privilegien ende possessie laten ende houden gelieven wilden. Gehoort welck versoeck, ende gesien ende gelesen die voorsz brieven, stucken, ende munimenten voernoemt, ende oock gevisiteert die declaratie van de Majesteyt van de Coninginne hier op gedaen, So is by den voorsz. Gedeputeerden overcomen, dat sy contrarie die declaratie van de Coninginne hier inne gedaen niet en connen ofte mogen ordonneren, ofte statueren, dan doende so veel in hem luyden is, syn te vreden, dat het voorsz Convent alle jaer dubbelde pensie betale, ter tyt toe dat alle die restanten opgehouden ende betaelt sullen syn. Ende indien 't voorsz Convent sich enichsins hier inne beswaert vint, mach 't selve die Majesteyt van de Coninginne, ofte den grooten Raedt der Keyserl. Maj. tot Mechelen in justitie te kennen geven, gelyck andere oock vrydom ende exemptie pretenderende doende syn.

FUNDATIO XII.

Ecclesiæ in Eem.

Anni incerti.

Fundatio est incerta. Restitui diruta autem cœpit Ann. 1530. quo charta hæc demum prodiit:

Anthonis *van* Lalaingh *Grave van Hoochstraten, Heere van Montigny, van Culenborch, van Borselen &c. Ridder van der oirden van den gulden vliese, Raedt ende Camerling, Hooft van de Domeynen ende Finantien der Keyserl. Maj. Stadthouder generael van Hollant, Zeelant, Vriestant, der Stadt, Steden, ende Landen van Utrecht. Alsoo wy int seker bericht syn, dat de gemeen bueren van der* Eem *in voorleden oorloge seer deerlycken beschadicht syn geweest, by den volcke van wapenen van d'een ende d'ander parthye, die de sterckste, ende 't huys ter* Eem *vercrachticht hebben, ende om daer toe te comen die kerck ende kerckhof afgebroken ende afgegraven hebben, ende die selve materialen van deselve kercke in de sterckte des Slots geoirbaert. Ende so die schamele bueren geen macht en hebben een nieuwe kercke te maken, overmits haer merckelycke notoire armoede, ende*

ende al mochten ſy die doen maken, geen plaetſe daer toe en wiſten, hebben wy Gode ter eeren d'ſelve van ene plaetſe doen verſien van wegen die Keyſerl. Maj. ende d'ſelve ſekeren penningh gegheven om de kercke met hulpe van goede luden voort te bringhen, welverſtaende dat ſy deſelve niet dicker en ſullen maken, dan tot onſer ordonnantie, ende hebben van wegen als boven die ſchamele bueren gegunt een bede aen allen Steden ende vlecken van onſen Gouvernemente. Waeromme wy verſoeckende ſyn aen alle geeſtelycke collegien, clooſteren, Godshuyſen, ende Regeerders, oock aen alle Officieren, Borgemeeſters, gerechten, int generael ende particulier, ende voort alle onderſaten der Keyſerl. Maj. binnen de limiten van onſen Gouvernement woonende, dat ſy om Goods wil doen haer caritaten te bate comen die ſchamele bueren van der Eem, *omme eene kercke binnen den Dorpe ter* Eem *gemaeckt te worden &c. Gedaen t'Utrecht onder onſe hantſcrift den* 26. *Meert* 1530. A. *de* Lalaingh.

Lib. Buchel. *E. fol.* 244. *verſ.*

Ema flumen in diœceſi per agros Amorfortios decurrens & exonerans ſe in ſinum maris Auſtralis. Ad cujus oſtium & vicus & valida olim arx ejuſdem nominis cujus flumen. Varia ejus fortuna. Pro conditione temporum & everſa & reſtituta. Magni tamen momenti, & ſollicite ſemper cautum, ne in exterum transferrent aut alienum à diœceſi, & ne pignoris quidem titulo, epiſcopi Trajectenſes. Qui & datis codicillis diſerte id ſpoponderunt, ut Ioannes ab Arckel & Ioannes van Vernenburch. Alterius charta eſt *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 19. Altera ſe habet ita: *Wy Iohan van Vernenborch by der genaden Gods Biſſcop t'Utrecht maken kont allen luyden, dat wy in tegenwoordicheyt onſer Eccleſie ende des Raets van onſer Stat van Utrecht gelooft ende geſworen hebben, dat wy dat huys tot Eembrugge, ende ſulc goet alſe daer toebehoort nimmermeer verſetten noch verſellen en ſullen, noch niemant verlyen noch verlienen, of in eeniger manieren den Geſtichte van Utrecht ontferren en ſullen, ende wy oock onſe Stadt van Utrecht ende onſe Geſtichte voorſz., oft ymant daer mede oorlogen en ſullen, noch gehengen na onſer macht, ſonder archeyt, datſe ymant daer mede oorloge, wy en haddent eerſt vervolcht, in alle manieren, alſe die opene brief inhout, die Biſſcop* Ian *van* Arckel *onſe Voorvader onſer Stadt van Utrecht dair op gegeven heeft. In oerconde des briefs beſegelt mit onſen ſegel. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. LXIV. *des Donderdages na ſinte Martyns dage in den winter.* Vicus, qui adjunctus, olim urbs ſeu municipium, conceſſo jure municipali à

Ioanne ab Arckel episcopo Trajectensi Ann. 1346. Diploma ejus hoc est:

Wy Iohan *van* Arckel *by der genaden Gods Bisscop t'Utrecht doen te weten allen luyden, die desen brief sullen sien ofte hooren lesen, dat wy om oerbaer onser kercken, ons gemeenre Stichts van Utrecht, ende om menigen trouwen dienst, die onse goede luyden van der Stadt van Eembrugge ons ende onsen Gesticht gedaen hebben, ende noch doen sullen, ende want sy ons ter waerheyt aengebracht hebben, dat sy een Stadtrecht te hebben plagen, daer sy briefven af hebben van onsen Voorvaderen, ende want wy hem in dit Stadt recht gevonden hebben, so hebben wy hem dit Stadtrecht geconfirmeert, ende gegeven voor ons ende voor onsen nacomelingen Bisscoppen t'Utrecht een enwich Stadtrecht ende vryhede, alse hier nae beschreven staet, gaende ende duyrende also wyt, als hoer Stadtrecht nu gelegen is, mit beyder eynden tusschen der Goyer lant ende der Haer, op die Zuytsyde der weteringe van Seldrecht, ende van Baern, ende op die Noorderse syde van die van Bunschoten.*

In den eersten, dat wy oft onse Maerschalck, ofte dien hy 't beveelt, opten heyligen Cruysdach voort Schepenen kiesen sal, ende vier van den ouden Schepenen sullen een jaer voort Schepenen blyven. Ende waert dat wy oft onse Maerschalck, of dien hy 't beveelt, op desen voorsz dach geene Schepenen en kooren metten anderen Schepenen, so mochten die acht oude Schepenen vier nieuwe kiesen, en die souden wy of onse Maerschalck eeden tot onser en der Stadt behoef voorsz, Ende wanneer die vier nieuwe Schepenen geëedt syn, so sullen vier van den ouden afgaen, die langst Schepenen geweest hebben, en dat niemant langer dan twee jaren achter een Schepene blyven en sal, ende als die acht Schepenen, die men nu eerst sal kiesen, een jaer Schepenen geweest hebben, so sullen wy off onse Maerschalck vier of setten, ende vier nieuwe kiesen, als voorsz is.

Voort so sullen die gemeene Borgers alle jaer opten heyligen Cruysdach als die Schepenen gekosen syn, kiesen twee mannen uyt den Schepenen, ende die Schepens sullen kiesen twee mannen uytten Borgeren, ende die vier, die daer dan gekoren syn, sullen kiesen enen Borgemeester, ende twee Raetsmannen, ende die sullen wy off onsen Maerschalck eeden tot onser enter Stadt behoeff van der Eem voersz, ende die Borgemeester die wesen sal in der tyt, sal des eens jaers wesen by der Eem, ende des anders jaers op 't Veen.

Voort

Voort wanneer ſy van eenigen vechtelick ofte van enigen twiſte vernemen, ſo mogen twee mannen, Borgemeeſter, Schepenen, ofte Raetslieden binnen hare Stat vryhede enen vrede gebieden beyden parthyen van ouſer ende van der Stadt wegen van der Eem *voerſz tot St. Steffens dach toe, ofte tot des anderen dages na Pinxterdage toe, ofte tot St. Martyns daghe toe in den winter, ende die voerſz drie dagen alwilkoer termyne voerſz dat eerſt den vechtelick ofte dien twiſt voerſz dan naeſtcomende is, ende dien vrede mogen ſy van onſen ende van der Stadt wegen van der* Eem *voerſz, verniewen ende verlangen van elcken termyne voerſz totten anderen, alſo lange ende alſo dicke ons die kyff ende dat vechtelick alinge geſoent is. Ende deſe vrede ſal tuſſchen hoeren Borgeren dueren, ende in ſtate blyve oock waer ſy quamen buyten hoeren Vryhede, ofte binnen, alwaer hy oock binnen heurer Vryhede van haren gaſten genomen, maer van haren gaſten en ſal hy nergens duyren dan binnen hare Vryhede, ende ſy mogen tuſſchen hoeren Borgeren enen vrede gebieden; oock waer dat ſy quamen buyten hoere Vryhede, ende die vrede ſal weſen ende duyren in allen manieren, of ſy binnen hare Stat vryhede genomen ware. Ende wie deſe vrede niet en gave, die men hem eyſchte, die verbeurde eenwerve vyff pont, anderwerve vyff pont, ende derde werve vyff pont, ende daer over ſal men hem aentaſten ende brengen in onſer ende onſer Stat ſloth ter dier tyt toe, dat hy ons en ter Stadt die koeren betaelt heeft, ende dien vrede gegeven heeft.*

Voort enich man die een dootſlach dede binnen der Stadt *vryhede van der* Eem, *die verbeurde een coer van vyff ponden.*

Voort enich man die den anderen een leemte dede, die verbeurde een coer van vyff ſchellingen.

Voort enich man, die na den anderen ſtake of ſloege van buyten huys inwaerts, die verbeurde een coer van vyff ponden.

Voort enich man die den anderen een coerwonde deede, die verbeurde een coer van veertich ſchellingen, behoudelick ons van dootſlage, van leemte, van huys-ſtootinge, ende van coerwonde al ons recht.

Voort enich man die den anderen bloet ryſde, die verbeurde enen koer van dertich ſchellingen.

Voort enich man of wyf, die den anderen dwinget ofte daget uyt den huyſe, ofte van den kerchove te comen, die verbeurde enen koer van een pondt.

Voort

Voort enich man ofte wyf, die den anderen dief, moordenaer, ofte hoer ſchelt, ofte desgelycx, ofte lochent, die verboerde een koer van een pont.

Voort enich man, die opten anderen knyf, ſweert, ofte mes treckes, die verboerde enen koer van enen ponde.

Voort enich man van buyten, die misdede binnen der Stadt vrybeden van der Eem voorſz, die verbeurde ſulcke koeren, ende ſoude ſtaen tot ſulcken rechte, als hoer Borgeren doen ſouden, ende voorſz is.

Voort ſo wie deſe koeren niet betalen en woude, of en mochte, ofte geen goet aen te panden en hadde binnen der Stadt *vrybede van der* Eem *voerſz, dien ſalmen in onſer en ter Stat ſloth brengen ende houden als voorſz is.*

Voort enich man dien den Rechter ende Borgemeeſter aen tegen, dat hy coeren verboert ſoude hebben, is hy Burger in der Stadt *van der* Eem *voerſz, ſo mach hy hem ontſculdigen met twee ſyne naeſte buyren, die ſyn openbare vyanden niet en ſyn, mit ſyn eede, ende mitten hoeren, ende is hy gaſt mit tween goeden luyden, die hy hebben mach, maer waert dat hem twee mannen van den Rade, Borgemeeſter, Schepenen, ofte Raetslieden bedragen wouden by hoeren eede, dair en machmen genen ontſcoude voor doen.*

Voort wie onmondige kinderen vermombaren wil, die ſal te voren haer goet beſetten voor den Burgemeeſter ende by den Rade mit leggende erve, ofte mit erffborgen, dat goet niet te quaden, ende alle jaren ſullen die mombers goede rekeninghe doen van de goederen voor den Raedt, alsmen hem vermaent. Ende wie dat goet aentaſt, eer hy 't voor den Burgemeeſter beſet hadde, die verbeurde een koer van vyf ponden, alſo dicke als hy 't aentaſte. Ende watmen van den onmondigen kinderen rekent ende beſet voor den Burgemeeſter ende voor den Rade, dat ſal ſtadicheyt hebben, gelyck oft voor Rechter ende voor Schepenen geſciede.

Voort ymant die onmondige kinderen vermombaren wil om die minſte coſt, ende haer goet beſetten als voorſz is, die machſe vermombaren, inſonder ſo hy der onmundige kynderen namaech, ofte Suſter kynt, ofte naerre is, ende die kynderen hout, als den Burgemeeſter ende den Rade beſcheydelick dunct.

Voort vuyſtenſlaeh ende bloetryſe, dat geen coerwonde en is, ende allen twiſt, beneden coerwonde, dat tuſſchen Borgeren geſchiet, die ſullen onſe daghelixe Rechters mitter Stadt Rade rechten, ſo men van onſer en ter Stadt wegen ſculdich is. Ende wie des niet aen hem blyven en woude, die verbeurde eene werve vyff pont, als hy 't aen hem niet blyven en woude,

ende

ende anderwerve vyff pont, ende derde werve vyff pont, ende daer en tegen ſullen hem die Rechter ende Borgemeeſter aentaſten ende leggen in onſer en ter Stat ſloth, totter tyt toe, dat by ſynen coer betaelt heeft, ende die ſoene hout, ende die beteringe voldoet tot onſer ende der parthyen behoeff, die hem die Rechter ende die Raedt van onſer en ter Stat wegen overſegget.

Voort alle deſe koeren voerſz ſullen onſe Rechter ende Burgemeeſter te ſamen opboeren tot onſer en ter Stat behoeff, ende jaerlicx ons en ter Stadt goede rekeninge daer off doen, ende geven ons ende onſen gewaerden Bode dat derdendeel, ende der Stadt die twee deelen, behoudens ons anders al ons rechten. Voor eenige luyden die uytgebuwelickt worden, ende namaels van doode haers vaders, ende haerer moeder dat erve opbueren wouden, die ſouden alſulck goet weder in brengen, als daer ſy te voren mede uytgebuwelickt worden, ende wie des niet doen en wil, die ſal geen erffeniſſe opboeren.

Voort al die gene, die Borgers ſyn in der Stadt *van der* Eem *voorſz, ofte dien ſy namaels te Borger ontfaen, die en ſullen geen koermoede geven als ſy ſterven, ten waer of ſy eenige meer toebehoorden in eeniger eygenſcap.*

Voort ſo mogen die Borgers *van der* Eem *voorſz hare grute balen in onſen lande, waer ſy willen, daer wy grute hebben, alſo verre als hem niemant des met recht weren en mach.*

Voort ſo ſal alle goet, dat binnen der Stadt *vryhede van der* Eem *gelegen is, uytgenomen ons Geſtichts goet, ende onſer eccleſien goet van Utrecht, mede gelden tot alle ſchattingen, diemen daer doen ſal om des Lants oerbaer, ofte om dienſte, die ſy ons doen ſullen, ende waer ymant, die binnen hare Vryhede erve ofte erfrenten coft, daer en ſal die Rechter metten Schepenen over die eygendom niet ſtaen, ſy en willecoiren alle coſte ende allen ongelt te gelden van allen goede, dat ſy daer ontfaen ſullen, gelycke den* Burgeren *van der* Eem *voerſz.*

Voort wanneer ſy onder hen ſelven eenige ſchattinge te doen hebben, alſe voerſz is, ſo ſal die Burgemeeſter metten Rade ſetters kieſen, die dat gelt by heuren eede uytſetten ſullen op alle goet gelycke, ende die ſal de Burgemeeſter eeden totter Stat behoeff.

Voort eenige willekoer, die ſy binnen hoere Stadt te doene hebben, die mach die Borgemreſter metter Stadt Rade leggen ende gebieden yder man te houden tot vyf ſchellingen toe.

Voort en ſalmen die Stat *van der* Eem *voerſeyt nergent bieden te mennen geenrehande ſaken, noch te voeren met wagene, noch te graven,*

maer ſy ſullen ons dienen, ende heervaerde vaeren, als andere goede Geſtichts luyde ſchuldich ſyn te doene.

Voort ſullen alle Borgemeeſters die koeren inwinnen, die in hare tyt verſchynen, of men ſal die koeren uyt haer ſelfs goede panden. Ende alle koeren ſalmen betalen aen payemente, als in der tyt der betalinge gange ende gave weſen ſal in den Geſtichte van Utrecht.

Voort ſo geloven wy voor ons ende voor onſe nacomelingen die in der tyt Biſſcoppen t'Utrecht weſen ſullen, onſer Stadt *van der* Eem *voerſeyt, waert dat ſy deſen jegenwoordigen brief verloren met roove, brande, oft met anders enigen ongeval, dat wy of onſe nacomelingen, die in der tyt Biſſcoppen t'Utrecht weſen ſullen, hem dan enen anderen brief weder geven ſullen buyten haren koſt oft ſchade, ſprekende van deſe voerſeyde Stadt rechten ende vryheden in allen manieren als deſe tegenwoordige brief begrepen heeft.*

Voort ſo wie hem niet te rechte ſtaen en wil binnen hare Stadt vryhede, die mach die Borgemeeſter metten Rade uyt haer Burgerſchap leggen, als dat hem niemant binnen haere vryheit huyſen noch hoven, noch eten, noch drincken geven, noch vercoopen en mach, hy en verboere enen koer van enen ponde.

Voort ſo ſalmen alle gaſten over dwers nacht recht doen.

Voort ſo ſullen die Schepenen den dyck ende die wegen ſchouwen tot dreen tyden van den jare, tot Meye, tot St. Iohans miſſe te middeſomer, ende tot St. Victoers miſſe, in allen manieren, alsmen van outs haer toe gedaen heeft, elck van twee groote, ende elcken wegho van acht penninghen.

Voort alle gelt, dat binnen der Stat vryhede geſet wert, als voorſz. is, ſal hem onſe Rechter uytpanden om ſynen ban, ſonder wederſeggen.

Voort waert dat aen deſen brieff eenich ſegel braecke, dat en ſoude noch en mochte niet letten noch ſchaden aen deſen brieff, noch aen eenigen voorwaerden, die hier in beſchreven ſtaen, maer deſen brief ſal blyven in alle ſyne macht, gelyck of hy vol ende al ende wel beſegelt ware.

Ende om dat wy willen, dat alle deſe voorſz punckten vaſt ende ſtade, ende onverbroken blyven van ons ende van onſen nacomelingen Biſſcoppen t'Utrecht, ſo hebben wy deſen tegenwoordigen brieff beſegelt met onſen grooten uythangenden ſegel, ende hebben gebeden Eerſamen luden Haren Iohanne *van* Oey *Abt tot St. Pauwels t'Utrecht, Haren* Iacob Soudenbalch *Abt tot Ooſtbroeck, Haren* Geryt *van der*

Veen

Veen *Prooſt tot Aernhem*, *Haren* Gysbert *Heere van Abcoude*, *Haren* Steven *van* Zuylen *Ridder*, *ende* Iohan Oem *Knape*, *onſe Maerſchalck in deſer tyt ons lants van Utrecht, deſen brieff mede te beſegelen met haren ſegelen, in oerconde der waerheyt. Ende wy* Iohan Oey *Abt tot St. Pauwels t'Utrecht*, Iacob Zoudenbalch *Abt t'Ooſtbroeck*, Geryd *vander* Veen *Prooſt tot Aernem*, Gysbrecht *Heere van* Abcoude, Steven *van* Zuylen *Ridder ende* Iohan Oem *Knape voergenoemt, hebben om beden wille ons liefs Heeren des Biſcops van Utrecht voerſeyt, onſen ſegel mede aen deſen brieff gedaen. Deſer brieven ſyn twee alleens ſprekende. Maer waert dat ſaecke dat enich van den ſelven twee brieven verloren worde, dat en ſoude den anderen brief, die onverloren gebleven ware, niet deeren, maer die brieff die onverloren gebleven ware, ſoude blyven in alle ſyne macht, gelyck off beyde brieven tegenwoordich waren. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *vier ende t'feſtich des Vrydachs na Kersdach. Ende was beſegelt met een root ende vyf groene uythangende ſegelen in dubbele ſterten.*

II. Advertat Lector, ſi placet, Ioannes van Vernenburch Septembri ineunte Ann. 1364. jam epiſcopus Trajectenſis. Neceſſe eſt ergo, ut datum hoc diploma initio ejuſdem anni. Initium autem natalis Chriſti Unde & orſi Romani, Colonienſes, aliique. Io. Hocſem. *de geſt. Pontif. Leodienſ. cap.* 1. Hollandi à feſto Paſchatis, ut dixi ad Interpretem Io. de Beka *to.* 5. *Analect. p.* 634. ubi tamen in *fin.* pro *à Kalendis Ianuariis*, qui error aliud agenti accidit, legendum, *nativitate Chriſti.* Initium anni factum à Kalendis Ianuarii, anno demum 1576. ex edicto Philippi regis. *Extract uyt het Buyrſpraetboeck der Stadt Utrecht den* 19. *Decembr.* 1575. Nota. *Dat van nue voortaen men eerſt begint den datum ofte getal van 't jaer, ſo als het weſen mach te ſchryven, ende aen te gaen op den* 1. *Ianuar. in elcke jaer, 't welck men nochtans* ſtilo Trajectenſi *plach te beginnen opten heyligben Corsdach daer te voren. Ende dit overmits ordonnantie en placaet Coninel. Majeſt., daer op gemaeckt van date den* XVI. *Iunii Ann.* 1575. *daer by bevolen wort in alle ſyne Majeſt. Nederlanden t'nye jaer voir an yerſt te beginnen te ſchryven op den* 1. *Ianuar. voerſz. abolerende alle gewoonten ende coſtuymen ter contrarie, ende bevelende t'ſelve tot een euwige memori in alle Regiſteren aen te teyckenen.*

III. Cæterum Emipons multum tulit flagrante civili bello inter urbem Ultrajectum & epiſcopum Henricum Bavarum Ann. 1527. & ſeq. Vexata, direpta, & pene ad nihilum redacta, templo etiam à Gelris, qui ſocii erant Trajectenſium, à fundamentis exciſo, ut habet Hortenſius *lib. 6.*

biſt. nec niſi rebus pacatis Caroli V. auſpiciis decori priſtino reſtitutum. Poſtquam autem reſtitutum, cum melior aura aſpiraſſet, creverunt incolis rurſum animi, juris rurſum urbani petita confirmatione & impetrata à Philippo II. rege Ann. 1576. Vid. *lib.* 3. *de Nobilit. cap.* 1. Sed bello mox cum Hiſpanis, volitantibus paſſim flammis, cum tueri ſe non poſſent, omnis urbis memoria tandem prorſus interiit.

FUNDATIO XIII.

Monaſterii BETHLEMITICI
&
Xenodochii S. MARTHÆ.
In ſuburbio Trajectenſi.

ANNI INCERTI.

Clauſtra hujus nominis Ultrajecti olim duo, virorum alterum, alterum fœminarum. Fœminarum in ſuburbio. Virorum ubi non ſatis ſcio. Id ſcio & nihil aliud, quod jam olim id unitum cum domo Teutonica:

I. Sifridus *ſanctæ Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius dilectis in Chriſto Præpoſito & Conventui eccleſiæ Regularis in Bethlehem Trajectenſis diœceſis ſalutem in Domino. Exhibita nobis ex parte veſtra petitio continebat, quod vos zelo devotionis accenſi diutina deliberatione prahabita cum religioſiſſimis Commendatore & fratribus domus ſanctæ Mariæ Theutonicorum Heroſolimitanorum multimodis tractatum habuiſtis ſuper hoc, quod vos cum eccleſia veſtra, perſonis, poſſeſſionibus, mancipiis, & univerſis ad eccleſiam veſtram & ad vos ſpectantibus ordini predictæ domus uniremini & incorporaremini pleno jure, ita quod in loco ipſo, in quo jam eſtis divinis obſequiis mancipati, in ordine præfatæ domus ſub ejuſdem domus habitu & regula & obedientia Magiſtri terræ ſanctæ ejuſdem ordinis deinceps in perpetuum Domino ſerviatur. Quod ut ad debitum effectum perduci valeat noſtrum vobis indulgeri ſuper hoc, conſenſum & auctoritatem humiliter poſtulaſtis. Nos igitur conſideratione*

rione prædictorum Magiſtri & fratrum & præcipue dilecti fratris noſtri germani Gerardi ejuſdem domus, ſuper hoc nobis multipliciter inſtantis, dictis petitoribus inclinati, ut ad dictum ordinem præfata domus vos & eccleſiam veſtram, perſonas, poſſeſſiones, mancipia, & univerſa ad ipſam eccleſiam & ad vos ſpectantia cum omnibus pactis & conventionibus inter nos habitis, licitis & honeſtis, transferre & eidem ordini vos unire & incorporare licite valeatis, nobis & dictis Magiſtro & fratribus domus prædictæ, ut ad ipſorum habitum & ordinem vos aſſumere & recipere licite valeant auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc indulgentiæ noſtræ paginam infringere vel eam auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum VIII. *Kal. Iulii Anno Domini* M. CC. LXXVI.

II. Fœminarum quod fuit periit. Nam nec veſtigia jam apparent, & fundatio eſt incerta. Id tantum de eo conſtat, quod in ſuburbio olim ſitum, quod in Inſulæ ea parte, quæ vulgo *de nieuwe weert*, quod monialium, quæ cellis clauſæ velut ſeptis, ob durum vivendi modum, obſtructo ad eas aditu, * *Recluſæ* aut *Incluſæ*, *beſloten Suſteren*, ut in charta eſt Ann. 1444. *Ende aldaer ſo gaven alſe Geryt van den Ryn voorſeit voir hem ſelven &c. ende Gheryt Geryts ſoon van den Ryn voerſeit mit handen ſynre mage van ſinen vier vierendeelen, die dair tegenwoordich ende voor ogen waren rechtevoirt over Heeren Aernt van Brenck Prieſter, bewaerre der beſloten Suſteren in den wyngaert t'Utrecht tot behoef der gemeene Suſteren des Convents in den wyngaert voerſz, ende mede tot behoef des beſloten Convents van Beth lehem by Utrecht, den vryen eygendom van den vyf mergen lants &c.* Locus quem occupabant erat jam olim feudum Præpoſiti Trajectenſis, à quo, cum magiſtratus, reformato divino cultu, bona omnia monialium in uſum publicum tranſtuliſſet, inveſtitus, quem nominatim deſignaverat ad id urbs, eoque extincto rurſum alius, ut ex Actis Ann. 1628. 18. Februar. *Droech voor de Heere Schepen Velthuyſen als Rentmeeſter van de reſpective Conventen van Hieruſalem, ende Beth-lehem, dat ſyn E. verſcheyde reyſen vermaent ende aengeſocht was, omme de Heerlicheyt van de nieuwe Weert de voorſz twee Conventen t'ſamentlyck competerende als leenen te verheffen van de Domprooſtdye alhier, verſoeckende van de Vroedtſchap te verſtaen, wat ſyn Ed. hier inne te doen ſal hebben, daer by verhaelt ſynde, dattet voerſz leen al lange verſtorven was door doode van Ior. Jan Ruyſch, op wiens lyf 't ſel-*

* Gregor. Turonenſ. *lib. 6. cap. 29. Sic valeſaciens omnibus, & oſculans ſingulas quasque, recluſa, eſt, obſtructoque aditu, per quem ingreſſa fuerat, ibi nunc orationi ac lectioni vacat.* Stephanus II. Papa *epiſt. 4.* ad Pipinum: *& Sanctimoniales fœminas atque recluſas, quæ ab infantia & pubertatis tempore pro Dei amore ſeſe clauſuræ tradiderunt.* Alteſerr. I. *aſcetic. cap. 7.* Quod autem in cavernis & locis ſæpe ſubterraneis *Cluſa* etiam earum cella Willibrand. ab Oldenburgh *itin. in Pateſtin. apud Allat. in ſuppliment.* p. 133.

't ſelve geſtaen hadde, ende niet weder verlydt, door dien de Dom-prooſtdye vacant, ende by de Staten aengeſlagen was tot den jare 1618. als wanneer daer mede gebeneficeert worden Ior. Hugo van Zuylen van Nyvelt, die van tyt tot tyt deſen Rentmeeſter ende ſyn voorſaten tot het verheffen van dien doen aenporren hadde, ſo is den voornoemden Rentmeeſter gelaſt, het voorſz leen te verheergewaden, ende te verſoecken opt lyf van ſyn ſone Frederick van Velthuyſen. Sed & illud jam ceſſat, abhinc annos aliquot Conventus prædiis & feudis, quotquot ſupererant, à magiſtratu divenditis.

III. Xenodochium S. Marthæ extra portam fuit *Albarum virginum*, bello inito cum Hiſpanis deſtructum Ann. 1533. quod ob propinquitatem inſidiis eſſet aptum, & hinc urbi periculoſum, cunctis ipſius bonis addictis gyrgatho Trajectenſi, ut dixi ſupra ad Fundat. 23. *lib.* 1.

* *Sancte*, & quod diſtinguat Chriſtianum ab ethnico, & quod ſignum *venerabile*, ut Imperator appellat *l. ult. §. 2. C. de jur. delib.* Unde & in nummis Principum, quo de fide ipſorum conſtaret certius, appicta hæc nonnunquam in capitis ſummitate, ut videre eſt apud du Cange *tr. de inſcr. æv. numiſm. pr.* & Ciampin. *de duob. ſarcophag. p.* 10.

† Manus

FUNDATIO XIV.

Hoſpitalis S. CRUCIS, *quod &* S. SEBASTIANI, *in ſuburbio Trajectenſi.*

Hoſpitalia Ultrajecti fuerunt non pauca, & in urbe, & in ſuburbiis. Celebre *S. Crucis* extra portam, cui nomen ab *albis* Dominis, quæ ei proxima. *Sanctæ crucis*, quod ei ſacrum. * Crucis quam olim ingens, ut & hodie apud Pontificios, veneratio, ſatis notum. Sancta crux jam olim paſſim, ἀγιον τὸ σταυρός. Tertulliani jam tempore adſcripta ei quædam vis. Nam hæc verba ejus, quæ citantur *lib. de coron. milit. cap.* 2. *Ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum, ad calciatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunque nos converſatio exercet,* † *frontem crucis ſignaculo terimus.* Nec mirum hinc, quod Athanaſius, qui Tertulliano poſterior in vita S. Antonii: ἔνθα τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ γίνεται, ἀσθενεῖ μὴ μαγεία, οὐκ ἐνεργεῖ ἡ φαρμακεία, *ubi ſignum crucis formatur, magia vires amittit, reneficium inefficax redditur.* Initium hoc olim cultus, ſenſim mirum in modum aucti, præſertim poſtquam perſuaſum credulis mortuum mox revixiſſe, poſtquam cruci admotus. Paulin. *epiſt.* 11. *poſtremo Dominicam crucem prodit reſurrectio, & ad ſalutaris ligni tactum morte profuga funus excuſſum, & corpus erectum eſt, tremefactiſque viventibus ſtetit mortuus &c.* Sic & aliis perſuaſum & Sulpit. Severo *lib.* 2. *hiſt.*

hiſt. Rufin. *hiſt. eccleſ. cap.* 8. Niceph. *lib.* 8. *cap.* 29. Sim. Metaphraſt. *in vita Helenæ.* Theodoret. *lib.* 1. *hiſt. eccleſ. cap.* 10. Sed nihil tale Ambroſio, qui tribus crucibus inventis quænam Chriſti crux ait deprehenſum ex titulo, & addit: *Invenit ergo titulum, regem adoravit, non ſignum utique, qui hic gentilis eſt error & error impiorum, ſed adoravit eum, qui pependit in ſigno.* Non una omnium opinio. Sed ſuperſtitio prævaluit. Unde & Prudentius, qui vixit tempore Imperatorum Arcadii & Honorii, prout allegatur à Gregor. Turonenſ. 1. *de mirac. martyr.* 106.

Crux pellit omne crimen,
Fugiunt crucem tenebræ,
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.

II. Et tanti mox ſignum id, ut & præſens remedium adverſus dæmones creditum, ut Athanaſius *ibid.* qui æqualis Conſtantii, *p.* 104. *edit. Ann.* 1611. Sed quamvis vetus hæc opinio, & nixa Patrum auctoritate, ad rem tamen non facit. Diabolus ipſe etiam vetus eſt. Nec Patrum vita aut opinio cum ſacris literis non concordans viam monſtrat ad cœlum. Peccatores etiam ipſi. Nec erroribus olim vacui. Nam nemo eſt, qui non errat. Ubi in ſacris literis cruci vis hæc tributa? ubi cultus præſcriptus? Non religio hæc, ſed ſuperſtitio, quæ poſtquam ſemel radices egit, ſiſti deinceps non potuit, aſſiduis aucta incrementis. Thoraces olim Serapidis in ingreſſu ædium, in exitu, in poſtibus feneſtriſque. His ablatis, nequid oculos verberaret, quod impium, ſubſtitutæ dein cruces. Rufin. *lib.* 2. *hiſt. eccleſ. cap.* 29. *Thoraces Serapidis, qui per ſingulas quaſque domos in parietibus, in ingreſſibus, in poſtibus etiam, ac feneſtris erant, ita abſciſi ſunt omnes & abraſi, ut ne veſtigium quidem unquam, vel nominis appellatio, aut ipſius, aut cujuslibet alterius dæmonis remaneret, ſed pro his crucis Dominicæ ſignum unuſquiſque in poſtibus, in ingreſſibus, in feneſtris, in parietibus, in columnis depingeret.* Nec minor his reverentia quam thoracibus olim facta. Quæ imagines erant idolum ad thoracem uſque exhibentes, ut ex Polluce animadvertit Iac. Gretſerus *lib.* 2. *de S. Cruce cap.* 22. Sed huc uſque non ſubſtitit. Crevit temporis progreſſu cultus, præſertim poſtquam Conſtantino meridie ipſo crux apparuit in cœlo ſoli ſuperpoſita cum hac inſcriptione, τούτῳ νίκα, *Hac vince.* Euſeb. *lib.* 1. *de vit. Conſtant. cap.* 28. Tanti tum paulatim, ut vetuerint humi ſignum hoc ſculpi in ſilice, in marmore, contrarium facienti gravem pœnam comminati in *l. un. C. nem. lic. ſign. ſalvat. Chriſt. hum. vel in ſilic.* ne alioquin quod venerandum con-

ſacerdotum, caput Principum Conſtantinopoli, ungebant in modum crucis, ungebant etiam eodem modo baptizatos in fronte, Burchard. *lib.* 2. *cap.* 55. ex dictis S. Auguſtini loquentis ad ſacerdotes: *Unde oportet vos ſemper memores eſſe tantæ dignitatis, memores noſtræ conſecrationis, memores ſacræ, quam in manibus ſuſcepiſtis, unctionis.* Ordo Romanus: *expleta autem oratione accipiant oleum ſanctum, faciat crucem ſuper ambas manus &c.* Codinus: ὁ δὲ πατριάρχης χρίει σταυροειδῶς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως τῷ μύρῳ. Auguſtin. *in Pſalm.* 144.

contemptim pedibus conculcaret quis. *Venerabile* enim ſignum hoc Iuſtinianus appellat, *l. ult. §. 2. C. de jur. delib.* Tiberius Conſtantinus Iuſtini junioris in imperio ſucceſſor humi pictum conſpiciens amoveri mox juſſit. Greg. Turon. *lib. 5. hiſt. cap. 19. Deambulans per palatium vidit in pavimento domus tabulam marmoream, in qua crux Dominica erat ſculpta*, & ait: *Cruce tua Domine frontem noſtram munimus & pectora, & ecce crucem ſub pedibus conculcamus, & dicto citius juſſit eam auferri &c.* Idem Otto Friſingenſ. *lib. 5. hiſt. cap. 6.* Humi deinceps quidem picta, ſed non ad conculcandum, ad juramendum præſtandum, ad fidem manu impoſita obſtringendam eo arctius, ut factum olim Ultrajecti. † In tabula formabant crucem, in ſedili, in arca. Juraturi tangebant hanc. Ipſi etiam magiſtratus. Mirabitur ſiquis legat de Conſtantino Copronymo, quod ut hoſtis imaginum, cum impium exiſtimaret juramentum per Sanctos, minime impium exiſtimaverit, quod fiebat per crucem, aut quod fiebat ea tacta, cum religio hic tamen nulla, ſed ſuperſtitio, & nihil aliud. Vid. de eo Albericum ad Ann. 771.

II. In laudem tamen Crucis multi multa ſcripſerunt. Et tot hinc Crucis encomia. Hymnum ſcripſit Rabanus. Scripſerunt alii non pauci. Vid. Gretſer. & Alberic. *ad Ann.* 844. Nec facta ſupplicatio nec proceſſio ſine cruce. Cruces vexillis inditæ. Hoſti obviam iis itum. Cruces *vexilla* ait, reliquias *arma*, quibus ſancti contra aereas poteſtates, & ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus pro nobis pugnant, Ioh. Robert. *ad vit. S. Hubert. part. 1. c. 153.* Et ipſa hinc proceſſio interdum *Crux* appellata. *Cruces bannales*, id eſt, cruces ſeu proceſſiones banno aut Imperiali aut Synodali decretæ. *Banno*, id eſt, edicto. *Edictum*, *lex*, *bannus* paſſim unum idemque. Auctor vitæ S. Huberti, *Has cruces*, inquit, *edicto Ludovici Imperatoris, filii Caroli Magni, & ſynodali banna Walcandi epiſcopi, ante hujus tempora novimus eccleſiæ confirmatas.* *Bannus* idem quod ſanctio, qua & pœna in eum ſtatuitur, qui in bannum delinquit. Moller. *iſagog. ad hiſt. Cimbr. part. 4. cap. 2. n. 9.* Unde & *molæ bannales*, ad quas molendum juſſu Principis frumentum incolæ devehunt. Ioh. Robert. *ad vit. S. Hubert. part. 2. cap. 3. in fin.* Et quia nulla proceſſio, quin oblatio ſimul facta, oblationes etiam ipſæ ſæpe *cruces bannales*, ut verbi gratia in catalogo Tungrenſium Abbatum: *Item obtinuit confirmari monaſterio oblationes fidelium, quæ vulgo Cruces bannales dicuntur, de tribus Decaniis. Primo de Decania Gradenſi oblatam cerei &c.* Add. Ioh. Robert. *ibid. p. 459.* Nec otioſe ait *cerei*. Nam ubi proceſſio, ibi faces etiam adſunt. Et his eo in caſu, ut vulgus quidem putat, magna etiam vis. Auctor gloriæ poſt-

inſultet illic crucifixo, videam ego in frontibus Regum crucem. & mox: *& multa ſacramenta aliter atque aliter accipimus, quædam ſicut noſtis ore accipimus, quædam per totum corpus accipimus, quædam in fronte per ſignum crucis. Per totum corpus*, inquit, ſcilicet baptiſma. Nudos enim mergebant. Cyrill. catechef. 17. ὥσπερ γὰρ ὁ εἰσβὰς εἰς τὰς ὕδατι καὶ βαπτιζόμενος πανταχόθεν ὑπὸ τῶν ὑδάτων περιβάλλεται, *ut enim is qui ſubit aquas, & baptizatur, undique ab aquis circumdatur &c.*

† Supra ad fund. XI. *l. 1. n. 11. Item quor die*

poſthumæ S. Ferdinandi apud Papebrochium *cap. 2. n. 23. deſignati ſunt homines duo, qui in caniſtris deauratis paratos haberent cereos, cujuſcunque conditionis hominibus pompæ ſuperventuris erogandos.* Numerus etiam interdum ingens, in feſto præſertim, quod S. Cruci dicatum. Quindecim earum millia in feſto tranſlationis S. Ferdinandi apud Papebrochium in *Gloria ejus poſthuma cap. 3.*

Schout ſtaet een lege banck, daer op geſchreven drie cruys mit cryt, of daer ymant eet doen ſolde.

IV. Cæterum tanti paulatim *Cruces*, ut aſſutæ & veſtimentis, & ſepultæ cum mortuis. Sic crux ſepulta cum Adelberto, qui ex ſociis Willebrordi primus tranſiit Egmondam. Reperta impoſita ipſius pectori, ut & S. Birinii, de quo vitæ ipſius Auctor apud Surium *to. 6. die 3. Decembr.* inventum integrum ipſius corpus *cum duplici ſtola & infula rubra è panno ſerico atque cum cruce è metallo confecta pectori ejus impoſita.* Etiam, quod mireris, Chriſti ſacrato ſanguini, quo ſanctior eſſet pactorum fides, ac ſi eſſet atramentum, intincto calamo ſubſcriptum, cruce chartis impreſſa. Sic in vita S. Ignatii docet Nicetas, & confirmat Mabillonius *de re diplomat. cap. 22.* Faes *ad Dougth. de calic. euchar. cap. 18.* Nec chartis tantum impreſſa, nomini ſcilicet ſubſcribentis aut præmiſſa, aut ſubjuncta, ut ea de re dixi ad *Ann. Egmond. cap. 6.* ſed & loculis morruorum, & ad dæmones effugandos, qui horrent crucem, cuivis rei. Faes *ad cap. 19. ibid.* Mirabitur autem ſiquis legat, quod de Paula ait Hieronymus *epiſt. ad Euſtoch.* XXVII. *Proſtrataque ante crucem, quaſi pendentem dominum cerneret adorabat. Ingreſſa ſepulchrum reſurrectionis oſculabatur lapidem, quem ab oſtio monumenti amoverat angelus, & ipſum corporis locum in quo dominus jacuerat, quaſi ſitiens deſideratas aquas, fideli ore lambebat.* Certe ut dicam, quod res eſt, vix ſimplex veneratio hæc. Sed eo ventum tum veſaniæ, ut acceſſerit & adoratio. Minutius Felix cum viveret, qui prope annum CIↃ. CCC. ut Balduinus putat, vixit, nondum vanitas tam adulta, ſaltem non ubivis. *Cruces etiam*, inquit, *nec colimus, nec optamus. Vos plane, qui ligneos Deos conſecratis, cruces ligneas, ut deorum veſtrorum partes forſitan adoratis.* Prolabi tamen cœpta tum multorum mens in deterius velut faſcino dementata. Et cum creſceret ſenſim cultus, non religio amplius, ſed ſuperſtitio. Imo nec ſuperſtitio. Revera idololatria. Adorata crux ac ſi Deus, & ac ſi aliquis ei ſenſus ea ei veneratio, ut nec major divino numini. Inde & aureæ paſſim cruces. gemmis graves & margaritis. Argenteæ item aliæque. De Henrico Leone Gerardus Præpoſitus apud Meibom. *to. 1. rer. Germ. p. 435. crucem auream opere fabrili inſtituit, cujus pretium in auro & gemmis ad mille quingentas marcas argenti computabatur.* Aurea fuit Fuldæ centum

constans & LXXX. marcis puri puti auri. Brouwer. *Fuldenf. antiquit. lib.* 4. *n.* 44. Alia item Moguntiæ cum hac inscriptione.

Auri sexcentas valet hæc crux aurea libras.

Valebat quælibet libra duas marcas, ut putant. Marca autem quælibet LXX. florenos. Crux ipsa, si computatio, ut opinor, non fallit, LXXXIV. millia florenorum. Rittersh. *ad Gunther. lib.* 3. *verf.* 498. Spigel. *ad cund. p.* (*mihi*) 288. In capella quadam Burgi, quæ Castellæ olim metropolis, conspicitur, quæ vulgo *lo Sante Crucifisse di Burgos*, ducentis lampadibus, quarum tres sunt argenteæ, undique circumcincta. Greg. Leti in vita Ducis d'Ossuna *lib.* 1. *p.* 110. Omnem autem excedit modum, quod lignum id Pontificii adorent non tantum ipsi, sed & alios ad id cogant, & hos qui negant id adorandum, qui nisi soli Deo divinum cultum non exhibent, ut hæreticos execrentur, ut Claudium idcirco Taurinensem episcopum Ionas execratus Aurelianensis episcopus in libello, quem scripsit Ludovici Pii tempore *de cruce adoranda*. Operæ pretium est, puto, ut verba referam Alberici, quibus hac in re utitur ad Ann. 821. *Theodulfo*, inquit, *in episcopatu successit Ionas vir nobilis, qui contra Claudium episcopum Taurinensem hæresiarcham librum edidit de adoranda cruce. Dogmatizabat enim memoratus hæreticus crucis dominicæ signum non oportere adorari, quod nisi adhibeatur frontibus nostris, sive aquis regeneramur, aut crismati quo linimur, aut sacrificio quo vegetamur, nichil vite perficitur.* Tanti autem si crux tum, non mirum, quod adscripta ei vis morbos depellendi, sistendi ignem, incendium, hostem propulsandi, & cujusvis rei prosperæ & felicis successus, Bertold. Constantiens. ad Ann. 1086. *Non tam armis quam virtute S. Crucis confisi processerunt. Unde & crucem altissimam in quodam plaustro erectam, & rubeo vexillo decoratam, usque ad locum certaminis secum deduci fecerunt.* Præsidium miseris in cruce, nec aliud supplices præferebant. Radevic. *lib.* 2. *de gest. Frid. Barbaross. cap.* 5. *Videns autem multitudinem eorum, qui cruces bajularent, is enim Italorum mos est, ut habentes querelas crucem manibus præferant, misertus illorum &c.* Sed utcunque id possit ferri, præferri crucem à supplice ad Principem exorandum, ut ignoscat, condonet, ferri tamen non potest, ut quam præfert aut adoret, aut cogat alium, ut id faciat. Scelus id tam infandum ut vix quicquam, quo excusetur, possit dici aut fingi. Vanum enim, quod Cujacius ait in *parat. d. tit. Nem. lic. sign. Salv.* fieri quicquid fit non propter signum, sed propter Deum, qui pro nobis suffixus ei. An ullus apex in sacris literis, quo id possit probari, quod colenda idcirco, quod adoranda? quod divi-

na

nâ ei quædam vis? Sequioris ſeculi demum formula hæc; qua uſi excommunicantes: *Maledicat illum ſancta crux, quam Chriſtus pro noſtra ſalute hoſtem triumphans aſcendit.* Vid. apud Baluz. *to.* 2. *Capitular. in fin.* Non locuti ſic veteres, non primi olim Chriſtiani. Et quod obtendit Cujacius, quod prætexunt Pontificii, ne viderentur idololatræ, jam ab ethnicis olim dictum. Extant eorum voces hæ apud Arnobium *lib.* 6. *& ſeq. Neque nos æra, neque auri argentique materiam, quibus ſigna conficiunt, eſſe eos deos & religioſa decernimus, ſed eos ipſos in his colimus, quos dedicatio infert ſacris, & fabrilibus efficit inhabitare ſimulacris.* An non idem quod Pontificii Apoſtata Iulianus in *fragm. orat.* Λιγάλμαϛα γὰρ ἐ βωμοὶ, ἐ πυρὸς ἀσβέϛου φυλακὴ &c. *Simulachra enim & altaria, nec non æterni cuſtodiam ignis, & ut verbo dicam cætera id genus omnia* σύμβολα εἰ πατέρες ἵδρυντο τῆς παρουσίας τῶν θεῶν, ἔχ' ἵνα ἐκεῖνα θεὸὺς νομίσωμεν, ἀλλ' ἵνα δι' αὐτῶν τὸὺς θεὸὺς θεραπεύσωμεν, *Deorum præſentiæ ſigna majores noſtri conſtituerunt, non ut iſta Deos eſſe credamus, ſed ut ipſos per illa veneremur.* & mox: *Quemadmodum enim, qui Imperatorum venerantur imagines, etſi nihil iſtis opus ea veneratione ſit, eorundem tamen benevolentiam in ſeſe provocant, ſic qui Deorum ſimulachris honorem habent, quo illi ipſi non egent, eorum ſibi auxilium favoremque conciliant.* Et an non idem quod Iulianus Concilium Cameracenſe Ann. 1565. *Doceatur*, inquit, *populus imagini nullum cultum deberi, aut propter materiam, aut propter elegantiam, aut propter pretium operis, aut propter quodvis aliud, quod ſit in artificio, aut imaginis ſubſtantia, ſed propter rem ſignificatam, ad quam hic cultus & honor præcipue referatur.* Vid. apud Baluz. *ad Agobard. ad libr. de imag. pr.* Idem omnes idololatræ, de aureis vitulis Iudæi, de ſtatuis Indi reſponderunt Georgio Andreæ, cum per Indiam ei iter, *itiner. lib.* 1. *cap.* 14. Idem ibi ſentiebant Bramanes, qui ei obvii, quod diaconus quidam Stephanus, qui vitam ſcripſit Stephani junioris defenſoris imaginum in *Analect. Græc. p.* 446. Καὶ ἐ τῇ ὕλῃ λατρέυομεν προσκυνοῦντες ταύτῃ &c. *Nec enim materiam colimus, cum eam adoramus, Abſit. Verum per res, quæ ſenſus movent, ipſas cauſas mente attingimus, quo etiam modo nos gerimus circa crucem,* & ἱερὸν ἅγιον, *venerabile aut ſacroſanctum,* καὶ λείψανον ἁγίε, καὶ πᾶν τὸ ἐν ἐκκλησίᾳ προσκυνεῖμενον, *Sanctorumque reliquias, & quicquid in eccleſia adoratur.* Sic ſemper eſt quod obtendi poſſit. Sic etſi cultus imaginum tam diſerte à Deo vetitus, factis aureis tamen vitulis, quo ſcelus id excuſaret, Aaroni non deerat. Et excuſatio tamen nulla. Nec majoris momenti, quod Magn. Chronic. Belgic. & ex eo Albericus

ad Ann. 733. *cum ſanctis*, inquiunt, *imaginibus cervices inflectimus, dominicæ paſſionis ſigna in eis venerando recolimus, & pro aſſumpta pro nobis mortalitate ipſi Deo gratias exhibemus, nullam ipſis imaginibus credentes ineſſe divinitatem &c.*

V. Quæſo autem, ſi attendas, an gratiæ aguntur Deo cum fit quod Deus vetuit, *Exod. cap.* 20. *v.* 4. *& ſeq.* Petro mortuo an faciendum, an ſtatuæ ejus, an imagini, quod vivus noluit ſibi fieri? quod Cornelio, cum id faceret, expreſſe etiam interdixit, ut in Actis Apoſtol. *cap.* 10. §. 25. *& ſeq.* An non merito his poſſit dici, quod Paulus dixit Corinthiis, cum eſſent ex iis quidam, qui aſſererent ſe eſſe Pauli, ſe eſſe Cephæ &c. *An Paulus*, inquit ille, ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν, *pro vobis eſt crucifixus?* 1. *ad Corinth.* 1. *verſ.* 13. Sed quid facias Pontificiis? Surdi cuncta hæc excipiunt. Quod ſoli Deo deferri debet, etiam deferunt creaturæ, Patrumque hac in re, ac ſi hi infallibiles, traditiones ſequuntur. Etſi Deus expreſſe, *Me invocate, ego exaudiam, Pſal.* 50. *v.* 15. etſi Chriſtus ſimiliter *Matth.* 7. *v.* 7. *&* 11. *& cap.* 11. *v.* 18. vocantem tamen non audiunt, Divos adeunt Divaſque. Zelotem ſe dicit Deus, honorem ſibi debitum deferri alii non vult *Exod.* 20. *verſ.* 4. 22. *verſ.* 20. Deferunt tamen Pontificii. Cruci deferunt Diviſque. Ædes, templa eis ponunt, feſtos dies inſtituunt, procumbunt, colunt, venerantur. Nec male ajunt quod ad Crucem. Etiam S. Willebrordus ei ædem inſtituit. Beka in *Willebrord.* Etiam alii ei feſta, etiam tam antiqua, ut nec ratio, cur inſtituta, cuivis jam ſatis obvia. *Exaltatio* eſt S. Crucis. Cur & unde *exaltatio?* Heraclius Imperator, cum victor redux ex Perſia cæſis hoſtibus triumphaſſet, crucem etiam; quam Choſroes captis Hieroſolymis in Perſiam tranſportaverat, Conſtantinopolim retulit, & mox rurſum Hieroſolyma, inſtituto ob id feſto, quod *Exaltatio* hinc *S. Crucis.* Chronographus Saxo ad Ann. 629. *Heraclius Imperator interfecto Coſdroe rege Perſarum crucem dominicam, quam ille Ieroſolymis abſtulerat, revexit Conſtantinopolim.* Item ad ſeq. Ann. *Heraclius crucem dominicam cum debita veneratione Ieroſolymam reduxit, & exaltationis ejus celebritatem annuatim dedicavit.* Add. Otton. Friſingenſ. *lib.* 5. *cap.* 9. Et ſic quidem communiter. Alii altius aſcendunt, ad Conſtantinum ſcilicet Magnum, ſub quo ſignum id inventum. Unde & idem Græcis σταυροφάνεια & ὕψωσις σταυροῦ, ζωοφόρου σταυροῦ. Menologium Græcorum apud Caniſ. *to.* 2. *antiq. lect. exaltatio pretioſæ & vivificæ crucis ſub Conſtantino Magno.* Sed utut vetus hæc inſtitutio, Imperatoria eſt, non eccleſiæ. Et poſito quod eccleſiæ laudem nullam meretur. Deo gratias agere pro victoria ſemper perquam laudabile eſt, ſed adſcribere

bere eam, aut cruci, cum opus ſit ſolius Dei, aut Deo gratias agere pro recepta, quo amplius cultus ejus creſcat, impium id prorſus, & nequaquam ferendum.

VI. Cæterum hoſpitale id, de quo nobis jam ſermo eſt, non Cruci tantum ſacrum, ſed ut moris eſt Pontificii dedicare rem pluribus, ſanctis etiam Sebaſtiano, Adriano, & Iuliano, ut Fundatio collegii ait, quod cœpit in ea æde Ann. 1412. Ædes quando extructa neſcio an ſatis conſtet. Auctorem ſiquis ſtatuat Theodoricum Ruſche Canonicum S. Ioannis neſcio etiam an ſatis recte. Auctorem tantum collegii ſeu fraternitatis facit charta, quam ultro ad me miſit Nobiliſſimus & Conſultiſſ. Dn. Daniel de Milan, Iudex Trajectenſis, ædis autem non item, etſi tamen fateor, ambigua nonnihil verba. Charta ita ſe habet:

In den name des Vaders, des Soons, ende des Heyligen Geeſtes Amen. Dit is de ordinanci, die de gemeene Broeders van ſinte Sebaſtiaens gaſthuys buten de Wittevrouwen poorte an den Steenwech by Utrecht, eerſt van Meyſter Dideric Ruſche, Prieſter Canonic ſinte Iohans t'Utrecht begonnen ende begrepen, eendrachtelic overdragen hebben, en hem ſelven ende haer nacomelingen, die namaels in deſer Broederſchap comen ſellen, daer in verbonden, ende gelooft alle punten ende verbanden te houden, ende te voldoen, die hier na beſchreven ſtaen, gelyck alſe die in tiden voorleden mit malcanderen geordineert ende overdragen hebben, ende bi den gemenen Broederen, ofte by der meeſter meeny te mynren ende te meeren, na der beſter orbaer, ende om die ſeven punten der ontfermertícheden te verdienen, in de ere Gods ende hore ſielen ſalicheyt. Want onſe lieve Heere Ieſus Chriſtus ſpreeckt in den Evangelio: Wes ghi een van den minſten doet, dat doet ghi my, ende wie der een van deſen ontfaet in mynen naem, die ontfaet my. Ende ſinte Pauwels die heylige Apoſtel ſchryft: Wilt niet vergeten den armen te herbergen. Want men vervult daer mede de ſeven punten der ontfermertícheden. Heeft hi dorſt, men laeft hem. Heeft hi honger, men ſpyſt hem. Is hi of wert hi ſiec, men vandet hem. Heeft hi gevangen geweeſt, of heeft hi angſte van vangeniſſe, men trooſt hem, ende wyſt hem weghen die vangeniſſe te ontgaen. Is hi naeckt, men cleet hem. Ende ſterft hi, men helpt hem ter eerden. So is dit Gaſthuys voerſz puerlic gegeven in der eeren Gods, ende des goeden Sebaſtiaen, *ſinte* Adriaen, *ende ſinte* Iuliaen *Goeds Ridders, den armen elendigen in te herbergen, nachtruſte daer in te hebben, ende ſonderlinghe Pillegrims, of andere arme lieden, die te laet ofte te ſpade comen binnen de Stadt van Utrecht, herberge te*

hebben, of te verkrigen, of die uter Stadt komen, ende op reyſe ſyn &c.

Gregor. Turonenſ. 2. *de mirac. martyr.* 1. *inclytus martyr Iulianus, qui Viennenſi ortus urbe Arvernis datus eſt martyr.*

Meminit S. Sebaſtiani, qui ſub Diocletiano Ann. 291. pro Chriſto mortem oppetiit, Albericus *ad d. Ann.* Meminerunt & alii, Gobelin. Perſon. *Coſmodrom. etat. 6. cap.* 12. Chron. Weingartenſ. *to.* 1. *antiq. lect. apud Caniſ.* Herm. Contract. *ad Ann.* 300. ubi & mentio Iuliani. Martyr. Romanum ad v. Kal. Septembr. *Brivate apud Arvernos paſſio Iuliani martyris, qui cum eſſet B. Ferreoli tribuni comes, & in habitu militari occulte Chriſto ſerviret, in perſecutione Diocletiani à militibus tentus, deſecto gutture, morte horribili necatus eſt.* De agone ejus & miraculis Gregor. Turonenſ. *lib.* 2. *de glor. martyr. cap.* 19. De eodem Sidon. Apollinaris 7. *epiſt.* 1. Venantius Fortunatus *de glor. vit. ætern. & ad Bodegiſl. lib.* 7. Plures alioquin ejuſdem nominis Iuliani. Mentio Iuliani, qui paſſus ſub Decio in Martyrol. Roman. ad 3. *Kal. Novembr.* qui ſub Maximiano in *eod.* ad pridie *Non. Sept.* item qui ſub Licinio in eod. ad *Idus Sept.* martyris Iuliani Apameæ epiſcopi ad. v. *Idus Decembr.* Iuliani presbyteri & martyris Terracinæ *ibid. ad Kal. Novembr.* S. Adriani idem meminit Martyrologium ad 111. Non. Mart. *S. Adriani martyris, qui primo in perſecutione Diocletiani juſſu Firmiliani Præſidis ob Chriſti fidem leoni objectus, deinde gladio jugulatus martyrii coronam accepit.* Meminit etiam Heda *hiſt. Ultraj. p.* 274. Sed & plures Hadriani. Trium adhuc meminit idem Martyrologium ad 1. Mart. ad 4. Mart. & ad 26. Aug. Virtus S. Sebaſtiani incredibilis olim credita. Wagenſel. de *Noriberg. cap.* 20. Ticini peſtis cum graſſaretur, quæ & tota Italia maximam populi edebat ſtragem, revelatum nonnullis fuerat ſperari fruſtra remedium, niſi S. Sebaſtiani allatis Roma reliquiis, araque ei in eccleſia S. Petri dedicata. Quod poſtquam fuit factum abacta morbi vi ſalus urbi mox reddita. Ita idem Albericus monachus trium fontium ad Ann. DC. LXXX. Chron. Oldenburgenſ. apud Meibom. 2. *rer. Germ. ad Ann.* 1362. Gobelin. Perſon. *Coſmodrom. ætat. 6. cap.* 35. *in fin.* Henr. Thaborit. 5. *Chron. cap.* 16. Lapſu temporis dein oſſa & quicquid reliquiarum tranſlata Sueſſionas. Herman. Contractus ad Ann. 826. *Hildovinus Abbas de S. Dionyſio ab Eugenio Papa oſſa beati Sebaſtiani martyris impetravit, quæ Sueſſionis in baſilica S. Medardi collocavit.* Idem habet Albericus ad Ann. 825. ubi & de multis magniſque ejuſdem miraculis. Sed fides ſit penes ipſum. Vid. Annal. Fuldenſ. ad Ann. 826. & *homil.* 2. *in feſtivit. S. Sebaſtiani apud Eckium to.* 3. Civem Mediolanenſem Henricus Thaborita ait Auctor hactenus nondum viſus, & hoc elogio eum ornat *lib.* 3. *Chron. cap.* 10. *Sebaſtianus vir Chriſtianiſſimus, civis Mediolanenſis,*

VI. Cæterum alter Antonius, de cujus vita & miraculis in Actis Sanctorum, non contra ſacrum tantum ignem à credulis invocatur, ſed porcorum etiam paſſim aliarumque quadrupedum patronus audit cuſtoſque. Solebat publico olim ſumptu ali porcus haberique, & habetur adhuc hodie, ubi prævalent Pontificii, à vulgo paſſim appellatus *porcus S. Antonii*, ut ejus interceſſione, cui gratum ſcilicet illud animal, ſerventur greges † innocui. Commendati etiam ei equi, muli item aſinique, qui & Romæ in Eſquilino ſacras ædes circumeunt, & quo à lupis morbiſque toto anno ſint tuti, majori aræ admoventur. Et tanti S. Antonius. Tanti Italis, ut inclament ſtatim, ſi vehiculum luto hæreat, nomen S. Antonii. Molan. *de pictur. & imagin. cap.* 59. Eleganter Eraſmus in colloq. *πτωχοπλόκιον*: *dies eſt apud nos feſtus.* CO.

Cui

Digitized by Google

Cui divo? AN. *Antonio.* CO. *Fuit is quidem vir bonus, ſed unde dies feſtus?* AN. *Dicam: Abundat hic vicus ſubulcis propter vicinum nemus glandiferum. Et perſuaſum eſt Antonio delegatam curam ejus pecoris: & ideo colunt illum, ne ſaviat neglectus.*

FUNDATIO XIX.

Ædis TEUTONICÆ *Trajectenſis*, *vulgo* 't DUYTSCHEN HUYS.

ANNI CIↃ. CCC. XLVII.

I. Duplex equitum olim ædes. Alia in ſuburbio, quæ quando cœperit incertum. Alia fracta hac & exciſa intra urbem ſuffecta priori multo ſplendidior Ann. CIↃ. CCC. XLVII. Ordo equitum, de quo loquimur, inſtitutus in Syria Ann. CIↃ. CC. XII. ut Siffridus in *Chronic.* Ut Compilatio Chronologica Ann. jam CIↃ. CC. inchoatus. Qua autem occaſione exponit Vitriacus *hiſt. Orient. cap. 66. Cum civitas ſancta poſt ejus liberationem habitaretur à Chriſtianis, & multi ex Teutonicis, & Alemannis, cauſa peregrinationis pergentes Ieruſalem linguam civitatis ignorarent, inſpiravit divina clementia cuidam honeſto & religioſo viro Teutonico, qui in civitate cum uxore ſua morabatur, quatenus quoddam xenodochium de bonis ſuis conſtrueret, in quo pauperibus & infirmis Teutonicis hoſpitalitatem exhiberet. Confluentibus autem ad ipſum ratione commercii, linguæ, & noti ſibi idiomatis, de gente illa multis pauperibus & peregrinis, de conſenſu & voluntate Patriarchæ, quoddam oratorium compoſuit, juxta predictum hoſpitale ſeu xenodochium in honorem beatæ Dei genitricis Mariæ. Longo autem tempore in magna paupertate, tam de bonis ſuis, quam de his, quæ colligebat ex fidelium eleemoſynis pauperes infirmos procurabat. Quidam autem, & maxime de gente Teutonicorum, predicti viri caritatem & meritum attendentes, omnibus renuntiantes, ſe & ſua Deo & predicto hoſpitali tradiderunt, miniſterio pauperum, depoſito ſeculari habitu, voto ſe adſtringentes. Procedente autem tem-*

pere, cum non ſolum de inferioribus Alemanniæ viris Deo devotis, prædicto hoſpitali & Deo ſeſe obligaſſent, pauperetatem voluntariam, & abjecti in domo Dei eſſe magis quam habitare in tabernaculis peccatorum eligentes viſum eſt eis Deo gratum eſſe & acceptum, & magis meritorium non ſolum pauperibus infirmis ſervire, ſed inſuper animas ſuas pro Chriſto ponere, & ab inimicis fidei Chriſtianæ terram ſanctam defendendo, Chriſto tam ſpiritualiter quam corporaliter militare. Hieroſolymis primum cœpit. Captis Hieroſolymis tranſlatus Ptolemaida, Aconem vulgo vocant, quæ ultima in Oriente diu reſtitit Saracenis. Sed & ea tandem capta in Europam migravit, ubi poſtquam Bonuſſos multis prælis adorti vi ad fidem coegerunt, mirum in modum aucti concurſu undique ad eos facto, præmiorum cœleſtium vitæque æternæ ſpe, dum per cædes infidelium flammiſque & incendiis graſſari quiſque ad Deum creditus. Ea cœcitas eorum temporum, ut fortiſſimum hoc exiſtimarint peccatorum remedium, ſi vel corpora infidelium abolerent de terra ipſi, vel abolentes juvarent annona, armis, ſtipendiis, & congeſtis in eos prædiis, ex quibus paſſim tot opes, tot ſplendidæ paſſim ædes, in uſus partim proprios, partim in decumbentium, & vulneribus confectorum, partim in juventutis, eorumque, ex quibus temporis progreſſu militiæ, ut putabant, tam piæ, tam ſalutaris, ſupplementa deinceps lecta.

† Charta Ann. 1255. *Commendator & fratres domus Teutbonicorum apud muros Trajectenſes.* Charta Ann. 1206. *Univerſis hæc viſuris Commendator & fratres domus Theutonicorum extra muros Trajectenſes &c.* Charta Ann. 1317. *Wy Florens Domprooſt t'Utrecht, Herbaren Commanduyr des Duytſchen huys buyten de mueren t'Utrecht &c.* Charta Ann. 1280. *recepi jure homagii à religioſis viris Commendatore & fratribus ordinis beatæ Mariæ domus Theutonicorum juxta Trajectum &c.*

II. Viſæ olim cum alibi, tum etiam Ultrajecti. Et hæ quæ Ultrajecti ſplendidæ admodum & inſignes. Adjunctum iis templum, ſed quod deſtructum jam periit. Varia ædium fortuna. Extra urbem olim ut dixi. Unde & centies in chartis, *extra muros Trajectenſes*, † *apud muros Trajectenſes*, *juxta Trajectum*, *buyten de mueren der Stadt Utrecht.* E regione S. Gertrudis, ut in charta Ann. 1248. *Univerſis præſentem paginam inſpecturis &c. quod nos urgente inevitabili & neceſſaria redemptione Crucis acceptæ à legato fratribus domus Teutonicæ prope eccleſiam S. Gertrudis extra muros Trajectenſes vendidimus quendam manſum &c.* Verum bello exorto, quod tum frequens cum Hollandis, cum vix eſſent fratres adverſus vim tuti, direptionibus, flammis, & prædatoriis inprimis globis continenter expoſiti, deſerta æde in ſuburbanis, à Wilhelmo Comite V. jam everſa etiam & excisa, in urbe aliam extruxerunt, eo nimirum loco, ubi hodie adhuc extant ejuſdem reliquiæ, area ibi ab iis empta juxta ſtabulum epiſcopi. Heda in Ioanne IV. *hiſt. Ultraj. p.* 243. *Contulit aream, juxta quam ſtabulum equorum epiſcopi eſſe conſueverat, haud longe à templo Divæ Mariæ, militibus ordinis Teutonicorum in urbe Trajectenſi, priori ſede per Wilhelmum Comitem diruta.* Extat de ea re epiſcopi ipſius charta Ann. 1346.

III.

III. *In nomine Domini Amen. Iohannes Dei gratia epiſcopus Trajectenſis ad perpetuam rei memoriam. Pateat univerſis, quod cum domus hoſpitalis beate Marie Teutonicorum olim juxta muros Trajectenſes cum eccleſia & officinis ejuſdem deſtructa & penitus diſſipata noſcatur, nec propter certas & rationabiles cauſas nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & civitati noſtre Trajectenſi, ac Provinciali & fratribus dicti Conventus expediret, imo periculoſum foret, ſi dicta domus reſtauraretur ibidem, nos ad honorem Dei, ſancte Crucis, & beate Marie predicte, deliberatione à dilectis nobis Prepoſitis, Scabinis, & Capitulis majoris, S. Salvatoris, S. Petri, S. Iohannis, & S. Marie eccleſiarum Trajectenſium ſuper hoc prehabita diligenti, & de conſenſu unanimi eorundem, Provinciali & fratribus dicta domus pro certa pecunia quantitate nobis perſoluta, & in uſus menſe noſtre epiſcopalis converſa vendidimus, & occaſione hujuſmodi venditionis dedimus & tradidimus predium ſive aream olim ad dictam menſam noſtram epiſcopalem pertinens, ſive pertinentem, ſitum, ſive ſitam, in civitate Trajectenſi predicta, in loco dicto* Sprinckwyck *inter viam ſive* ſtigam *Capituli eccleſie ſancte Marie predicte ex parte una, nec non aream Iohannis de Lanſcroon civis Trajectenſis ex altera, cum edificiis, arboribus, viis, & acceſſibus, pertinentiiſque univerſis, dedimuſque & poſſeſſionem vacuam eorundem, prout olim ad dictam menſam epiſcopalem pertinebat, ad finem, ut Provincialis & fratres predicti de licentia & conſenſu noſtro, quam & quem ex nunc ſuper hoc per preſentes impertimur eiſdem, in eodem predio eccleſiam, capellam, ſeu Oratorium, & officinas pro conventu neceſſarias, cum eis placuerit, conſtruendi, cœmiteriumque ac ſepulturam liberam, cymbala & campanas habendi, ſalvo jure eccleſiarum, à quibus ſepelienda ibidem corpora aſſumentur, miſſarum & aliorum divinorum officia celebrandi, omniaque & ſingula exercendi ſine prejudicio parochialis eccleſie, que ad religioſos hujuſmodi pertinere cenſentur de conſuetudine, privilegio, vel de jure, expeditam habeant facultatem, noſque, in quantum ad nos jure ordinario pertinere dinoſcitur Conventum dicte domus, ut predicitur, deſtructa cum ſuis privilegiis, & libertatibus, & pertinentiis transferimus ad predium ſupradictum. In quorum teſtimonium nos Iohannes epiſcopus ſigillum noſtrum una cum ſigillis eccleſiarum predictarum preſentibus literis duximus apponendum. Et nos Prelati & Capitula predicti ſigilla eccleſiarum noſtrarum predictarum eiſdem literis apposuimus. Datum anno nativitatis Domini* CIↃ. CCC. *quadrageſimo ſexto, menſis Auguſti die ultima.*

IV. Et hæc ædis fundatio. Ordo autem jam diu ante inſtitui cœpit in diœceſi Ottonis III. temporibus, anno circiter 1231. Primum autem de æde intra urbem extruenda ab Equitibus cogitatum, deſtinata ad id area prope S. Nicolai, ipſa S. Nicolai in ſubſidium terræ ſanctæ æde ipſis conceſſa. Et videbatur jam res in eum ſtatum deducta, ut ſperari poſſet ſucceſſus, præſertim metropolitani jam impetrato conſenſu. Sed obortis difficultatibus extra urbem extructa, ubi integrum ferme adhuc ſeculum ſalva perſtitit & illæſa. De aſſenſu conſtat ex literis Ann. 1252.

Conradus *Dei gratia ſanctæ Colonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, dilectis in Chriſto Commendatori & fratribus domus Theutonicæ in Trajecto Salutem in Domino. Rei, quam ita pietati & gratiæ niti conſpicimus, quod à rationis tramite non diſcordat, libenter calculum adjicimus, nec indigne ex noſtræ auctoritatis officio firmitatem, ut dum debitæ rectitudinis vigore ſuffulta conſiſtit indebitæ adverſitatis calumpnia obeſſe minime ſibi poſſit. Ea propter dilecti in Chriſto filii juſtis veſtræ devotionis ſupplicationibus inclinati, ecce cum Venerabilis frater noſter Trajectenſis epiſcopus, & dilectus filius Gnibertus ejuſdem eccleſiæ Præpoſitus ad noſtram petitionem & ſinceræ erga vos zelo pietatis inducti vobis de Prælatorum eccleſiæ ſuæ conſenſu liberam ædificandi infra muros Trajectenſes prope eccleſiam beati Nicolai conceſſerint facultatem, ipſamque vobis eccleſiam cum ſuis proventibus in ſubſidium terræ ſanctæ contulerint perpetuo poſſidendam, & officiandam per fratres ordinis veſtri Sacerdotes, prout ejuſdem Epiſcopi, Præpoſiti, ac ipſorum Prælatorum literis continetur, Nos qui loci Metropolitanus exiſtimus id quod circa præmiſſa à vobis tam pie quam rationabiliter in hac parte factum exiſtit auctoritate metropolitana confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere & ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, & noſtram indignationem ſe noverit incurſurum. Actum & datum Colonia* XIII. *Kal. Novembr. Ann. Dni* M. CC. *quinquageſimo ſecundo.*

V. Præfectus qui ei præerat *Præfectus provincialis.* Vulgo enim ſic dictus, qui ceteris præerat, quotquot erant in eadem provincia, eodem regno, aut terræ tractu. Qui præerat certo tractui in eadem provincia *Præfectus* ſimpliciter. Sub Trajectenſis ditione Præfecturæ erant hæ; Medioburgenſis, Leydenſis, Dierenſis, Otmarſenſis, Carvicenſis, Mos-

Moslandenſis, Doesburgenſis, Rhenenſis, Schoonhovienſis, Scalunenſis, Bunenſis, & Neſſenſis in Friſia. De ſingulis in ſcheda veteri notatum reperi, quod ſequitur.

Van den huyſe van Middelburch.

VI. *Item int jaer ons Heeren* CIↃ. CC. *ende* XLIX. *fundeerde die Duytſchen Oirden een kercke ende Convente van der Oirden in Walcheren tot Santvoorde buten Middelburch op een erve, dat een eerbaer Borger van Middelburch, ende ſyn wyf der Oirden gegeven hadt. Ende deſe was geheiten Claes van Putten. Dair na ſo gaff Grave* Florens *van Hollant Coninck Willems ſoon deſen huyſe meer goets. Ende gaf hem groote digniteyt, ende die heergewade van al Zeelant, van allen heerlicken goeden, diemen van den Grave te leen hout. Als die Grave van Hollant of ſyn outſte ſoon ter hooger vierſchaer ſit binnen Middelburch, ſit de Abt van Middelburch aen de rechter ſyde, ende die Commandeur van de Duytſche Oerden aen de luchter ſyde. Ook gaf deſen Grave* Florens *deſen huſe haer lant vry van ſchote, van bede, ende van heervaert. Ende Heer* Henrick *Heer van Voorn gaff ook der Oirden den heergewade van den lande van Voorn. Ende deſe ſelve Grave* Florens *voorſz. gaff ook der Oirden die parochie kerck tot Noortmunſter St. Peters tot Middelburch* CIↃ. CC. *ende* LXXXIV. *ende int jaer* CIↃ. CCC. *ende* X. *ſo gaf die Oerde die kerck weder in Grave* Florens *handen, want hy in deſelve kerck een Collegium ſtichte, ende hy verſach der Oerden weder mit anderen goeden. Ende int jaer* CIↃ. CCC. *ende* XVII. *deden Heer* Herbern *van Dronghen die Lantcommandeur dat huys ende kerck buten Middelburch afbreken, ende dede dat huys mit een Capelle binnen Middelburch ſetten.*

Van den huſe van Leyden.

VII. *Int jaer* CIↃ. CC. LXVIII. *gaff Grave* Florens *van Hollant die vyfte, alſo genaemt Coninck Willems ſoon der Duytſcher Oirden, die kerck tot St. Peters te Leyden, ende die Oirde timmerde daer een huys.*

Van den huſe van Dieren.

VIII. *Int jaer ons Heeren* CIↃ. CC. *ende* XL. *doe gaff Grave* Adolff *van den Berge der Duytſche Oirden dat huys ende goet te Dieren mit veel Heerlicheden, ende men plach daer een Convent te hebben. Het behoorde eerſt aen des Hoochmeeſters Camer van Pruyſen, ende int jaer* 1420. *quamt aen de Balie van Gieſſen, maer int jaer* CIↃ. CCCC. *en-*

de XXXIII. *doe kocht Heer* Herman *van* Keppel *'t huys van Dieren aen der Balye van Utrecht om drie duyſent Rynſche gulden.*

Van den huſe van Oetmarſen.

IX. *Int jaer ons Heeren* CIↃ. CC. *ende* XC. *ſo was een eerbaer ſchiltboortich Burger tot Oldenſeel int Overſticht van Utrecht in Twente, ende hiet* Liſredus, *ende hadde groot goet. Die ſtichte t'huys tot Oetmarſen, ende ginck ſelver in der Oirden. Naé wort hy een Bernardyt tot Aduwert. Die Grave van Benthem ende meer andere Ridderſchap hebben daer ſint meer toe gegeven, ende het is na aen der Balye van Munſter van Weſtphalen. Ende dat heeft Heer* Dirck *van* Enghuſen *ende Heer* Zweder Cubbinck *gemaeckt, dattet nu behoort aen der Balye van Utrecht.*

Van den huſe van Doesborch.

Extat donatio Henrici de Monte conſentiente Willibrando epiſcopo Trajectenſi facta Ann. 1228. qua jus patronatus eccleſiæ de Doesborch Wilhelmo Præpoſito & fratribus S. Mariæ in Bethlem conceſſum eſt.

X. *Int jaer ons Heeren* CIↃ. CC. *ende* LXVI. *ſo creech die Duytſche Oerden die kerck van Doesborch van den klooſter van Bethlem van de Regulieren, dieſe willichlyck den Oerden overgaven tot beteringe om ſaken wil, die ſy tegens der Oerde miſdaen hadden.*

Van den huſe van Maeslant.

XI. *Int jaer ons Heren* M. CC. *ende* XLI. *gaff Grave* Willem *de* II. *die Oirde de kerck tot Maeslant ende tot Valckenborch. Ende deſe Grave* Willem *wert na gecoren Roomſche Coninck. Grave Florens ſyn ſoon gaff daer na die Oirde die goeden aen den Hofdyck, ende daer ſtichte die Oirde een Convent, ende die kerck van Maeslant boorde mede aen dat Convent, ende die hieten Commandeurs van den Hofdyck ende niet van Maeslant, tot datmen ſcreeff* CIↃ. CCC. *ende* LXV. *Doe dede Heer Henrick van Alckemade Lantcommandeur dat huys ten Hofdyck afbreken by conſent van Hertoch* Aelbrecht *van Beyeren, Rewaert van Hollant, ende dedet ſetten by de kerck van Maeslant, ende die goeden van den Hofdyck mitten Convents Heeren worden t'Utrecht tot den Convent geleyt, om datmen dat Convent van Utrecht te meerre houden, ende den dienſt Godts te eerlycker, te ſtatelicker, ende te beth houden ſoude.*

Van den huſe van Catwyck.

XII. *Int jaer ons Heren* M. CC. XLI. *ſoo gaff Grave* Willem *van Hollant, die na Roomſche Coninck wert der Oirden die kercke tot Valckenburch, ende daer boorden onder twee parochien, Catwyck op ten Rhyn ende Catwyck opter Zee, ende dit ſtont tot datmen ſcreeff* M. CCC. *ende* LXXVIII. *by Hertoch* Aelbrechts *tyden, doe dede Heer* Splinter uten Enge *Lantcommandeur die Cure van Catwyck opten Rhyn*

Rhyn ende opter Zee van den huyſe van Valckenburch nemen metten Commandeurſchap, ende ſette die Cure ende een huys tot Catwyck opten Rhyn, ende Valckenborch bleeff een Paſtoorſchap op hem ſelven. Want daer was een Capelle tot Catwyck, daer hadden ſy alle dagen miſſe, ende dat volck van der zee was den kerckganck te verre, daerom wert dat gedaen.

Van den huſe van Rhenen.

XIII. *Int jaer ons Heeren* CIↃ. CC. *ende* LXVIII. *doe gaff Grave Egbertus van Benthem die kerck tot Rhenen der Duytſcher Oirden, ende Grave* Otto *ſyn ſoon gaffe mede.*

Van den huſe van Schoonhoven.

XIV. *Item int jaer ons Heeren* M. CCC. *ende* XC. *doe gaff Grave* Guido *van Bloys der Oirden die kerck van Schoonhoven, ende daer toe noch ander goeden, ende de Oirden hadde den keur, off ſy die kerck tot Schoonhoven, of die kerck ter Gonde hebben woude, mer hem docht dat Schoonhoven geſienre waer te betonen dan der Gonde, ende namen die kerck van Schoonhoven.*

Van den huſe van Scalunen.

XV. *Int jaer ons Heeren* M. CC. *ende* XX. *doe gaff Heer Derick Heer van Altena der Oirden die kerck van* Scalunen *mit eene hoeve lants, daer ſy op ſtaet, ende mitten tienden van den Dorpe. Voort ſo gaf hy noch die Heerlicheyt van Scalunen, ende die viſſcherye een deels in die* Gielſen, *ende noch drie hoeven lants. Dit beeft die Heer van Hoorn ſyn broeder ende rechte erfgenaem mede geconfirmeert.*

Van den huſe van Bun.

XVI. *Int jaer ons Heeren* M. CC. *ende* LXXI. *ſo hadden veele goede Heerſchappen, ende andere luden der Oirden veele erven, venen, ende andere goeden gegeven int Overſticht van Utrecht en Drente, ende daer ſtichte die Oirde een huys in den Buerſchap van Bun int ſelve jaer, ende daer wert een Convent van Iuffrouwen oft Suſteren van der Oirde. Het was lange jaren onder die Balye van Weſtphalen, mer by Heer Gooſens tyden van Gaerner, ſo betaelden Heer Gooſen Lantcommandeur der Balyen van Weſtfalen vyftien hondert pont, ende daer meyn ick dat hy Bun daer weder voor kreech.*

Van den huſe van Neſſe in Vrieslant.

XVII. *Int jaer ons Heeren* CIↃ. CC. *ende* XCVIII. *ſo hadden veel goeder Heerſchappen ende andere luden uyt Vrieslant der Oirden gegeven vele erven ende andere goeden, ende die kerck tot Neſſe, ende*

daer

daer ſtichte die Oirde een Convent van Prieſteren van der Oirden; ende oock waren ſommige † *Sargant-broeders mede uyt Vrieslant, maer ſy en hadden nie* * *Ridder-broeders.*

† Miniſteriales, armigeri.

* milites, equites.

Van den huſe van Scothen.

XVIII. *Int jaer ons Heeren* CIↃ. CC. *ende* XCIX. *ſo hadden vele Heerſchappen uit Vrieslant, ende andere goede luyden uyt Vrieslant der Oirden gegeven veel landen ende erven in de parochie van Schoten, ende van den Kuynre, ende anders waer. Ende doe ſtichte die Oirde een huys ende Convent tot Schoten, ende daer woonden lange jaren Iuffrouwen van der Oirden, ende nae Prieſterbroeders van der Oirden, ende* † *Sargantbroeders, maer geen Ridderbroeders.*

† Vid. *lib. 4. de Nobilit. cap.* 20.

Van den huſe tot Tiel.

XIX. *Dat huys tot Tiel dat ſtont eerſt buten Tiel tot Hemert ende die Oirde timmerde dat huys eerſt Ann.* 1270. *ende Ann.* 1328. *mangelde Heer* Iohan *van* Hoenhorſt, *Lantcommandeur mitten Canonicken van St. Walburch te Tiel om ander goet, ende die Canonicken waren tot Aernhem ter woon getogen, ende ſy gaven die Oirde die kerck tot St. Walburch. Die Lantcommandeur brack dat huys tot Hemert af, en ſettent binnen Tiel tot St. Walburch. Mer doe was Tiel noch Brabants.*

XX. In Belgio ergo fœderato, quæcunque erant Ordinis, ubique adminiſtravit Præfectus Provincialis à Magiſtro Ordinis ad id miſſus. Quæcunque in certis territoriis qui *Præfectus* ſimpliciter. Primus, qui Ultrajecti Præfectus provincialis Antonius fuit van Prinshagen, de quo in veteri Chronico: *Doe wert dair een Commandeur van der Duytſcher Oirden van den Meiſter van Duytslant geſent geheten Heer* Antonis *van* Prinshagen, *ende was Heer van Prinshagen Ridder ſyn ſoon, ende was geboren uyt den lande van Limborch. Ende deſe Heer* Anthonis *ſonde alle die goeden, die der Oirden gegheven worden in den Geſtichte van Utrecht, in Hollant, in Zelant, in Vrieslant, ende in Gelrelant regieren. Ende deſe tymmerde op Heeren* Zweders *goet van* Ringenborch *buten by der Stadt van Utrecht aen die Weſtzyde van dat onde kerckhoff, daer ſinte Gertruden kerck plach te ſtaen, eer ſy binnen der Stadt geſet wert. Ende hy timmerde daer een Convent van der Duytſcher Oirden, ende hy bleef een Commandeur ſyn leven lanck. Ende hy hielt dair mit ſyn Heeren een goet Oirdelyck leven. Ende dit was begonnen te tymmeren int jaer ons Heeren* M. CC. *ende* XXXII. *Ende dit Convent ſtont dair buten Utrecht op die ſtede tot die vierde* Willem *Grave van Hollant, die*

die Stadt van Utrecht belegt hadde, ende doe lach die Grave in dat Convent voorſz gelogiert, mit een Hertoch ende twaelf Graven.

Item als die Grave Willem *van Hollant mit ſo grooten macht voir die Stadt van Utrecht quam, ſo tooch die Lantcommanduyr mit ſynen medebroeders mitter haeſt, mit allen ſynen cleynoden, huysraet, ende beeſten binnen de Stadt van Utrecht. Ende die Stadt dede dat meeſte deel mitter haeſt branden, die kerk, ſael, reventer, ende dormiter.*

Item als daer na Grave Willem *van Hollant wech was, ſo ſpraken die Biſſcop* Iohan *van Arckel ende die Stadt van Utrecht mit Heeren* Goſen *van* Gaerner, *die doe Lantcommanduyr was, ende worden the rade, datmen dat huys mitten Convent binnen Utrecht ſetten ſoude, ende het wert buten al t'ſamen ofgebroken. Ende int jaer ons Heeren* M. CCC. *ende* XLVII. *opten anderen dach van Meye op eenen Woensdage ſo begon Heer* Goſen *van den* Gaerner *te tymmeren die kerck ende ſael van den Duytſchen huyſe binnen Utrecht, ende in* XI. *jaren waſt al volmaeckt binnen ende buten, ende wael verſiert, ende die kerck wert gewyt van enen Wybiſſcop, geheiten Biſſcop* Iacob. *Ende die kerck ende die ſael, coſten tuſſchen tien ende twaelf duſent olde ſcilde, dair ſom die rekenſcap of geſien hebben.*

XXI. Lapſu temporis creatus à Præfectis communiter Præfectus provincialis, à Magiſtro Ordinis approbatus. Quæ approbatio tamen deſiit, poſtquam in Ordines Magiſtri jus tranſiit. *Overleveringe gedaen by den Ed. Geſtrengen Heer Lantcommandeur binnen Utrecht, in crächt van de Acte van de Heeren Gedeputeerden van de Ed. Mog. Heeren Staten 's Lants van Utrecht in date den* XXV. *Ianuar.* 1616. *Die Lantcommandeurs worden by electie van de gemeen Commandeurs gecoren, die in den ouden tyden d'approbatie verſochten aen den Duytſchen Meeſter, niet wetende, datſe eenige verderen eedt deden.*

Als eenige Commandeuryen werden geconfereert paſſeert den gebeneficeerden Renverſael, alvorens hy d'adminiſtratie ofte regeeringe van de Commandeurye aenvangt, dat hy deſelve Commandeurye, ende de goederen mit den aencleven van dien ſal bewaren, ende regieren, als een goet Commandeur toeſtaet, ſonder deſelve te mogen beſwaren of te belaſten, buyten conſent van den Lantcommandeur ſonder verderen eedt te doen.

XII. Magiſtro olim in temporalibus & ſpiritualibus ſummum jus, & inſtar Regis aut Principis circumfuſa ei majeſtas. Ex veteri Chronico: *Die Hoochmeiſter van Pruyſſen is die alre Overſten van der Oirden int geeſtelyck ende int weerlyck, Want int geeſtelyck is hy die Overſte gebieder over die Oirdens perſonen, ende int weerlyck ſo is hy gelyck een Coninck, Vorſt, ende Prince gerekent, overmits die groote beerlycke landen, daer hy Heer van is van der Oirden wegen. Deſe Hoochmeeſter heeft onder hem hoch twee Meiſters, als die Meiſter van den Duitſchen ende van Walſchen lande, ende die Meiſter van Lyflant. Die Hoochmeiſter is een recht vry Lantheer van allen den Landen van Pruyſſen, ende in Pruyſſen is ſyn overſte woonſtadt, ende daer heeft hy onder hem groote Commandeuren, ende Voochden van der Oerden, die die Sloten, Steden, ende Landen regieren van des Meyſters wegen. Oock ſyn in Pruyſſen vier Biſdommen, die onder den Oirden behooren, die drie ſyn Biſſcoppen van der Duytſcher oirden, ende die vierde is een werelitlyck Biſſchop ſonder Oirden habyt.*

Die Meyſter van den Duytſchen lande is onder den Hoochmeiſter, ende hy is een Overſte ende Heer van Steden, Sloten, Conventen, huſen, erven, goeden, ende perſonen, die die Oirde heeft in alle Duytſche landen. Mer die Walſche landen, dat ſyn Apulien, Romanien, Lombardyen, Spaengien, Sicilien &c. Deſe Meiſter van Duytſchen lande heeft onder hem in vele Landen groote gebiedigers ende Lantcommandeurs. Ende die Lantcommandeurs ſyn Heeren ende Overſten over een deel Lantſchappen, ende dat heet een Balye. Ende alle datter Oirden toebehoirt, dat gelegen is in dier Balye binnen dien Lantſchappe, daer ſyn ſy Heeren, Prælaten, ende Overſten af. Die Lantcommandeurs hebben onder hem Commandeurs. Die Commandeurs ſyn Prælaten ende Overſten van een Convent, oft huys of Heerlicheyt, ende religieuſe perſonen, die daer onder horen ende wonen, ende deſe Commandeurs heten Gebiedigers van dier Balye.

Die Meiſter van Lyflant is onder den Hogen-Meiſter, ende is oock een Vorſt ende Prince gerekent, ende hy is een Heer van des Hoochmeiſters wegen, van alle den Steden, Sloten, Landen, ende luyden des Lants van Lyflant, ende hy heeft onder hem groote Gebiedigers, Commandeurs, ende Voochden, die die Landen van ſynre wegen regieren. Oock heeft hy onder hem in Lyflant ende in Courlant, enen Eertsbiſſchop, als den Eertsbiſſchop van Riga, ende vier andere Biſdommen.

XIII. Abunde admodum ex his patet, quod Magiſtri ordinis olim duo, Teutonicus, & Livonicus, & quod uterque olim paruit ſupremo ordinis Magiſtro, cujus ſedes Boruſſia, quod Regum inſtar in tempora-

poralibus, in ſpiritualibus Prælati, quod & ipſi pars cleri, & equites, quos regebant, quamvis nobiles & illuſtres, ipſi etiam epiſcopi, ſacerdotes, diaconi, eodem voto obſtricti, quo & ceteri religioſi, paupertatis nimirum, *caſtitatis, & obedientiæ. Solennis enim eorum ſponſio, quod & *tuitionem fidei Catholicæ teneant, & cum divino præſidio ſervent hæc tria, quæ promiſſa ſunt Deo, videlicet caſtitatem, obedientiam, hoc eſt, quod adimplebunt, quicquid eis erit injunctum à ſuo Magiſtro, atque vivere ſine proprio, quoniam Deus requiret hæc tria ab eis in ultimo judicio*, ut in libro Statutorum eſt Hoſpitalis Hieruſalem *tit. 2. pr. Fratres* etiam dicti, Græcis paſſim φρέριοι, verum fratres *militares*, Deo & religioni militantes contra eos, qui hoſtes religionis. Oſaſc. *deciſ. Pedemont.* 27. *n.* 1. & 17. Fratres etiam *religioſi*, quod velut vindices fidei gererent rem & armis & precibus apud Deum. Precibus dico apud Deum. Nam & miſſa † ab iis dicta, & ex his etiam plebani, parochialium eccleſiarum Rectores, Curati &c. Charta Ann. 1307. *Guido Dei gratia epiſcopus Trajectenſis dilectis ſuis in Chriſto Commendatori & fratribus hoſpitalis ſanctæ Mariæ Theutonicorum Ieroſolymitani, commorantibus apud Trajectum, ſalutem & ſinceram in Domino karitatem. Conſiderantes devotionem veſtram, qua divinis obſequiis ſemper inſiſtitis, ac affectum veſtrum, quo perſonam noſtram per longiora tempora proſequi non ceſſaſtis, dignum reputavi & debitum, ut qui juxta exigentiam veſtrorum meritorum utilitati veſtræ ac commodo tenemur intendere, & neceſſitati providere, vos & ordinem veſtrum attollamus gratia ſpeciali. Ut igitur fructum ex meritis veſtris conſequamini aliqualem auctoritate ordinaria diſpenſative perpetuo indulgemus, quod fratres ordinis veſtri clerici poſſint aſſumi in civitate & diœceſi noſtra ad regimen parochialium eccleſiarum, & curam habere ipſis eccleſiis annexam, ſive ad vos vel ordinem veſtrum pertineant pleno jure, ſive ipſis fratribus veſtris aliunde conferantur, ut eo libentius cultui bonitatis inſiſtatis, dummodo infra tempus à jure ſtatutum ad ordinem, quem onus ipſarum eccleſiarum requirit, ſe fecerint promoveri. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus præſentibus appendendum. Datum anno Domini* CIↃ. CCC. VII. *in vigilia purificationis beatæ Mariæ virginis.* Alia Anni incerti: *Rudolphus de Rutenberch Præpoſitus & Archidiaconus eccleſiæ ſanctæ Mariæ Trajectenſis univerſis & ſingulis presbyteris, capellanis, & clericis nobis ſubditis, ad quem vel ad quos præſens noſtrum mandatum pervenerit, ſalutem in domino. Præſentato nobis religioſo viro fratre Lamberto Lamberti ordinis Teutonicorum beatæ Mariæ Iheroſolymitanorum ad eccleſiam parochialem S. Nicolai in Scalmen noſtri Archidiaconatus prædicti vacantem ad præſens per liberam reſignationem religioſi viri fratris Gerardi de Thiele &c.*

* Ex libello Ordinibus à Præfecto Provinciali oblato Ann. 1616. XXV. Januar. *Dat alle die van ouden tyden in den Ridderlichen Duitſchen oirden ſich hebben begeven, ende geadmitteert ſyn, hebben als ſy Oirdens worden gedaen beloften van reynicheyt, goetwillige armoede, ende gehoorſaemheyt, ſonder te weten van eenigen verderen eedt.*

† Aleydis *uxor quondam domini* Johannis *de* Avennis *notum facimus univerſis præſentia viſuris, quod nos Commendatori & fratribus domus Teutonice beatæ Mariæ in Trajecto ad opus pitantia ipſorum*

redditus viginti ſolidorum Hollandenſium contulimus annuatim perpetuo recipiendos, ex nunc dantes de aſſignamento noſtro in theloneo de Niemanſvrient *ad feſtum beati Martini hiemalis. Et ſi contingat dictum aſſignamentum per Comitem Hollandiæ à nobis vel noſtris ſucceſſoribus redimi, volumus & præſentibus ordinamus, quod pro dictis viginti ſolidis decem libræ Hollandiæ, de dicta redemptionis pecunia Commendatori & fratribus domus prædictæ primitus integre perſolvantur, & cum eiſdem annuales reditus comparentur ad habendam perpetuam*

XXIV. Armis autem uſi non tantum per ſe ipſi, ſed per gregarios etiam milites, qui ad ſolidos ſerviebant. *Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Magiſtro & fratribus hoſpitalis ſanctæ Mariæ Theutonicorum Iheroſolymitanorum Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum vos tanquam ſpeciales eccleſiæ Romanæ filios veſtræ religionis intuitu & conſideratione obſequii, quod Deo ferventer impenditis in ultra marinis partibus in defenſione Chriſtiani nominis diligamus, veſtris precibus inclinati auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut nemini liceat ſine ſpeciali mandato Romani Pontificis in laicos veſtros, quorum aliqui vobis gratis, alii vero ad ſolidos ſerviunt, excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgare, &c.*

XXV. Non omnes aut militiæ aut ſacramento militari ad militandum adacti. Erant & qui domi curabant ſacra & rem divinam, qui conducti non tantum, ſed & gratis præſtabant operas, & ſe & ſua omnia ipſi Ordini offerentes, *Donati* vulgo dicti, *Oblati* &c. quibus præerat major domus, *Huyscommandeur* dictus. Inter hos autem & fœminæ. Et notabile eſt exemplum, quo duobus cum filiis & omnibus ſuis bonis ob remedium peccatorum mater ordini ſe offert, alterum autem filium, qui impubes adhuc, exhæredat, ſi pubes factus mutet & ad ſeculum revertatur. Charta eſt Ann. 1285.

Univerſis præſentes literas viſuris & audituris Aleydis *uxor fratris Bertoldi de Radine ordinis domus Theutonicæ*, Walterus & Bartholomeus *ejus filii Salutem & notitiam veritatis. Quia vita hominum fragilis & vita hominum eſt labilis, geſta humana, ne lapſu temporis ipſis defluant, non ſolum teſtium præſentia, ſed etiam ſcripti certitudine ſolent perhennari. Noverit igitur univerſitas veſtra, quod nos temporalium bonorum fluxibilitatem, & cœleſtium bonorum æternitatem ſollicite attendentes ſic per ipſa bona temporalia tranſire affectamus, ne quod abſit etiam aliquatenus amittamus. Ea propter nos & noſtra omnia Deo obtulimus, & ejus ſanctiſſimæ genitrici, promittentes & voventes nos ſollempniter habitum ordinis ſanctæ Mariæ Theutonicorum apud Trajectum ſuſcepturos, & in eo perpetuo ſub debita obedientia & diſciplina Deo & ejus genitrici voluntarie militare, quamdiu præſens ſeculum eos tenebit, & nihilominus omnia bona noſtra corporalia eidem domui & ordini in ſubſidium terræ ſanctæ libere transferimus & reſignamus cum omnibus juribus & pertinentiis eorundem bonorum, & de eis inveſtientes domum & ordinem antedictos. Ac de bonis eiſdem ea quæ ſequuntur propriis duximus vocabulis exprimenda, videlicet in* Wappenvene *duas domos, item in* Surebeke *in domo Rengheri unam decimam, item in domo* Altinghen *unum modium & dimidium ſiliginis, & duos modios ordei ſub certo pacto, item aream unam ſitam in Oſtervocht, quæ ſolvit*

ſub

Digitized by Google

ſub certo pacto quinque ſolidos, & decem pullos in feſto omnium Sanctorum. Prædicta bona ſpecialiter ad me Aleydim prædictam ſpectantia, cum ſuis juribus & omnibus pertinentiis dictæ domui Theutonicæ duxi perpetuo ſimpliciter reſignanda. Hæc vero quæ ſequuntur juris & proprietatis ſunt noſtri W. *&* B. *prædictorum, videlicet in Surebeke in domo* Rengheri *unum modium annonæ, quod eſt feudale, item in* Wollenhoe *tertiam partem domus de duabus domibus. Una domus jacet in* Weſtkercke, *alia ſuper Suolbe. Hæc ſunt feudalia. Item decimam & juriſdictionem in quinque manſis in parochia de* Broklede *in loco, qui vulgariter dicitur* Currich, *omnia bona noſtra propria. Item aream noſtram ſitam juxta caſtrum in* Wolenhoe, *quæ erat prædeceſſorum noſtrorum. Item in* Waneppervene *decem manſus, qui ſolvunt decem urnas butyri, quæ vulgartier dicuntur emmer. Item in prædicto loco undecim menſuras butyri. Item in Drente in villa una, quæ vulgariter dicitur Weſepe, duas domos cum hominibus & ſuis pertinentiis. Et hæc omnia ſunt proprietates noſtri* W. *&* B. *prædictorum, ut dictum eſt, quæ ſcilicet cum ſuis juribus & omnibus, ſicut jacent, prædictæ domui Theutonicæ reſignamus. Præmiſſa itaque omnia eo modo, quo dictum eſt, rata & inviolabilia perſiſtere volumus, dum nimirum prædictus, qui adhuc impubes eſt, in dicto habitu & ordine perſeveraverit, poſtquam tempus impleverit pubertatis. Si vero idem* B. *quod abſit, extunc ad ſeculum rediverit, habebit omnia bona feodalia, & aream in Wolenhoe, quam prædeceſſores ſui inhabitare conſueverunt, & homines ſiqui nobis attinent, & nulli glebæ ſunt aſtricti, & nihilominus idem* B. *in bonis fratris ſui mediam recipiet portionem, ceteris omnibus, quæ prædicta ſunt, in debito robore legitime duraturis, ita quod ipſe* B. *in bonis maternis nullam portionem, ſi ad ſeculum redierit, poſſit requirere vel habere. Ut autem hæc rata & firma permaneant, renuntiamus omni exceptioni, vel defenſioni, quæ contra præmiſſa aliquatenus competere nobis poſſint. In cujus rei teſtimonium & certitudinem ſigilla honorabilium virorum dominorum* Henrici *Abbatis monaſterii S. Pauli Trajectenſis ordinis S. Benedicti, &* Giſelberti *Præpoſiti eccleſiæ S. Mariæ Trajectenſis præſentibus apponi rogavimus, quia ſigilla propria non habemus. Et nos Abbas & Præpoſitus prædicti proteſtamur nos ad preces eorundem* A. W. *&* B. *ſigilla præſentibus appoſuiſſe. Datum anno Domini* CIↃ.CC. LXXX. *quarto in die Apoſtolorum Simonis & Judæ.*

noſtri memoriam inter Commendatorem & fratres antedictos, qui tempore vitæ noſtræ de ſancto Spiritu & poſt deceſſum noſtrum in die obitus noſtri pro animabus noſtris in noſtram commemorationem annis ſingulis in perpetuum miſſarum ſollemnia celebrabunt. Rogantes Comitem Hollandiæ, quicunque pro tempore fuerit, ut præmiſſa faciat in animæ ſuæ ac noſtræ ſubſidium inviolabiliter obſervari. In cujus rei teſtimonium præſentes literas ſigillo noſtro fecimus ſigillari. Datum Ann. Dne M. CC. LXXX *tertio, feria ſecunda poſt Invocavit.*

XXVI. Et hactenus quidem charta hæc. Rationabilis nec ne alia eſt rurſum quæſtio. Nam aut impubes teſtatur hic, qui teſtari non poteſt §. 1. *Inſt. Qui non & perm. fac. teſt.* aut mater eſt, quæ teſtatur, ſed quæ teſtatur de iis etiam, quæ ipſius non ſunt, quæ impu-

berem exheredat, & nec pure exheredat, nec juſta etiam de cauſa, quæ prorſus juri contraria, *pr. Inſt. de leg. Falcid. l.* 3. §. 1. *ff. de lib. & poſth. her. inſt. nov.* 115. *cap.* 3. Quicquid ſit, ſufficit ſi probem id, quod probandum, fuiſſe & qui ultro ſervitio fratrum devovebant ſe æternæ ſalutis ſpe, & *propter Deum*, ut loquebantur tum. Faciebant autem indiſtincte id, & viri & fœminæ, & quicunque tandem eſſent & plebeji & nobiles. Ipſi equites, quotquot erant, proſapia omnes nobili, & quorum vetus nobilitas. Plebeji, ſeminobiles, obnoxii aliis non admiſſi, & ne nobiles quidem, ſi obnoxii, ut charta hæc argumento eſt.

* Allen den ghenen ende eenen ygelicken, dien deſen onſen openen brieff gethoent ſal worden, ende ſonderlinge den Edelen, Vromen ende voorſienigen mynen Heeren den Stadthouder generael ende anders den Heeren van den Raide in Hollandt, Wy Burgermeeſteren, Scepenen, ende Raide der Stede van Dordrecht Saluyt, ende eerwaerdicheyt mit kennniſſen der waerheyt. Doen te weten, oirconden, ende certificeren voor die gerechtige waerheyt, dat op huyden datum des briefs voir ons in onſen Raide gecomen ſyn, ſelven

Nobiliſſimo Dno Florentio Comiti Hollandiæ frater A. domus ſanctæ Mariæ Theutonicæ dictus Magiſter in partibus inferioribus una cum fratribus ſibi commiſſis tam devotas quam debitas orationes in Domino. Quum à vobis & viro ſtrenuiſſimo domino Wilhelmo Comite patre veſtro non ſolum favorem verum & multa beneficia percepimus, ad mandatum noſtrum & ad mandatum veſtrum ſtare volentes vos per præſens ſcriptum certos reddimus, quod de cetero nullum hominem, qui vobis exactiones ſolvere tenetur, & cujus hereditatem percipietis, in noſtram fraternitatem & protectionem ſine veſtro conſenſu recipiemus, & ob majorem certitudinem præſentem ſcedulam ſigilli noſtri munimine roboravimus. Datum anno Domini CIↃ. CC. XXXII. *tertio Idus Aprilis.*

XXVII. Liberi equites ab omni cenſu, vectigali, tributo, Imperatorum, Pontificum, Principumque decretis conceſſa ipſis immunitate, non minus quam clero, * ut exempli tantum cauſa: *Henricus Dei gratia Trajectenſis epiſcopus omnibus præſentia viſuris notum facimus, quod nos dilectorum in Chriſto Religioſorum virorum Commendatoris & fratrum domus Theutonicorum Trajectenſium domino Deo ſub regulari obſervantia jugiter famulantium devotionem in domino commendantes eiſdem, ut grutam noſtram Trajecti ad opus dicta domus Teutonicæ Trajectenſis neceſſariam gratis recipiant & habeant, & inſuper ut bona & res dictorum Commendatoris & fratrum domus Trajectenſis ad victum & veſtitum ipſorum neceſſarias per noſtra thelonea ſine receptione thelonei libere pertranſeant in favorem religionis pro divina miſericordia & noſtrorum remedio peccatorum favorabiliter concedimus & donamus auctoritate præſentium literarum. Datum Amersfoort anno Domini* CIↃ. CC. LVIII. *in craſtino beati Pauli.* Indignum ergo viſum, ut cuiquam obnoxius aut cenſualis eſſet is, qui à cenſu immunis eſt, nam hæc prorſus ἀσύμφωνα, vel nexu, quo obſtrictus

ſtrictus, ſolvatur eo ipſo, quo in ordinem cooptatus, ne ſic alteri invito auferatur ſuum jus, contra leges expreſſas *l. 2. ff. de b. qu. ſu. vel al. jur. §. 2. Inſt. eod. l. 2. §. 16. ff. neq. in loc. publ.* Unde & quod miretur quis, nec admiſſus, qui obæratus. Mox ex decreto 18. Iul. 1623. *Verthonende van hun Adelicke quartieren, ende gelibereert weſende van alle laſten ende ſchulden na des ordens gebruyck, ende mits dat hy mede ſoude ſtellen ſuffiſante cautie &c.*

XXVIII. Et proſapiam quod attinet, probanda etiam nobilitas, ſi hæc dubia conttoverſa. Probanda autem idoneis & legitimis documentis, *l. 19. ff. de rei vind.* Per teſtes inprimis, verum non quoſvis. Per nobiles tantum, non plebejos. Plebeji hic non auditi. Per nobiles etiam non quoſvis, ſed qui ejuſdem provinciæ, ex qua quis oriundus. Probanda item nobilitas paterna maternaque, qnod avi nobiles proavique, & utriuſque quidem ſexus. Et poſtquam purior Dei cultus Ultrajecti præpotuit probanda etiam religio. Pontificii enim non admiſſi. Nec invitis Ordinibus Reformatus etiam quiſquam, & niſi fiſco illatis prius florenis xxv. Ut probem, quod dico, adducam inſtrumentum ex equitum Chartulario, quod eſt Ann. 1622. quo pleraque hæc continentur:

Alſo volgens de Reſolutie van den xiv. *Novembr.* 1622. *by den Hooch ende Welgeboren Heere Grave* Ernſt Caſimir *van Naſſau Stadholder van Vrieslant in plaetſe ſynes gelieffden ſoons Grave* Henrick *van* Naſſou *Lantcommandeur der Balye des Ridderlicken Duytſchen ordens binnen Utrecht, ende de gemeen Commandeurs der ſelver Balye onder anderen geſloten ende gearreſteert was, dat van doen voortaen volgens des Ordens gebruyck ende als recht niemant enich expectatyff om namaels plaets in de voorſz. Balye te vercrygen verleent, ofte in deſelve Balye geadmitteert en ſonde mogen worden, voor ende aleer vertoont ſonde weſen verclaringe van de Edelen Staetsgewyſe comparerende ofte des ſelfs ordinaire Gedeputeerden van de plaetſe, daer ſy luyden ende hare ouders van daen ſyn, onder de hant van den geſworen Griffier oft Secretaris, van dat ſy geboren waren van goede Edelluyden, hebbende haer vier Adelycke quartieren, als twee van 's vaders ende twee van 's moeders ſyde, ende als dan voorts preſteerden, 't gene by voorgaende Reſolutien wort gerequireert, dat mede ter reſidentie in de voorſz. Balye wel in ordre als Edelluyden toeſtaet geadmitteert ſonde worden den tegenwoordigen Heere van Wulp, daer na den ſoon van den Heere van Sandenburgh, genaemt Ior.* Floris Borre *van* Amerongen, *ende daer na de ſoon van den Colonel*

in perſone, Aert Adriaenſe Wilneer Schout tot Heeraertsberge geweeſt, *Aert* Hermans ſoon, Gherit Heynen ſoon, ende Claes Gerritsſen, nu ter tyt Heemraden tot Heeraertsberge voirnoemt witachtige mannen, ende waerdich van gelove, ende hebben mit opgerechten vingeren, geſtaefts eedts aldair voir onſen Raide lieflicken ten heyligen geſworen, ende te ſamen rechtelic daer toe ontboden, gedaecht, ende vermaent weſende, geaffirmeert, bekent, ende verclaert, dat alle alſulck landt als den Lantcommandeur

van Utrecht liggende heeft in Berchambocht bynnen Zuythollant, noyt naeſt deeſe xxv. of dertich jaren, ofte by heuren gedenckeniſſe ofte wetenſchappe gecontribueert, ende mede gegouden ende betaelt heeft an eenige ongelden, rutergelden, ofte anders, dan alleenlicke betaelt heeft van den mergentalen bynnens bans, te weten van huysgelt, molengelt, maelgelt, ende diergelyke binnens bans, ende anders niet. Ende want deſe voirſz perſonen, dit altoos by haren eedt bekent ende geruycht hebben, en-

lonel Uyttenhove, *genaemt* Willem *van* Uyttenhove, *als dewelcke by voorgaende Lantcommandeurs expectativen waren verleent, mits alvorens verthonende van hun Adelicke quartieren, ende gelibereert weſende van alle laſten ende ſchulden na des ordens gebruyck, ende mits dat hy mede ſoude ſtellen ſuffiſante cautie voor ſo veel des noot ſoude mogen ſyn voor die afhoudinge van alle moeyeniſſe, die ymants ter cauſe van de ſchulden by hem gemaeckt ofte noch te maken, op eenige des Ordens goederen ſoude willen moveren, hoewel geene Commandeurs, ofte oock Lantcommandeurs, veel min die gene, die tot de reſidentie ſyn geadmitteert tot laſte van de Balye ofi Commandeurie reſpective, ofte der ſelver goederen reſpective eenige ſchulden mogen maken, ofte deſelve goederen beſwaren, vervreemden, ofte veralieneren, Soo waſt dat omme te voldoen de voorſz Reſolutie den voornoemden Heere van Wulp hadde doen verthonen, dat hy van ſyns vaders ſyde hadde de twee quartieren van* Reneſſe *buyten diſpute van Adelicke afcomſte, ende van ſyns moeders ſyde de twee Adelicke quartieren, alſe een van die van Hattum, die ter plaetſe van hare geboorte altyts voor Edelluyden gehouden ende gereputeert waren geweeſt, oock by de grooiſte, verthoonende daer toe enich beſcheyt ende diverſche brieven, ende het tweede Adelicke quartier van die van* Wael, *die als Riddermatich ter vergaderinge van de Heeren Staten 's lants van Utrecht waren verſchreven, preſenterende nopende de afhoudinge van ſchulden vorens gementioneert, ende het onderhout van alle goede Ordens ſtatuten ende reſolutien genoech te doen, ende te caveren naer behooren. Dat oock Ior.* Willem Bor *van* Amerongen *Heere tot Sandenburch in den naem van Ior.* Floris *ſynen ſoon, omme de voorſz Reſolutie na te comen, hadde doen verthonen by verſcheyden brieven van de Heeren Staten 's lants van Utrecht, dat hy als Riddermatich ter vergadering der ſelver dickwils gecompareert was geweeſt, ende dat genoech notoir was, dat hy van ſyns vaders wegen was van goede Edelluyden, ende van ſyns moeders wegen, dat hy was van die van Pallaes, die geweeſt waren Heeren van Sandenburch by het Ridderboeck voor Edelluyden erkent, vermogens het extract by hem neffens ſekere ſcriftelycke genealogie van* Pallaes *tot dien fine geexhibeert, boven die aſſertie van de Ridderſchap ter vergaderinge van de Heeren Staten voornoemt compererende, derhalven tot ſyn voordeel gedaen, ende aengaende de quartieren van ſyn huysfrouw, dat deſelve van haer vaders wegen was die van* Daerl, *ende die hy vertoonde te ſyn Riddermatich, ende van haer*

moe-

moeders wegen, dat ſy was de dochter van de ſuſter van Ior. Aernt *van* Wallenaet *in ſyn leven Heer van Duvenvoorde, ende alſulcks van Adelycke afcomſte volgens de certificatie van den Heere van* Obdam, *ende vier Edelluyden comparerende in de Staten van Hollant als Ridderſchap, Dede leſtelycken Heer* Anthonis *van* Uyttenhove *Colonel, ende Gouverneur van Doesburch ende Emmerick, omme na te comen de voorſz Reſolutie vertoonen, dat ſyn ſoon Ior.* Willem *van* Uyttenhove *hadde ſyn vier Adelicke quartieren, alſe van ſyns vaders wegen den naem ende het wapen van* Uyttenhove *geſproten uyt de Stadt van Gent, alwaer ende voorts door geheel Vlaenderen, die van* Uyttenhove *gehouden worden voor Riddermatich, verthonende daer toe de gedruckte caerte, daer by de Edelen van Vlaenderen met hare wapenen, ende onder anderen die van* Uyttenhove, *met gelycke wapenen, als den Colonel voorſz worden geannoteert, ende daer toe by twee gerechtelycke certificatien van twee Riddermatige perſonen, onder het ſegel van de Stadt van Gent &c. daer by bleecke, dat die voornoemde Colonel van de voorſz Uyttenhovens is gedeſcendeert. Vertoonden noch, dat ſyne Colonels moeder was van den ſtamme van* Ketel, *exhiberende certificatie van Riddermatige perſonen onder de hant van den Secretaris van Doesborch, dat d'ſelve waren goede Edelluyden, ende dat ſyn moeder daer van was gecomen, ende aengaende de quartieren ſynre huysfrou, moeder van de voorſz Ior.* Willem *van* Uyttenhove, *dat die hadde den naem ende wapen van Reneſſe, buyten alle twyfel altyts voor Edelluyden bekent, ende ter vergaderinge van de Heeren Staten van Utrecht verſchreven waren, conde blycken uyt verſchyde brieven van beſchryvinge, onder de hant van de Heeren Staten voornoemt, ende daer toe den naem ende wapenen van Schimmelpenninck, die mede Riddermatich waren, exhiberende daer toe gerechtelycke verclaringe onder de hant van den Secretaris van Zutphen, ende ſeeckere miſſive van beſchryvinge onder de hant van den Hertoge van Gelre in dato den 18. Martii 1532. Alle welcke documenten nopende de verthoninge der Adelicke quartieren by ons gevisiteert, ende voorts inſicht genomen weſende, dat voorgaende Lantcommandeurs, (agnoſcerende die qualificatie der nabenoemde perſonen) deſelve hadden verleent acten van exſpectativen, oock ten deele by kenniſſe, ende met advis van de Heeren Commandeurs, ſouden in den naem onſes geliefden ſoons als Lantcommandeur der voorſz Balye verſtaen, dat de voorſz geexhibeerde documenten genoech ſyn tot verthoninge van hun Adelicke quartieren, oock na de meninge*

de van rechts ende redenen weghen ſchuldich ſyn, alle wairachtige ſaicken te vercondigen, ende der wairheyt getuychgeniſſe te geven, ſonderligen alsmen des verſocht wort, Soo iſt dat wy Borgemeeſteren, Scepenen, ende Raide voernoemt des verſocht weſende, hebben in kenniſſe der waerheyt des voernoemt onſen Stede ſegel then ſaken hier beneden an deſen brieff doen hangen, ende open ende uythangende doen beſegelen. Gedaen int jaer ons Heeren Duyſent vyf hondert ende tien, opten elſten dach in Iulio.

van de voorſz. Reſolutie, authoriſeren daeromme inde qualite voorſz. den Huyscommandeur, mit den Commandeur van Rhenen, ende andere Commandeurs, die by de hant ſullen weſen, eerſt den Heere van Wulp, *ende eenige tyt daerna Ior.* Floris *Bor van* Amerongen, *ſoone van den Heere van* Sandenburch, *ende na wat verloop van tyt Ior.* Willem Uyttenhove, *t'admitteren, ende ter probatie in de voorſz. Balye te ontfangen, mits dat yder van hun alvorens, 't gene wyders te preſteren ende te voldoen ſtaet, ſich regulere volgens des Ordens ſtatuten ende Reſolutien. t'Oirconde is deſen by ons onderteyckent, ende met ons opgedruckt pitzier beveſticht den 18. Iul. 1623. ſtilo veteri, ende was onderteyckent, Ernſt Caſimir Graeff zu Naſſau.*

